mum illibatum & illeſum & omni iure ſi quod habuerunt,tum
86 agendo tum excipiendo poterunt uti,ut indicant uerba apertiſ
ſima dictarum litterarum apoſtolicarũ.† Conceſſio enim facta
fuit ad ipſorum purum commodũ fauorem & honorem,& ideo
87 in damnum ipſorum & odium retorqueri non debet.l.quod fa
uore.cum uulga. C. de legi. † Nec propterea ex prædictis ipſi
nouiter cõuerſi,uidentur fateri crimen aliquod commiſiſſe, uti
dicere ſolemus priuationem pręſupponere habitum,ita q̃ ex di
cta remiſſione & uenia ipſi poſſint dici delinquẽtes ad onta. in.
88 l.manumiſſiones.ff.de iuſti. & iu.& in.l.decem.ff.de uerb.obli.
† Nam ut dicit Bart.in.l.j.in principio,in ſi.poſt Iacob.de Are.
ff.de oper.no.nuncia.nõ propterea quis uidetur fateri ſe excom
municatum, licet fateatur ſe abſolutum ab excõmunicatione,
ut idem Bar.firmat in d.l.decem.nu.v.& ibi Ale.Iaſ.& alij Mo.
poſt antiq. quamplura ad id accumulant maximè illud q̃ habe
betur per glo.in uer.poſtulauit.in.c.exhibita.de homicid.uolen
89 tem per petitionem ueniæ non induci confeſſionem delicti, ut
ẽt dicit Iaſ.in.d.l.j.in princ.nu.iiij.& in.d.l.decem.nu.l.† Et ut
dicere ſolemus opponentem exceptionem,non ob id fateri in-
tentionẽ agentis,aduerſus quem illam opponit & obijcit, ut ſu
perius diximus,quod quidẽ ex alijs ſuaderi poteſt in locis præ
dictis accumulatis,in quibus traduñt plures caſus ubi priuatio
neceſſario nõ præſupponit habitum,& in caſu p̃ſenti eo magis
iſta procedunt,cũ motuproprio,& ex certa ſcientia pontifex iſta
conceſſerit & uoluerit q̃ ipſi nouiter conuerſi utẽtes dicta gratia,
non propterea dicãtur fateri delicta p̃dicta cõmiſiſſe nec ppte
rea poſſe dici relapſos caſu quo ĩ futurũ aliquis ipſorũ in errorẽ
incideret ut ſatis oſtẽdiſ ex tenore dictarũ literarũ.quarta dubi
tatio reſolutiſſima facta ẽ,qm̃ ſuperius oſtẽſum fuit talẽ ueniã
reſtitutionẽ,& remiſſionẽ locum ſibi uindicare ẽt in fauorem
illorum

illorum qui fuere accuſati ſententiati & condemnati ſi executio pęnę corporalis facta non fuit, ita ꝙ reuocari non poſſet, nã etiam quo ad iſtos, omnis pœna prędicta excepta remiſſa fuit, & potiſsimum pecuniaria & inducens bonorum publicationẽ, quintum dubium nullam habet intricationem, quoniam per talem remiſsionem & reſtitutionem reintegrati ſunt ad omnes honores dignitates & famam & abolita eſt omnis infamia, &
90 nota honoris & dignitatis. Eſto ꝙ conſanguinei iſtorum appareant condemnati tanquam reconciliati & relapſi, & ſententiæ fuerint executioni demandatæ, iſtis enim non obſtantibus ipſi nouiter conuerſi præſentes ac uiuentes infames minime dici poſſunt nec notati aliqua nota, ſed tanquam habiles admittendi ſunt ad omnes honores & dignitates ſicuti per prius admitti & recipi poterant. ſexta obiectio plenißime diſcuſſa fuit in qua concluſum & oſtenſum extitit huiuſmodi indulgentiam remiſsionem & reſtitutionem extendi ad bona omnia, etiam penes tertiam perſonam exiſtentia, & etiam fiſco regio applicanda, ultimum dubium abſolutum fuit, in quo declarauimus prædictas literas apoſtolicas, & contenta in illis locum habere etiã in accuſatis ſententiatis & condemnatis, & ꝙ extendi debent, & comprehendunt bona exiſtentia penes quemcunque, & ꝙ prædictæ litteræ apoſtolicæ concedi potuerunt etiam contra ipſius regis uoluntatem, cum omnia iſta ſpectent ad ipſum ſummum Pontificem.

Pariſius Bono.

SVMMARIVM.

1 *Eſſe iudæum, quo reſpectu ſit crimen & delictum, & nu. 2. & 3.*
2 *Non eſt tamen punibile.*
4 *Et iudæi an ſint ſerui chriſtianorum, & nu. 5. 7. & 8.*
6 *Et an poßint habere bona & poſſeſſiones uel ab eis poßint auferri.*
9 *Et an ſint capaces iuris & legis ciuilis & ſtatutorum.*
10 *Et tollerari debent.*
11 *Et ipſis aliqua ſint permiſſa.*
12 *Et ſummus pontifex habet ipſos protegere.*
13 *Et ſine cauſa non eſt eis aliquid faciendum.*
14 *Et ab eis & infidelibus per Papam & Imperatorem non debent bona auferri.*
15 *Et per reges & principes non debent expelli ab eorum regnis ſine cauſa.*
16 *Et principibus ne iſtud faciant, perſuadendum eſt à ſummo pontifice.*
17 *Iudæi adulti non ſunt cogendi ad baptiſmum & fidem ſuſcipiendam præciſe & coactè, & nu. 19. & 34.*
18 *Et quid ſi coactio non eſt præciſa ſed conditionalis, & nu. 23.*
20 *Et uolentes non ſunt ſtatim baptizandi.*
21 *Et baptizati per uim præciſam non poſſunt dici chriſtiani.*
22 *Et multum differt iſto caſu uis præciſa & coacta à ui conditionali, & nu. 23. & 28.*
24 *Quæ forma debet interuenire in ſacramẽto baptiſmi, & quid ſi non interuenit.*
25 *Et quid ſi nullus interceßit reſponſalis.*
26 *Et quid ſi baptizati per uim præciſam poſtmodum nihil dixerunt, an dicatur uis illa purgata, & nu. 28.*
27 *Et quid ſi perpetuo durauit illa cauſa coactionis præciſa.*
29 *Metus contrarius eſt penitus libero arbitrio & libera uoluntati.*
30 *Præceptum principis ſeu regis aut domini iuſtum metum inducit.*
31 *Eo magis quando interuenit proteſtatio.*
32 *Actus ſequentes declarant animum qui fuerit in præcedentibus.*
33 *Prohibitum directo cenſetur prohibitum ne per indirectum fiat.*
35 *Iudæi adulti etiam inuitis parentibus poſſunt ad baptiſmum uenire & chriſtiani fieri.*
36 *Nec attenditur patria poteſtas in iſtis ſpiritualibus.*
37 *Prout idem traditur in matrimonio contrahendo.*
38 *Filij iudæorum paruuli & infantes an inuitis parentibus poßint baptizari, & nu. ſeq.*
39 *Et an iudæi habeant filios in poteſtate, & nu. 40.*
41 *Et ꝙ non poßint illis inuitis & ab eis eripi & nu. 42.*
43 *Et quid ſi ita baptizati maiores effecti longo tempore tacuerint.*
44 *Et ita paruuli baptizati penes quos debeant moram trahere.*
45 *Multa impediuntur fieri quæ iam facta tenent.*
46 *Et quid ſi à parentibus fuere oblati ad baptiſmum.*
47 *Et quid ſi parentes offerentes eos carebant fide.*
48 *Contra conuerſos nouiter ad fidem inquiri poteſt de hæreſi.*
49 *Et iſti conuerſi fidem Chriſtianam tenentur obſeruare.*
50 *Et antiqui Chriſtiani & ueteres, an poßint contra iſtos recipi in teſtes, & num. ſeq.*
Crimen hæreſis exceptuatum eſt.
51 *Et eſt ualdè priuilegiatum, ſed uide nu. 67. & 68.*
52 *Et admittuntur teſtes uariantes, ſed uide nu. 70. & 71.*
53 *Et perſonæ inhabiles, quæ alias non admitterentur, & uide nu. 69. & ſequen.*
54 *Et ad accuſandum admittitur inimicus capitalis.*
55 *Inimicitia capitalis contrahitur ex homicidio & iniurijs.*
56 *Et iſta inimicitia nedum inter maſculos, ſed etiam inter fœminas cadit.*
57 *Et durat etiam ſi ſecuta fuiſſet reconciliatio.*
58 *Et capitales inimici in iſto crimine in teſtes non admittuntur & numero. 63.*
59 *Et repellitur a teſtimonio etiam in alijs criminibus exceptuatis.*
60 *Et propter odium præſumitur eos mentiri.*
61 *In crimine læſæ maieſtatis inhabiles recipiuntur in teſtes.*
62 *Tamen capitales inimici non recipiuntur.*
64 *Exceptio iſta capitalis inimicitiæ cauſatur iure naturali, et per principem non poteſt remitti.*
65 *Et quid quando cauſata eſſet in fraudem.*
66 *Et conſpiratores repelluntur à teſtimonio in iſtis etiam criminibus.*
68 *Non eſt arguendum de uno ſpeciali ad aliud.*
71 *Si inhabilis recipitur in una ſpecie, non debet extendi ad alias inhabilitates.*
72 *Non præſumitur facta correctio iuris communis in caſu non expreſſo.*
73 *Caſus omiſſus eſt decidendus ſecundum ius commune.*
74 *Reductio ad primæuum ius fit de facili quia fauorabilis.*
75 *Differentia conſideratur inter accuſatorem & teſtem, ut unus recipiatur alter uero reijciatur, & nu. 76.*
77 *Et qualiter intelligatur in iſto crimine exceptuato, teſtes inhabiles recipi, & nu. 78. & 79.*
80 *Et ſi admittuntur ad probandum crimen principaliter, non tamen debeat admitti ad probandum adminicula, & nu. 81.*
82 *Et ſi inhabiles admittuntur non propterea ſunt integri*
83 *Et ſine tortura & tormentis, non debent recepi ut uiles.*
84 *Nouiter conuerſus & uilis non recipitur.*
85 *Et quid ſi plures patiantur defectus.*
86 *Teſtes ſingulares in iſto crimine non probant, & nu. 88. & 89.*
87 *Indicium per duos teſtes probari debet regulariter.*
88 *Et in iſtis criminibus exceptuatis teſtes ſingulares, quando & quo caſu admittantur, & nu. 89.*
90 *Suſpitio hæreſis poteſt oriri ex ſignis leuibus, tamen illa debent plene probari & alijs ſequentibus.*
91 *Ex ſola ſuſpitione non poteſt quis in iſto crimine condemnari.*
92 *Et licet ex teſtibus ſingularibus poßit inquiri, tamen ex eis non poteſt ad condemnationem procedi, & nu. 93.*
93 *Et reſpectu pœnitentiæ iniungendæ, ut purgetur conſiderantur.*
94 *Teſtes ſingulares, non probant regulariter, quia unus detrahit de fide alterius.*
95 *Crimen hæreſis grauißimum eſt, & ualde punibile.*
96 *Et in eo mature procedendũ, & non omnes in teſtes recipiendi ſunt.*
97 *Et contra teſtes, & eorum dicta poteſt opponi.*
98 *Nec in iſto crimine attenditur fama habens originem ab inimicis.*
99 *Nec quis debet de iſto crimine condemnari propter præſumptionem etiam uehementem.*
100 *Et an poßit inquiri ex leui præſumptione.*
101 *Et ut poßit ſequi condemnatio debent adeſſe probationes claræ, & apertæ.*
102 *Et licet in iſto crimine poßit procedi ſummariè, tamen neceſſariæ ſunt probationes.*
103 *Et teſtes debent eſſe concludentes.*
101 *Et an ſufficiat unus teſtis cum fama.*
104 *Principes ſeculares, non poſſunt ſuper crimine hæreſis aliquid ſtatuere.*
105 *Eſt namque mere eccleſiaſticum, & in omnibus ſpectat ad ſummũ pontificem.*
106 *Princeps laicus non poteſt aliquid ſtatuere ſuper concernentibus res eccleſiaſticas & tangentibus illam iuriſdictionem, & ſtatuta non ualent.*
107 *Et etiam incidenter ſuper iſtis laicus non habet iuriſdictionem.*
108 *Nec debet ſe ſuper iſtis intromittere, & legem imponere eccleſiaſticis.*
109 *Perſonæ fori eccleſiaſtici non ligantur ſtatutis laicorum.*
110 *Licet cauſa ſpiritualis, quandoque agitetur coram laico, tamen nõ eſt*

eſt decidenda ſtatutis laicorum,ſed eccleſiaſticis.
111 Princeps laicus non poteſt concedere priuilegia circa inquiſitionē hæreticam,& nu.104.& ſeq.
Et intelliguntur conceſſa ſine præiudicio tertij.
112 Hæretici patiuntur etiam publicationem bonorum,& nu.177.
113 Et pro parte iſta bona publicata applicantur fiſco laicali.
114 Et de iſtis bonis debent tres partes fieri.
115 Pcincipes ſeculares poſſunt remittere portionem bonorum,eorum fiſcis applicandam.
116 Et circa hanc partē bonorū,ualere debent ſtatuta per eos condita.
117 Laici poſſunt facere ſtatuta quæ ipſos ligent, etiam ſuper illis quæ ſunt de temporali iuriſdictione eccleſiæ.
118 Et maximè quando ſtatutum tangit temporalia.
119 Et ſuper iſtis poſſunt priuilegia condere.
120 Princeps an & quando poſſit ſuo arbitrio priuilegium per eum cōceſſum reuocare.
121 Et an iuſta cauſa reuocandi ſit illa quia ipſe conceſſit.
122 Et quid quando conceſſerunt illud,ſuper quo non poterant diſponere,& nu.124.
123 Et quid ſi non uult ſtare,& perſeuerare priuilegio,& conceſſioni,& nu.124.
125 Et quid ſi priuilegium fuit acceptatum bona fide , & ſine dolo , & nume.126.
127 Et quid ſi priuilegium fuit conceſſum ob remunerationem, & recōpenſationem damnorum.
128 Et quid ſi tranſit in uim contractus,& conuentionis.
129 Et factum in uim contractus non poteſt reuocari , eſto quod ſonet priuilegium,& nu.133.
130 Ligatur princeps contractu per eum celebrato etiam cum ſubdito.
131 Et obligatur ex eo ſicut quilibet priuatus.
132 Princeps tenetur obſeruare geſta , & promiſſa per ſuum prædeceſſorem.
134 Et quid ſi cauſam lucratiuam priuilegium continet.
135 Quæ de nouo emergunt nouo indigent remedio.
136 Propter temporum uarietatem,nouæ uariantur conſtitutiones.
137 Maximè,ut maius periculum,& ſcandalum uitetur.
138 Poteſt Pontifex confirmare ſtatuta laicorum concernentia res eccleſiaſticas,& hanc iuriſdictionē,& hæreticorum inquiſitionem,& nu.139.& 147.
140 Modus procedendi,& inquirendi cōtra hæreticos,eſt iuris poſitiui
141 Et poteſt Pontifex ſuper iſto diſpenſare.
142 Non enim ligatur ſtatutis canonicis.
143 Nec etiam conſtitutionibus ſuorum prædeceſſorum.
144 Ordo iudiciarius poteſt per ſummum Pont. alterari.
145 Et poteſt omnem ſolennitatem iuris poſitiui alterare , & circunſcribere .
146 Et maximè in dilationibus , & in terminis dandis.
148 Carcer regulariter inuentus eſt ad cuſtodiam.& nu.152.
149 Quandoque tamen ad pœnam de iure cano.
150 Et inquiſitus de hæreſi condemnatur quandoque ad carcerem , qui datus dicitur,& hæreticalis.
151 Et datur ad pœnam luendam.
152 Alius datur iſtis ad cuſtodiam.
153 Et iſte poteſt moderari per ſummum Pontificem.
154 Et an iſtis inquiſitis danda ſint nomina accuſatorum & teſtium & nu.ſeq.& 164.
155 Regulariter inquiſitis datur,& nu.156.
156 Necnon & nomina et copia inquiſitionis indiciorum & actorum.
157 Princeps non poteſt in cauſa criminali tollere defenſionem.
158 Etiamſi ſummariè iudicium agitetur.
159 Et quid in crimine hæreſis,an ſint danda,& quando & quo caſu.
160 Et quid ſi non imminet periculum etiam ſi dentur,& nu.161.
162 Exceptio firmat regulam,in non exceptuatis.
163 Valet argumentum à ceſſante ratione.
164 Et danda ſunt,excepto eo caſu potentiæ.
165 Et in iſto,teſtes,non ſunt examinandi,parte abſente, & non citata.
166 Et procedit iſtud regulariter,& generaliter.
167 Fallit tamen pluribus in caſibus,maxi.in cauſa hæretica.
168 Quod uerum quando adeſt potentia aduerſarij , alias ſecus & numero.167.
Ratione potentiæ multa ſunt introducta,contra communes regulas
169 Teſtes ſunt pars iudicij.
170 Et iſtis inquiſitis,defenſiones non ſunt denegandæ,immo offerendæ.
171 Et ad eas faciendas,per iudicem monendi ſunt.
172 Et eis non denegatur audientia ad defenſiones parandas.
173 Et licitum eſt eis appellare,ſi in proceſſu cauſæ grauarentur.
174 Et poſſunt dare ſuſpectum ipſum inquiſitorem.
175 Et poſſunt ſeipſos adiuuare,nec ex iſto potentes arguuntur.
176 Defendere alios optimum opus reputatur.
178 Pœna publicationis bonorum, irrogatur ipſo iure , ſed executio fit poſt latam ſententiam ab eccleſiaſtico.
179 Et ſecularis iudex,tenetur hanc ſententiam exequi.
180 Et bona iſtorum,an ſint concedenda filijs orthodoxis,& nu.182.
181 Et in quibus locis,iſtud procedat.
183 Et quid ſi filij fuerē concepti,& nati ante tale crimen commiſſum.
184 Et in hac confiſcatione bonorum,an ſit conſiderabile intereſſe fiſci laicalis.
185 Et quid ſi inquiſitus reuerſus eſt ad fidem,& abiurat hæreſim,an bona ſint ab ipſo auferenda.
186 Et quid ſi poſt condemnationem reuertuntur & abiurant , & nume.188.
187 Et condemnatus an recuperet ius patronatus, & nu. 203.
188 Et an ſint reſtituenda bona & honores,de humanitate,& nu.190.191.191.& 202.
189 Negare Chriſtum,hæreticum eſt.
193 Et qui incorporantur unitati eccleſiæ,& pœnitent,non debent pati bonorum publicationem,attenta miſericordia.
194 Plura ſimul iuncta,plus operantur,quàm unum.
195 Æquitas ſcripta,præfertur rigori,& num.197.& 198. quando in ſpecie eſt ſcripta.
196 Et quid ſi concurrit naturalis,et diuina iuſtitia.
199 Hæreticus non poteſt propriè dici,qui non perſeuerat.
200 Et quis propriè dicitur hæreticus.
201 Reuerſis et pœnitentibus,conceditur facultas teſtandi.
204 non eſt quis duplici pœna mulctandus.
205 Correctio iurium euitanda,et concordia recipienda eſt.
206 Standum eſt dictis ſanctorum patrum , et noui ac ueteris teſtamenti.
207 Inquiſitores non poſſunt paſſim de omnibus inquirere,ſed ſolum de illis quæ ueram ſapiunt hæreſim.
208 De crimine hæreſis,poteſt inquiri contra mortuos.
209 Et qualiter ſit procedendum,et memoria defuncti condemnanda.
210 Et iſto caſu,filij qualiter poſſunt ſe defendere.
211 Iudæi,et ad fidem conuerſi,non ſunt habendi uilipendio , et dedecori .
212 Sunt namque promouendi ad honores et dignitates,ſi habiles ſunt ad beneficia,et officia,et an ſine diſtinctione.

CONSILIVM II.

ET SI Eſſe Iudæum ſit crimen & delictum,ut tra-
1 dit Accurſi.in l.ſed ſi res,de legat.3.† Ex eo quoniā
reprobatam ſuperſtitionem proſequitur , ut etiam
habetur per eundē & alios ſcrib.ibi per illum text.
in l.non erit.§.diuus.ff.de iu.iur.& in l.1.C.de ſumma Trini. &
habito reſpectu ad ipſum Deum & æternam pœnam , cui illam
2 ſectando immerſus reperitur.† Tamen quo ad iudicem & forū
contentioſum,non eſt proprie delictum punibile , ut ſentit idē
Accurſi.in l.multum intereſt.ff.de uerb.oblig.& diffuſe proſe-
quitur ibi Roma.& Alex.in fi.& Fely.in ca. multorum.nu.v.de
iudæis . & Moder.Papien.poſt Bar. in l.apud Iulianum.§.con-
3 ſtat.no.xxviij.de legat.3.† Conſideratum enim de per ſe ſimpli-
citer abſque adiuncto,proprium delictum non eſſet , uti colli-
gitur per totum ferè titulum.C.de Iudæ.& extra eo.& in c.qui
ſinceram.xlv.diſt.& alibi pluries,ubi ipſis conceſſa & permiſſa
multa reperiuntur,nec aliqua pœna temporali ueniunt mulctā-
di.Quorum contrarium diſpoſitum fuiſſet ſi uere delinquentes
4 forent. † Et licet propter eorum delictum uideantur eſſe ſerui
chriſtianorum,& principis,in cuius dominio moram trahunt ,
ut per illum tex.tradunt Abb.& alij ſcrib.in c.& ſi Iudæos . ex-
tra de iudæis . ut etiam habetur per docto. per illum text. in
c.diſpar.xxiij. q.viij.& per Roma.& Alex.in d.l.multum.& per
Arch.in d.c.qui ſinceram.ubi Præpoſi.colu.ij.ad id plura accu-
mulat & tenet Henric.Boych.in cap.ſicut.colum.ij.de Iudæis.
5 † Tamen uere ſerui non ſunt,etiam ipſorum Principum , cum
eis permittitur commercium bonorum.d.c.multorum.l. nul
6 lus.C.de iudæ. † Et poſsint habere bona , & poſſeſsiones quæ
ab ipſis ſine iuſtitia auferri prohibentur,ut per illum tex.dicūt
Abb.& alijs in c.ſicut de iudæis.& probatur in c.Iudæi.ubi glo.
de conſecr.diſtin.iiij.& ſentit Oldr.conſi.lxxxvij. quæritur an
princeps.& conſi.cclxiiij.Illa uidetur.& Alber.de Roſa.in rub.

C.

C.de Iudæ.col.ij.& iij.& Io.de Ana.in d.cap.& ſi iudæos.colu.
peu.& fi.& Fely.in c.iudæi.el ſecuodo.nu.viij.& melius in d.ca.
ſicut.circa principium,& aperte iſtud firmat Alex.in d.l.multũ
in fi.ubi reſpondet Archi.& alijs iuribus ſupra in contrarium al
legatis,uolentibus illos dici ſeruos,& eſſe in ſeruiture,ut oon in
telligantur de ſeruiture uera,& propria,ut apertius & clatius ſe
quendo hanc opinio.dicit Præpoſi.in d.c.qui ſinceram.colu. ij.
7 oerſi.& licet hæc dicta.†Nam latgo modo dicuntur ſerui reſpe
ctu ſubiectionis,& non uerę ſeruitutis, de qua in l.ex hoc iure.
cum ſim.ff.de iuſtitia & iure,& quæ priuat bonis & omni ſtatu,
& alios producit effectus,iſtis minimè denegatos , & ibi col.ij.
uerſi.quod dicitur.etiam alia ratiooe reſpondet,& hæc prius no
luit Abb.in d.c.ſicut.lo ij.no.ut etiam per Alex.conſi.lxxj.Pon
8 deratis.uol.ij.†Vt etiam alio modo poſt Card. reſpondet Fely.
in d.c.ſicut.ut magis ſerui Priocipum dicaotur,quàm obedien
tes legibus chriſtianis,non autem quòd uere & ſtricte ſint ſerui
9 † Ad quod etiam quoniam ipſi ſont capaces,& participes iutis,
& legis ciuilis,& conſtitutiooes,& ſtatuta loci eos comprehen-
dunt,ut plenę tangit Alex.d.conſi.lxxj.uol.ij.& conſi.lxxv. Vi-
detur.nu.j.uol.v.& conſi.xcix.uol.vj.& conſi.xiij.uol. vij.& per
Aret.conſi.clviij.& Soc.conſi.lxij.uol.j.& conſi.cxix.uol.iiij.cũ
alijs allegatis per Albe.Bru.in tract.ꝙ ſtanti.maſcu.in vj.articu.
prin.ſol.xv.col iij.& iiij.& poſt alios per Deci.in c.j.nu. xxj. de
conſti.& ou.xviij.& xxij.& in cap. conſuluit.ou.ij.de app.&per
10 Mod.Bono.conſi.cj.†Quæ ſuadentur,quoniam tolleraotur &
per eccleſiam.c.conſuluit.extra de iudæ.& ibi doct.maximè Fe
11 li.no.iiij.†Et ipſis ultra tollerationem,aliqua præmiſſa ſunt, de
quibus in tit.extra de iudæ.& C.eo.& alibi pluries, maxime per
Bal.conſi.mihi.cccxv.uol.j.& conſi.ccccxxviij.uol. v. ubi dicit
12 eos computari inter oues Chriſti.†Et ſummus Ponti.debet ip-
ſos protegere , & ꝙ ſine cauſa non eſt eis aliquid faciendum .
13 † Vt etiam plura tradit Oldr. in dictis duobus ſuis conſilijs , &
Alb.de Roſ in d.rub.& Io.de Ana.in d.c.ſi iudæos,& Alex.con
ſi.xcix.ool.vj.& conſi.ccxxxiij.Ponderatis.no.vij.eo.uol.& cõ-
14 ſi.xiij.uol.vij.cum alijs coocord.†Eo etiam quooiam ab iſtis ad
huc infidelibus ſine cauſa per Pontificem,ſeu imperatorem , &
quemcunque alium ſupremum Principem , non poſſunt bona
auferri,nec dominium ipſorum,nec in illis,ſeu perſonaliter oſ-
fendi.l.Chriſtianis,& ibi Bar.C. de paga. & per Io.de Ligna.in
trac.de Bello.q.xij.& per Inn.in c.quid ſuper his.de uoto.&per
Abb.in c.j.de conuerſi.infide,& per eundem in c.quæ in eccle-
ſiarum,ubi omnes no.maximè Dec.allegans concor.nu.xxxj.&
Mod.poſt Bar.Bal.& alios in fi.C.ſi contra ius uel util publi.&
15 de conſti.extra.†Hinc dicimus Reges,ſeu Principes,ſine aliqua
iuſta cauſa non debere expellere de eorum regnis iudæos in il-
lis habitantes,& capere ipſorum bona , & ſi iſtud faciunt non
carent peccato , quando ſine cauſa,& iuſta iſtud proſequuntur.
16 ¶ †Et ſummus Pôtifex perſuadere debet Principibus ne iſtud
faciant,quinimmo ſecundum aliquos præcipere,ſecundum ue-
* ram,& magis * commonem opinionem, licet aliqui contrariũ
tenuerint de qua & ampliſsimè per Old.d.cõſi.lxxxvij.quem de
uerbo ad uerbum refert Albe.de Roſ.in d rub.C.de Iud. col. ij.
& iij.uerſi.item quæro.nu.iij.& diffuſius per eundem Old.d. cõ
ſi.cclxiiij.ubi aſſerit hanc opinionem eſſe probabiliorem quam
ſequitur Alex.d.conſi.xcix. Viſa.in fi.uol.vj.& d.conſi.xiij. At-
tentis.nu.xxij.uol.vij.& eum ſequitur Io.de Ana.poſt alios per
eum ibi citatos in d.c.& ſi Iudæos.col.ij.& iij.uer.extra gl.quæ-
ritur.etiam eam ſequitur do.Iacobi.de ſancto Georg.in tracta.
de ſeud.col mihi.v.uerſi.ultimo quæro,& etiam Iaſ.in d.l.apud
Iulianum.§.conſtat.nu.xxix.& Mod.Bonon.d.conſi.cj. Illumi
17 na quæſo.col.pen.nu.lvj.†Hinc inductum fuit iudæos adultos
uiolenter non eſſe compellendos,& cogendos ad fidem ſuſcipiẽ
dam,& baptiſmum capitulo ſicut,& ibi omnes tradont , de iu-
d.c.capitulo maiores.uerſi.item quæritur,extra de baptiſ. & ibi
omnes firmant quando coactio,& ius foit præciſa,& non condi
tiooalis,per quam etiam character non imprimitur , cum potius
ille dicatur pati,quam agere c.fatis.quod metus cauſa,& tradi-
tur per docto.in d.cap.qui ſinceram,& in d.c.de iudæis.xlv. di-
ſtin.& ſentit ſanctus doct.ij.ij.q.x.& Hoſti.& Goffred.in ſum.
in tit.de baptiſ.& Alb de Roſa.in ſuo dictio.in uerſ.baptiſmus
quatto,uer utium in eo qui baptizandus , expreſſe uolens quod
quando aliquis reclamans immergitur uiolenter , & baptizatur
non recipit ſacramentum nec rem ſacramenti, ut etiam habetur
in ſumma Ang.in uerſi.baptiſmus ſexto, uerſi.vj.& per Mod.in
ſumma,& in c.obi.lxxiiij.diſtin.& eſt glo.in oerſi.abſolutè in c.

quia contra chriſtianos de hæret.lib.vj.per illum textum expſ-
18 ſum.†Secus foret quando coactio , & uiolentia eſſet condnio-
nalis,ut plenè traditur per omoes,in d.c.de iudæis.& in d.c. ma
iores.uerſi.cum ergo,& uerſi.ſunt autem,ubi gl.& docto. alle-
gant coocor.& nolunt theologi in quarto ſententiarum diſtin.
19 iiij.& vj.†Et idem habetur quando coactio eſt præciſa in deciſ.
cooſi.Neap.clj.Sereniſsimus.col.ij.uerſi.eo maxime,& per Al-
ber.de Roſ.in dictio.in uer.iudæus tertio,& per Calderi.couſi.
20 lij.in tit.de iudæ.& Fely.in c.ſicut,in prin.†Militem enim uo-
luotarium recipit ipſe Deus , & non inuitum & præciſe coactũ
quinimmo nolentes nõ ſtatim ſuot baptizandi, ſed per tempus
expectare debent,oe facile ad uomitum perfidiæ redeant,de cõ
ſecra.diſtin.iiij.c.iudæi.& ca.ne quod abſit ca.ſępe.xxviij.q6.j.
21 † Vnde taliter per uim præciſam baptizati nõ poſſunt dici chri
ſtiani,nec fidem chriſtianam tenẽtur ſeruare, ut etiam habetur
in ſumma Ang.in uer.Baptiſmus.vj.uerſi.xij.& in uer. iudæus.
22 uer.xxx.& ſequuntur omues alij ſummi.†Et tradunt Gemin.&
do.Præpoſi.in d.ca.de iudæis.xlv.diſtin.ad id allegantes alia iu
ra & facientes expreſſam differentiam inter uim coactam & prę
ciſam & uim conditionatam ſecundum tex. in d.ca.maiores. &
ſcriben.ibi.& Albe.de Roſa.ubi ſupra & per glo.& alios in d.c.
coutra chriſtianos.& ſenrit Oldr.conſi.xxxvj.col.ij.in priuc.&
23 Ale.d.cõſi.xiij.nu.xiij.& xx.uol.vij.†Et licet tex.in d c. de iudæ.
xlv.diſtin.& in c.iam uero.xxiij.q.vj. uideantur innuere contra
rium,tamen ſecundum docto.ibi procedunt in uiolentia condi
tionali non autem præciſa,ut dicit & declarat tex.in d.c. maio-
res.& Alber.de Roſa.poſt alios per eum citatos , in uer.baptiſ-
mus quarto.ex quibus infertur ꝙ illi iudęi adulti,per uim præci
ſam tempore regis Emanuelis bo.memo.inuiti. & reclamantes
baptizati per talem baptiſmum non fueruot effecti chriſtiani ,
nec ſecramentum oec rem ſacramenti receperunt nec caracte-
24 rem. † Eo etiam cum in aliquibus ipſorum non appareat fuiſſe
ſeruatam formam in dicto ſacramento requiſitam & neceſſariã
de qua in c.j.extra de baptiſ.cum concor.ibidem allegatis poſt
gl.& per docto.& Summi.omnes.& per Alb.de Roſ, in ſuo di-
ctio.in uerſi.baptiſmus primo.eo inſuper cum aliqui proclamã
tes & proteſtantes per uim præciſam tracti & ducti fuerunt ad
ualuas eccleſiarum & ſola impoſitione nominis & aſperſione a-
quæ benedictæ chriſtiani nuncupati fuerint contra omnem for
mam a iure in prædicto ſacramento traditam & requiſitam de
25 qua in locis ſuperius citatis.†Et eo fortius iſta ꝓcederent,& ul
terius ſi nullus reſponſalis intercеſſerit,ut tradit Petr.de Anch.
conſi.cxcv.Secundum ea quæ propoſita ſunt & Fely.in c.fi. nu.
26 v.de iudæ.†Verum ſi poſt dictam præciſam coactionem, taliter
baptizati per loogum temporis ſpacium nihil in contrarium di
xerunt ſed taciti permanſerunt & per aliquot actus, prædictum
baptiſmum & præciſam ad fidem coactiooem approbarunt , ꝓ
culdubio caractcrem receperunt cum talis præciſa coactio per
actus ſequẽtes uideatur eſſe purgata,ut traditur in l.ij.C. quod
met.cau.& ibi omnes doct.firmant & per Bal.conſi.ccxl.Dona
tio facta.uol.j.& per Alex.conſi.ccxxvij.Viſo.col.j.uol.v.& per
Gemin.conſi.xxiiij.Quia diffusè.col.j.& in terminis ooſtris tra
dit Henr.Boych.allegando alias deciſ.in d.c.maiores.uerſi.pro
pter quod,& alia adducit Dec.in l.io omnibus.col.fi.nu. xij. ff.
27 de reg.iur.& conſi.ccxix.Viſo puncto.col.pe.nu.viij.†Quę qui
dem procedunt niſi perpetuo duraſſet eadem cauſa coactionis
præciſe,ſecundum quod tradit Cy.Bal.& alij in d.l.ii. & Anch.
conſi.ccxcix.Viſa ſupradicta.col.fi.& Alex.conſi.xlviij.uol.iiij.
& Barb.conſi.lxxij.uol.ij.& Calde.conſi.j. in ti.quod met.cau.
cum alijs accumulatis per Dec.d.conſi.ccxix.col.pe.nu.viij. &
28 ſeq.†Et aduertendum inſuper eſt, ꝙ licet talis præciſa coactio
appareret purgata uel aliqui prædictorum ad fidem fueriot cõ
uerſi per coactionem conditionalem & uiolentiam non præci-
ſam & conſequenter io tali ſacramento & ipſius ſuſceptione di
catur interueniſſe uoluntas coacta ſaltim,tamen inficiari mini-
mè poterit,quin ad talem cooueſionem non dicantur fuiſſe in
ducti per metum,fraudem,& modum a iure reprobatum & cõ
trarium liberę oolontati,& libero conſenſui,quæ latis deſeruiẽt
dubitationibus & articulis inferius diſcutiendis, eſto ꝙ ita con
uerſis prodeſſe oon poſſent ad dimittendam fidem quam ita ſu-
ſceperunt,ut enim ex facti contingentia comprehenditur mo-
dis prædictis non licitis & per metum in conſtaotem uirum ca-
dentem & libero arbitrio cootrarium baptizati fuere & fidem
29 catholicam ſuſcepere.† Qui metus quantum libere & abſolute
uoluntati cootrarietur,ſatis colligitur ex his quæ traduntur in
toto

toto titu.ff. C. & extra quod met.cau.& in l.interpoſitas.C. de
tranſac & utrobique diffuſe per docto.allegantes concor.deciſ.
30 & iura.†Eo maximè quando metus inducitur per regem & ſu-
premum principem & per præceptum ipſius, uti conſtat in
præſenti caſu conſideraro regio præcepto & generali diſponen
te ipſos iudæos omnes e regnis ſuis exire debere,& in illis mo-
ram non trahere ad iſtum finem tendente,ut habetur per gloſſ.
in uerſicu.morere.in capitu.conuenior. aaiij. quæſtione,viij.&
per Anchar.dicto conſil.ccac.& per Gemini.conſil.av.in ij.du-
bio,& per Calde.d.conſi.j.& Fulg.conſi.cacj.& Alea.conſi. xvj.
Ponderatis.col.pe.uol.iij.& conſi.clj.nu.iiij.uol.vj.& per Io. de
mil.in uer.metum.& Alb.Bru.conſi.aij.col.aaij.& per Dect.in
31 d.l.in omnibus.nu.iiij.& in d.conſi.ccaia.nu.ij.† Er potiſsimũ
quando nitra metum Interueniſſet proreſtatio ſecundum gl. in
d.l.ij.C.quod met.cau.& in c.fi.de app.cum alijs alleg.per De-
ci.in d.l.in omuibus.nu.a & ſeq.& in d.conſi.ccaia.nu.vj.& per
Gemin.d.conſi.xv.in ij.dubio,& Soc.conſi.lix.nu.aavij. & ſeq.
uol.iij.& Calde.d.conſi.j.Et ultra dictum primum regium præ
ceptum,ſi conſideramus ſubſequentia præcepta regia oblatio-
nes & promiſsiones eis factas,minimeque obſernatas & adim-
pleras ſubſequenteſque actus ordine & uoluntate regia erga ip
ſos ſubſecutos,de quibus in themate ad dictum effectum tendẽ
32 tes,†ut exitus iam pateſecit,qui aperte declarat qualia in præ-
teritum fuerit animus.l.ſi qui adulterij. C. de adultet.§. Pano-
num.inſtitu. de rerum.diuiſio.l.ſed Julianus.§. ſed ſi ab initio.
33 ff.ad Ma cedon.†Et quia prohibirum directo cenſetur prohibi
tum ne fiat per indirectum regula,cum quid una uia,de reg.iur.
lib.vj plenè per omnes maximè Mod.in l.non dubium.C.de le-
gi.cum ſi.aperte dicere cogimur prædicta omnia iuſtum metũ
& in conſtantem uirum cadentem indnaiſſe & libero arbitrio
contrarium.d.l.interpoſitas.l.ij.& iij.cum cõcor.ĩ alle.ff. quod
34 met.cau.†quantum uero attinet ad filios prædictorum iudæo
rum baptizatos,ſi quidem adulti erant,& ad annos diſcretionia
peruenerant, & inuiti ac præciſe coacti, uel condirionaliter ad
fidem conuerſi ſunt de ipſis dicendum erit uti dictum fuit ſupe
35 rius de eorum parentibus.†Si uero uoluntarie ad fidem conuer
ſi ſunt,& etiam eorum parentibus reclamantibus & inuitis, ue-
ri chriſtiani effecti fuerunt nam ſpiritus ſancti uocatio omnia
uincula ſoluit.aia.q.ij.c.dux.& per Arch.& alios poſt gl.pen.in
c.mancipia.liiij.diſtin.& tenet Sanctus doc.in ſumma,in aij. ar
ticu.& in quodlibetis.& ſequitur Bernar.& Hoſt.& alij docto.
poſt glo.in fi.In c.ij.de conuerſi.infideli.Arch.& alij in d.c.qui
ſumma.xlv.diſt & Henri.Boych.in ca.ſicut iudæis. extra de iu-
36 dæis.& Albe.de Roſ.in ſuo diction.In uerſi.iudæoa tertio.† Ad
quod bene facit tea.in c.fi.& ibi doc.firmant.de iudicijs.lib. vj.
ubi habetur ꝙ in iſtis ſpiritualibus, patria poteſtas non atten-
ditur,ut tradunt Moder.in l.i.j.§.quid ſi in patris.num.la.ff.ſolu.
mat.& Dec.in conſ.nouiter impreſſo.xas.alias.ccccxaxij.Cum
37 ſit.nn.ia.†Er illud uulgatum,ꝙ filijfami. etiam ſine patris con
ſenſu ac illis inuitis poſſunt hodie libere matrimonium contra-
here.c.fi.de ſecun.nupt.§.hunc igitur.ij q.iij.cum alijs allegatis
38 per Deci.in l.nuptias.nu.vij.ff. de reg.iur. † Si autem dicti filij
non peruenerant ad annos deſcretionis,& erant paruuli, ſeu in
fantea,aliqui uoluerunt ꝙ etiam inuitis parentibus poterant ba
ptizari,& reges & domini iudæorum poterant iſtud facere,dum
modo ꝙ non auferantur a parentibus, ea de cauſa, ut parentes
per hanc uiam compellantur ad fidem ſuſcipiendam, ſed iſtud
agant intuitu,& ad bonum ipſorum paruulorum,tum quia pa-
39 rentes & iudæi,dicuntur ſerui ipſorum dominorum.†Tum etiã
quia ipſi iudæi non habent filios in poteſtate, ut ſentit Scot.&
Landul.in iiij.ſenten.diſt.iiij.& Arch.in d.c.quia ſinceram.& i-
bi Gem.& iſtud plene proſequit Hent.Boych.in d.c.ſicut iudæi
& hr̃ in ſumma Ang.in uer.baptiſmus vj.uer .aj.& ponit Io. de
mil.in uer.iudæos& alij citati in dec.cõſ.Nea.inferius allegãda,ꝙ
ratio ſeruitutis,non uidetur concludens, ea quo ipſi iudæi non
ſunt ſerui dñorum,in cuius territorio moram trahunt,ut cõclu
40 ſum fuit ſuperius.†Nec alia ratio uolens iudæos non habere fi
lios in poteſtate,uera eſt,ea quo ipſi habent illos in poteſtate,
ut probat tex.& ibi expreſſe hoc firmant Abb.& alij in c.ſecun
do.de conuerſi.infide.& tenet Bal.in l.item in poteſtate. ff. de
in.perſo.& Alea.ibi in add.ad Bar.& idem Alex.in l.multum.in
fi.ff.de uerb.oblig.& conſi.xcix.nu. vj.uol.vj.& conſi.xiij.num.
xj.uol.vij.& Soc.conſi.laij.Conſilijs noſtris.col. v. uerſic.ij.pro
hac parte.uol.j.ubi allegando alias deciſiones dicit hanc opi-
* nionem eſſe magis * communem,& idem uult Ioan.de Ana.in
d.c.ſicut iudæi.& Fel.ibi circa principium,& in ce.iudæi. el ſe-
cundo ubi plenius.nu.viij.co.ti.domi.Præpoſi.in d.c.qui ſince-
ram.col.ij.& Moder.Bononien.in dicto conſi.cj.& Alber. Bru.
in tract.ꝙ ſtant.maſcu.in vj.articu.prin.ſol.av.col.iij. & iiij.&
hanc rationem reprobantes ita firmant collecto.deciſio.conſi.
Neapo.ut eſt uidere in dicta deciſio.clj.col.j.uerſi.ſed contraria
allegantes Alex.conſi.laaj.uol.lj.& Io.de Ana.in c.& ſi iudæos.
col.iij.& iiij.de iudæ.& habetur in præalleg.duobus.conſi. Ol-
41 dr.†Quod autem dicti paruuli inuitis parentibus non poſsint
baptizari, & ab ipſis eripi etiam per ſummos Principes & Re-
ges,uoluit glo.in c.iudæorum.xxviij.q.j.Io.An.Abb.& Fel. in
d.c.ſicut iudæi.dicentes hanc opinionem eſſe communiorem,
& Sanctus doct.in ſecunda ſecundæ.q.x.art.ult.& Ricar.in iiij.
diſt.vj.& Pet.de Palad.diſt.iiij.& Car.in clem.j.in fi.de iudæ.&
Ioan.de Ana.ubi plenè tangit in d.c.ſicut.col.iij.& iiij. & Cald.
conſi.iij.in ti.de iudæ.& diffuſe proſequitur domi. Præpoſi. in
d.ca. qui ſinceram.colu.ij.& iij.uerſi.ij. colligitur, & alij idem
uoluerunt,ut clare in dicta deciſi.conſi.Neapo.clj.in princ.& etiã
Alberi. de Roſa.allegando Hoſtien.in uerſicu. iudæoa tertio.
42 † Bene uerum pro præcedenti opinio.eſt deciſio beati Ant.ar-
chiepiſcopi Floren. in iij.parte ſuæ ſummæ,tit.aiiij.c. xiij.car.
cxcj. uolens ꝙ quando baptizantur paruuli iudæorum ſufficit
oblatio parentum ſpiritualium, eſto ꝙ non eſſet illa parentum
carnalium,nec interueniret,per tea.in c.paruuli.de conſecra.di
ſtin.quarta.cum quo concordat tex.in c.illud.& in ca.cum pro
paruulis.& in c.quæris.uerſic.idem per hanc eadem. iiij. diſt.&
Pe.de Anch.cxcv.conſi.Secundum ea.nolena,pueros hebræo-
rum alio offerente poſſe baptizari,per uas deciſiones, ſecundũ
hanc opinionem concluditur in dicta deciſio.conſi.Neapol.clj.
ubi Rex Emanuel bonæ memoriæ inuito patre baptizare fecit
filium paruulum cuiuſdam iudæi,ut dictus baptiſmus teneret
& ualeret in fauorem fidei,& facit quod dictum eſt ſuperius in
43 ſpiritualibus non attendi patriam poteſtatem. † Er quamuia a-
lia opinio,magis auctoritatibus ſit ſuffulta,& dicatur commu-
nior,tamen quoniam dicti paruuli ſemel apparent baptizati, &
ad baptiſmum re ipſa & facto peruentum fuit, & dicti paruuli
ita baptizati,effecti maiores & adulti,&poſtquã ad annos diſcre
tionis peruenerunt per longum tempus tacuerunt.nec contra-
dixerunt,& plurea actus ad fidem pertinentes exercuerunt, ap-
probantes tacitè baptiſmum prædictum , dicendum erit ipſos
eſſe ueros chriſtianos,& a dicta fide catholica non poſſe retro-
44 cedere,ut fuit concluſum ſuperius in eorum parentibus.† Quæ
dicta a fortiori procedunt in ipſis,& eſt uidere de mente etiam
illorum doctorum tenentium aliam opinionem dum uolunt &
quærunt,ſi de facto ita fuerunt baptizati inuitis parentibus, pe
nes quos debent moram trahere,& alimenta ſuſcipere,ut ad ple
num referuntur in dicta deciſ.conſi. Neap.clj.col.ij.verſi.quid
45 ſi iudæus.& per Fely.in d.c.ſicut.nu.j.†Ad quod illud uulgatũ,
multa impediri fieri,quæ iam facta tenent. l. patre furioſo . ubi
Moder.plura accumulant.ff.de his qui ſunt ſui uel alieni iuris.&
illud quod traditur in l.j.& ij.C.ſi ma.fac.lib.ij.& lib.v. per to-
46 tum.†Et eo magis procedunt iſta in dictis paruulis,qui oblatio
ne parentum nati,baptizati fuerunt,ſi parentes mentem ſanam
& ſenſum bonum habebant,quorum fides ſupplet defectum cõ
ſenſus ipſorum paruulorum.d.c.maiores.uerſi.illud uero.de ba
ptiſm.& d.c.pueri.& per glo.in dicto ca.contra chriſtianos . &
47 doc.ibi.cum alijs ſupra allegatis.†Et ſi parentes ipſi offerentes
carebant fide adhuc ualuit baptiſmus,cum parentum perfidia,
baptiſmo minimè poſsit præiudicare.c.non illud.c.ſatia. & me-
lius in c.quæria.de conſecratione diſt.iiij.ea quibus reſoluta red
duntur omnia quæ in prima dubitatione quærebantur.¶ Ad ſe-
cundum dubium in quo hæſitatur,an contra & aduerſus prædi
ctos,ita & modis & formis quibus ſupra conuerſos,inquiri poſ
ſit de hæretica prauitate,& ſi in aliquem errorem hæreſis. blaſ-
phemiæ , & iudaiſmi inciderint , an puniri poſsint & deberent.
48 † Dicendum eſt ꝙ ſic,per teat.apertum in c.cõtra Chriſtianos.
de hæreti.lib.vj.& ibi ſcribentes omnes ſequuntur, & probatur
in c.de Iudæis.xlv.diſtin.& in c.pleriſq;.de conſecr. diſt.iiij.Cũ
enim fuerint baptizati,& poſtmodum a fide deuiant,& in erro
res incidunt,uti hæretici inquiri poſſunt,ut tradit etiam Oldra.
conſi.xxxvj.quem adducit & ſequitur Fely. in c. poſtulaſti.nu.
v.de iud.& eſt bona deciſ.Cardi.in clem.ij.uerſic. inquiſitorib.
in fi.de hæret.in clem.& habetur in ſumma Ang. in uerſic.in-
49 quiſitor.§.ſexto.†Et ſatis ſuadetur, nam cum ita conuerſi chri-
ſtiani effecti ſint,fidem catholicam obſeruare, & ſequi tenen-
tur,

tur,& contrarium operantes & aliquod crimen hæreſim ſapiēs
committentes,inquiri poſſunt,& ſucceſsiuè puniri,ſicut & alij,
qui tale crimen patrātur,eſto ꝙ uerum baptiſma ſuſceperint, &
ueri chriſtiani iam fuerint,toto fere titulo de hæreticis extra.&
lib.vj.& in cle.& in ti.de ſumma Tri. & fi.cath.& alibi pluries,
& faciunt quæ habentur in c.firmiſsimè.de hæreticis. cum alijs
ibi allega.per glo.& docto. Qualiter autem contra ipſos ſuper
dictis criminibus procedendum ſit & coram quo , conſideran-
do capitales inimicitias , quas erga eos totus undique populus
in dictis regnis & dñijs hēt.Cōſideratis ēt modis & formis,q̄b.
ꝯuerſi ſunt & ad fidē fuere tracti,necnō & tpis breuitate,iferius
plenius diſcutietur.¶ Circa tertiam dubitationem,in qua petit,
caſu quo contra iſtos inquiratur ſuper criminibus prædictis, an
ueteres chriſtiani dictorum regnorum & dominiorum poſſint
admitti in teſtes contra ipſos,ex eo quia ſunt capitales inimici
ipſorum,& contra ipſos coniurati,conſpiratores,& complices,
& armata manu ipſorum nouiter conuerſorum abſque cauſa in-
terfecerunt quinque millia,& plus,& fuerunt & ſunt coniurati
contra eos falſa teſtimonia proferre,ad hoc ut de dictis crimi-
nibus conuincātur & concernētur,ut ipſos perdant lingua & te
ſtimonio,quos manu perdere non poſſunt,metu regio,& ut ple
50 nius in themate. ¶ † Et uidetū prima facie ꝙ debeant admitti &
excipi , ex quo tale crimen eſt exceptuatum a reliquis crimini-
51 bus.c.accuſatus.§.licet.de hæret.lib.vi.† Et eſt crimen ualde pri
52 uilegiatū,ut in eodem.c.§.ſane. † Et ad ipſius probationem ad
mittuntur teſtes uariantes eodem.c.§.licet.qui alias non admit
terentur,ut ibidem no.per gl.& doct.& in l.qui falſa. uel uaria.
53 ff.de teſtib.& in l.eos.ff.de falſi.† Et in crimine prædicto admit
tuntur per teſtes perſonæ inhabiles criminoſi & excommunica
ti,quæ alias minimè admitterentur. c.in fidei fauorem.eo.ti.li.
54 vj. † Et ad accuſandum admittitur etiam inimicus capitalis l.
manichæos.C.de hæreti.& tradit Andr.de Iſer.in conſtitutione
Gazaros.eodem tit.& ſequitur Fran.epiſcopus Squillacen.in tra
cta.de hær.car.mihi.xij.uerſi.item inimicus capitalis licet in a-
lijs criminibus de iure cano. capitalis inimicus ad accuſandum
non recipiatur.c.repellantur.c.cum.P.Manconella.c.cum opor
55 teat.cum concord.extra de accuſa.† Tamen iſtis non obſtantib.
dico contrarium ex quo propter mortem & occiſionem tanto-
rum nouiter conuerſorum ſine cauſa patratam per ipſos uete-
res & antiquos chriſtianos,fuit & eſt cauſata,ac contracta capi
talis inter eos inimicitia.l.lege Cornelia.in prin.& ibi doct. tra
dunt.ff.de iniur.& ponit Bar.in l.iij.§.fi.nu.iij.ff.de adimen. le-
ga.& ibi Alex.in apoſtil.quamplures concordan. adducit deci.
& per Abb.in c.accedens.el ij.extra.ut lit.non conteſt. col.ij.&
Fel.ibi & per gl.in uerſi.capitales.in l.licet.ff. de arb. cum alijs
alleg.per Mod.in l.procuratoribus.nu.quarto.C.de procu.& in
l.liberi.nu.ij.C.de inoff.teſtam. & in l.Titia.nu. xiij. ff.de uerb.
oblig.& per Fely.in d.c.repelluntur.nu.iij.& in d.c. cum opor-
teat nu.xiij.& in c.cum ſuper.de off.deleg.& in c.quoties. de te
56 ſtibus.† Quæ capitalis inimicitia , nedum cadit erga maſculos
nouiter conuerſos,ſed etiam erga mulieres. cum concernat ma
liuolum rancorem animi,& in utroque ſexū uigeat rationis idē
titas & ſimile odium eademque cauſa occidendi,& eas perden-
di,ut habetur in l.j.C.de his qui ſe defend.lib.x.& ibi Ange. &
alij no.& per Io.de Ana.& Felyn.in d.c. cum oporteat. nu. xj.&
cum adſit cauſa capitalis inimicitiæ non propterea poteſt dici
purgata,eſto quod ueteres chriſtiani oſtendant contrarium fa-
cie,uel uerbo applaudant , nam adhuc repelli poſſunt , cum ad
ſit cauſa odij,eſto ꝙ amorem oſtendant,ut tradit Inno. in cap.
cum.j.& a.de re iudica.& Bal.in c.ſi grauis.de conſi.uti.uel inu
ti.& in l.præſcriptione.colu.xiij.C.ſi contra ius.uel utilit.pub.
& per Fely.in d.c.repellantur.nu.v.& in d.ca.cum ſuper.nu.iij.
† Quinimmo & ſi reconciliatio facta appareret,adhuc non tol
57 lit nec purgat ipſas capitales inimicitias,ut tradit glo. in uer.ca
pitales.in c.per tuas.de ſimon.& ibi Fely.nu.vij.in ,fin. allegans
concord.ut poſt Innoc.facit idem Fely.in d.c.cum oporteat.nu.
x.† Quæ capitali inimicitia ſtāte proculdubio ipſi ueteres Chri
58 ſtiani contra iſtos nouiter conuerſos in teſtes recipi & admitti
minimè poſſunt,ut habetur in c.accuſatores.& in c. ſeq. & ſeq.
& ibi poſt glo.omnes no.ij.q.iiij.& traditur in caſi teſtes. iiij.
q.iij.& inſtitu.de excuſa.tut.§.minimè.& eſt tex.apertus. in di-
cto c.per tuas.de ſimon.ubi ſcriben.omnes iſtud firmant ad idē
eſt tex.& ibi ſcrib.omnes in l.iij.in prin.ff.de teſti.& tradit Bar.
in d.l.iij.§.fi.nu.iiij.ff.de adimen.lega.& ibi Alex. in additio.al
legans concordan.& idem Alex.conſi.xcix.In cauſa . col.ij.uol.
j.& per Fely poſt alios per illum textum,in d.cap.cum oporteat
59 nu.viij.† Inimicus enim repellendus eſt,etiam ſi adhiberetur in
teſtem in criminibus delictis & caſibus exceptuatis & priuile-
giatis,ut eſt i crimine ſimoniæ,ut habetur in d.c.per tuas iuncto
c.tanta.eo.ti.& tradit Fel.allegans alia in d.c.cum P.Manconel
60 la.nu.j.in fi.& in ij no.† Propter odium enim præſumuntur mē
tiri,& ideo repelluntur etiam in iſtis exceptuatis , ut per eundē
Fel.in d.c.cum oporteat.nu.xv.uer.item adde, & poſt Abba.in
d.c.quoties.nu.vij & expreſſe firmat Henric.Boych.in d.c.cum
oporteat.in ij.diſ.uolens in omni cauſa inimicum a teſtimonio
repelli per tex.in d.c.cum,I,&,A,& alia iura ſuperius allegata.
61 † Prout etiam eſt uidere in crimine læſæ Maieſta.in quo teſtes
alias inhabiles recipiuntur.l.in quib.ff.ad l.Iuliam Maieſt.l.nul
62 lus.C.eo.† Et tamen inimicus capitalis repellitur ut tradit Bar
to.in d.l in quæſtionibus.& Spe.tit. de accuſa.§.fi.uerſi.fi. & per
Parid.in trac.ſind.in uerſi.teſtis.col.mihi.v.uerſi.& in crimini-
bus exceptuatis.Et de crimine læſæ Maieſt.arguatur ad crimen
hæreſis,& crimina prædicta a pari procedunt , ut inferius dice-
63 tur.† Et in terminis noſtris in crimine hæreſis priuilegiato , &
exceptuato ꝙ in teſtem non admittatur inimicus capitalis pro-
batur in c.accuſatus.§.licet.ibi,aut odij fomite.de hær.li.vj.per
quem tex.ita firmat Fed.de Sen.conſi.mihi.cclij. Reuerendo in
Chriſto patri.in fi.ex quo inimici fomite odij ueniunt ad depo-
nendum,& deuiant a ueritate,& ideo repelluntur , ut etiam re-
fert,& ſequitur Franc.epiſcopus Squilla.in d.tract.de hær. car.
mihi.x.col.iiij.uerſi.item in hac cauſa . dicens ꝙ inquiſitores in
hoc debent multum aduertere.quoniam probata inimicitia pe
nitus repelluntur,& ita etiam firmat Oldr.conſil.cca. regularis
habet.col.ij.uer.ſunt etiam inquiſitores.& col.fi.& ulterius in ꝓ
prijs terminis eſt aperta deciſ.Pet.de Anch.in d.c.in fidei fauo-
rem in ij.no. ubi uult in iſto crimine inimicos in teſtes admitti
64 non debere quoniam præſumuntur dicere falſa.† Et talis exce-
ptio inimicitiæ cauſatur iure naturali,& ideo per ſuprēmū prin
cipem remitti non poteſt ſecus ſi cauſaretur iure poſitiuo, nam
tunc poſſet remitti,ut probatur in d.c.in fidei.& quia inimicus
propter odium,& ipſius fomitem præſumptionem habet depo
nendi falſum,ita ꝙ de facili mentiontur, ut habetur in l.j. ff.de
quæſtio.quam rationem ſequuntur ibi Phil. Fran.& bened.Ca-
pra.ex quibus neceſſario ſequitur concludendum , tales teſtes
uti capitales inimicos recipi modo aliquo in præſenti in caſu nō
65 poſſe.† Non enim inimicitia iſta cauſata fuit in fraudem,ut re-
pellerentur a teſtimonio,nec ex cauſa data per iſtos nouiter cō
uerſos,ſed facto,& culpa ipſorum chriſtianorum antiquorum,
& ueterum , & ideo merito repellendi ueniunt , ut proſequitur
Alex.conſi.xcix.prælleg.col.ij.uol.j.& per Bal.in l.j.in fi. ff.de
his quibus ut indig.& Archi.in c.ſtatutum.§.cum autem. de re
ſcri.lib.vj.& per Abb.in d.c.repellantur.col.j.& Mar.Soc.& Fe
li.ibi nu.iiij.& per glo.in c.cum ſuper.de off.deleg. & probatur
in c.ueniens el ſecundo de ſpon.cum allegatis per Fel.in d.c. cū
oporteat.nu xiij.ubi concluditur non attendi in iſtis inimicitijs
capitalibus , an cauſa ipſarum fuerit iuſta , ſeu rationabilis ex
quo ſatis eſt ꝙ fuerint cauſatæ modo quo ſupra,& omni caſu a
66 teſtimonio reddendo repellunt inimicos capitales.† Qui chri-
ſtiani ueteres etiam repellendi omnimodo ueniunt , quoniam
ſunt conſpiratores,& coniurati fautores,& complices, & huiu-
ſcemodi qualitatis perſonæ a teſtimonio penitus repelluntur e-
tiam in criminibus exceptuatis,eo quoniam in iſtis uigent illæ-
met rationes,ut repellantur,quæ uigent in inimicis capitalibus
de quib. dictū eſt,& ꝙ iſti repellant̄ ē tex.apertus in d.c.ꝑ tuas
de ſimo.et i d.c.accuſatus.§.licet.inducēdo,ut ſ̄ & tex.in d c.per
tuas,ibi ut ꝯſpiratores & inimici capitales,uolēs a pari huiuſmo
di perſonas procedere,& glo.ibi in uer.conſpirationes. concor.
adducit,& tradit Henric.Boych.in d.c.cum oporteat.in ij. diſ.
& Fel.ibi nu. viij.adducens alias deciſi.prout idem Felyn.facit,
in c.olim.eod.ti.de accuſ.& in terminis noſtris in crimine hæ-
reſis,ꝙ tales conſpiratores a teſtimonio repellantur,ſicuti,et ini
mici capitales,eſt aperta deciſ.Pet.de Anch.in d.c.in fidei fauo
67 rem.in ſecundo nota.† Non obſtant allegata in contrarium, nā
licet tale crimen ſit exceptuatum,et priuilegiatum,non propte
rea tale priuilegium reperitur datum,et a iure cōceſſum in hoc
ut admittantur teſtes coniurati conſpiratores,et inimici capita
68 les.† Nec poſſumus arguere de uno ſpeciali conceſſo , ad aliud
non expreſſe conceſſum.l.ius ſingulare.ff.de leg.et per gloſſ.in
l.a diuo pio.in princ.ff.de re iudica.et quia punctaliter in caſu
præſenti contrarium in iure reperitur ſtatutum , et ordinatum
ut

69 bt repellantur rationibus iuribus & deciſ.quibus ſupra. † Nec
obſtat ꝙ in iſto crimine admittuntur teſtes criminoſi & inhabi
les,nam idem eſt in alijs criminibus exceptuatis, & tamen in il
lis non admittuntur inimici capitales conſpiratores & coniura
ti,ut in crimine ſimoniæ,& in crimine læſæ maieſta.uti deduxi-
mus,& quia tales perſonæ expreſſe a teſtimonio repellantur in
crimine iſto hæreſis,ut iam oſtendimus, & in iſtis adſunt & ui-
gent,ut repellantur penitus,urgentes rationes,quæ non concur
runt in alijs criminoſis,& inhabilibus,& ideo non ualet argue-
re de uno ad aliud,ſecundum iura uulg.& communia,& quia a-
lij etiam inhabiles.& criminoſi,non ita paſsim recipiendi ſunt
70 ut ſtatim dicetur.† Non obſtat quod dicebatur de teſte uariante
per tex.in d.c.accuſatus.§.licet,quoniã tex.ille in inimico capi-
tali probat contrarium,ut dictum fuit ſuperius,& inter iſtas p-
ſonas tex.ille apertiſsimam ponit differentiam,quo fit ut de ua-
riante ad inimicum capitalem,conſpiratorem , & coniuratum ,
71 urguere non debeamus.† Et quia regula iuris ſe habet in contra
rium,uolens ad teſtimonium non recipi uariantes criminoſus,
participes criminis excommunicatos,& aliter inhabiles & ſi in
hoc crimine reperitur expreſſum,ut tales perſonæ in teſtimoniũ
priuilegio ſpeciali recipiant,non propterea debemus id atten-
dere ad capitales inimicos,conſpiratores , & coniuratos . Tum
quia iuris correctio euitanda eſt iuribus uulg. Tum quia ſi Prin
cipes ſupremi hoc noluiſſent,iam expreſsiſſent, ſicuti expreſſe-
72 runt de illis aliter inhabilibus.† Et non exprimendo noluerunt
in hoc corrigere ius commune.l.unica. §. ſin autem deficientis.
73 C.de cadu.tollen.cap.ad audientiam , de decim. † Et iſto caſus
omiſſus remanere debet decidendus ſecundum ius commune.
l.ſi cum dotem,in prin.ff.ſol.mat.l.commodiſsimè. ff. de libe.&
poſthum.l.ſi extraneus.ff.de condi. cau. da. & conſiderato iure
communi repellendi ſunt omnino,ut fuit deductum,& conclu-
74 ſum.† Et quia de facili facienda eſt reductio ad commune , &
ꝓtimꝗunm ius l.ſi unus.§ pactus ne peteret.ff.de pact.cum iſtud
ſit fauorabile,ſecundum glo.in uer.numerandum,in c. ſtatutũ ,
75 de præben.lib.vj.† Non obſtat ultimum, nam inimicus capita-
lis admittitur ad accuſandum in iſto crimine, ex eo quoniam ut
detur proſequi iniuriam propriam,ut dicitur in d.l.manichæos,
& iſto caſu , omnes inimici admittuntur ad accuſandum,ut di-
ſponunt iura uulga.& communia non tamen ex hoc infertur,ꝙ
admitti debeant ad teſtimonium reddendum ut ſunt deciſio.
76 apertiſsime ſuperius deductæ.† Et ſuadetur inſuper ratione , nã
licet accuſent,& ad accuſationem admittantur , iſtud eſt modi-
ci præiudicij reſpectu illorum qui ſunt accuſati ſi crimen,& ac-
cuſatio non eſt probatum,nam ceſſante probatione , accuſatus
etiam ab inimico liberatur,& ita non attenditur quis accuſet,
ſed probatio ſola delicti,at in teſtimonio reddendo eſt ſecus,nã
per illud inducitur probatio,qua ſtante ſequitur condemnatio,
& ſic eſt maximi præiudicij,quo ad ipſos accuſatos,qui per fal-
ſas probationes poſſent condemnari,eſto,ꝙ eſſent innoxij,& i-
deo non ualet conſequentia inimicus admittitur ad accuſandũ
ergo admitti debet ad teſtimonium reddendum , & quia ſi pri-
mum apparet conceſſum,iſtud ſecundum penitus reperitur pro
hibitum,conſequenter omni reſpectu , & omni ex capite con-
cludendum erit Chriſtianos ueteres,tanquam capitales inimi-
cos coniuratos,& conſpiratores in iſtis criminibus , modo ali-
quo in teſtes recipi non debere,contra,& aduerſus iſtos nouiter
conuerſos , caſu quo de dictis criminibus inquireretur , ſeu alio
77 modo moleſtarentur,& uexarentur.† Aduertendum eſt etiam,
nam licet in iſto crimine exceptuato , ſpeciali priuilegio indu-
ctum uideatur,ut recipiatur in teſtem periurus,& deponens fal
78 ſum,& ſic alias inhabilis.d.c.accuſatus.uer.licet.† Tamen iſtud
procedit quando manifeſtis indicijs appareret zelo fidei ipſum
uelle deponere ueritatem,& quando aliud non obſtaret , ut ibi
dicitur,ſi enim eſſet perſona leuis,uel odio , ſeu pecuniæ corru-
ptione id faceret,recipi minime deberet,ut diſponit tex.in d.§.
licet,& ibi gl.& doc.omnes firmant,& idem habetur in d.c.in
fidei fauorem,dum ibi diſponitur in defectum probationum ad
præſenti noſtræ diſceptationi,ut etiam facit Mil.in dicto uerſi.
74 ſcientia.† Et quæ clauſula excludit omnem ignorantiam & er-
rorem,ſecundum gloſam,& alios in d.c.adhęc & Franc.de Cur.
d.conſi.lav.col.viij.uerſi.confirmantur. & ualidam reddit cōfir
mationem,etiam ſi actus cōfirmatus eſſet inualidus, ut ſuperius
75 probauimus, adducentes deciſiones apertiſsimas.† Et quando
Papa aſſerit ſe facere ea certa ſcientia, ſtandum erit dictę aſſer-
tioni, tanquam factę ſuper facto proprio, iuxta tradita in clem.
primo.de probatio.& ſecundum Felyn.in dicto.capit. nonnulli
76 in quarta fallentia. Et maxime quando in bulla, narratur
factum, ut hic narratur, tunc enim ceſſat præſumptio malę in-
formationis,ſecundum Bart.in l.fin.§.idem quæſijt.ff.de condi.
inde.& Fely.ſupra citatum, & ceſſat omnis circumuentio & ma
la ſuggeſtio importunitatis,ſeu occupatio,ſecundum Fel.ſupra
77 citatum,ad iſta allegantem deciſi.† Et quia princeps apponen-
do hanc clauſulam, & ex certa ſcientia diſponens, uidetur uo-
luiſſe præiudicare etiam illi cui erat ius quæſitum, ſm Paulum
Caſt.conſi.cv.Donatio.col.ij.& ſequitur Deci.adducens cō-
cordantes alias concor.conſi.cclaaj.In caſu.nu.viij.†Præterea clau
ſula iſta, ex certa ſcientia, appoſita in conceſsione per ſupremū
principem operatur ut illum actum uideatur facere ex plenitu-
dine poteſtatis ſecundum gloſam magnam in fine,in d.c.ad hęc
ubi Deci.poſt alios nume.vj.concor. adducit ut ipſemet ſacit di
cto conſi.cclaaj.nume.ia.& conſi.cclxix. Conſultus.nu.xj.& ſe
quitur Mil.in dicto uerſi.ſcientia.& Franci.de Cur.[illegible]o conſi.
79 lxv.colum.viij.uerſi.confirmantur.† Et quando princeps con-
cedit actum de plenitudine poteſtatis, contra id nihil poteſt op
poni,quod habeat annullare conceſsionem,ſecundum Baldum
in proœmio decretalium & Fel.in d.c.nonnulli numero.axa.&
lj.& Alex.conſi.acij.Perſpectis.numer.axxv.xlvj.& xlviij.uolu.
vj.& alibi pluries,& Franci.de Cur.conſi.xxav.col.fi.& Deci.d.
80 conſi.cclaxj.nu.viij.& conſi.cclxix.nume.xj.† Et quod Sixtus,
ultra oppoſitionem dictæ clauſulæ,ex certa ſcientia,uoluerit tol
lere omnem ſurreptionem & obreptionem, ac errorem ſi quis
interueniſſet,& etiam uoluerit derogare iuri dictę præpoſiturę,
ſi quod habuiſſet ſuper dictis locis & curia Gaidelle oſtenditur
& apertius ex alijs duabus clauſulis. & decreto in dicta ſua con
firmatione appoſitis,ex illa uidelicet,& ne prætextu erroris,qui
interueniſſe diceretur, in recognitione prædicti facta per Cardi
nalem,aut non habitę per eum uerę & plene informationis, de
iuribus bonorū huiuſmodi, poſsint ſuſcitari huiuſmodi abortę
dubitationes,Gaidelle,& iugi uillas,ſeu curias,& uallem ſancti
Benedicti,& alia loca,& bona, ac iura quæcunque,quæ Cardi-
nalis recognoſcit,& affirmat eſſe iuris dicti monaſterij &c.Item
& ex illa,quatenus in totum uel pro parte ad præpoſiturā perti
nerent quomodolibet a reliquis bonis, eidem præpoſiturę aſsi-
gnatis ſcientia.& auctoritate prædictis,diſmembramus diuidi-
mus,& ſeparamus,atque adimimus,ac dicto monaſterio, perpe
tuo applicamus,& ſimiliter ecōtra &c. Per quas clās,ſatis oſten
ditur,Papam uoluiſſe, dictā loca applicare dicto monaſterio,et
ſi in totum uel in partem fuiſſent dictę præpoſiturę.& ēt ſi cauſę
expreſſę per Cardinalem fuiſſent erroneę uel non uerę, aut ex
mala informatione proceſsiſſent, uult enim tales defectus aper
81 tiſsime ſupplere.† Quod quidem Pontifex ipſe libere diſponere
potuit, cum dicta bona dicerentur fuiſſe dictarum eccleſiarum
in quibus ipſe habet plenitudinem poteſtatis diſponendi ſuo ar
bitrio,ad nota.per oēs in c.ij.de præbendis li.vj.& in cle.j.ut lite
pē.cū alijs accumul.per oēs maxime Fel.& Dec.nu.xxxij.& ſeq.
in c.quæ in eccleſiarū de ꝯſtitu.& Alex.ꝯſi.xcij.nu.xxxv.& ſeq.
uol.vj. & Soc.conſi.axvij.nu.viij.uol.iij.& alibi pluries, & Cor.
82 ꝯſi.xc.In cā.col.iij.& iiij.uol.iij.† Eo ēt qm ola bona prædicta
ante erectionem dictę præpoſiturę erant ipſius monaſterij,& ab
ipſo dependebat præpoſitura, & de bonis monaſterij fuit facta
aſsignatio dotis præpoſiturę, & de facili res reducitur ad anti-
quum & priſtinum ſtatū,quod fieri fauorabile eſt,ſm gl.in uerſi
culo numerandum.in c.ſtatutum.de ꝑbēn.li.vj.& arg.l.ſi unus.
§.pactus ne peteret.ff.de pac.& c.ab exordio.xxxv.diſt.Hoſtiē.
& Abban c.cum dilecti.quod met.cau.& per Fel.in c.cum oēs,
83 col.ix.de ꝯſti,† Eo ēt qm dicta prouiſio erat reciproca,& ita con
cernebat commodum monaſterij,ſicut commodum præpoſitu-
rę,ad nota.in l.j.& l. licet.C.de pact.& in l.de fideicommiſſo.
C.de tranſa.& per Roma.conſi.xavj. col.j.uerſi.item & duplici
& per Iaſo.in l.ſi pater puelle.C. de inoffi.teſtam. & unum gra
uamen compenſatur cum alio,& iſta præpoſitura iam tenet, &
occupat uillā Ronchinoni,poſt dictam conceſsionem Sixti ex-
preſſe aſsignatam.d. monaſterio per d. Guid. ut conſtat ex in-
ſtrumentis inde confectis confirmatis per Martinum,& Euge-
84 nium,& ex literis Reuerendiſsi.Cardinalis.† Nec iſtis obſtabit
ſi replicando diceretur,Sixtum dictas duas clauſulas appoſuiſſe
quatenus ſupplicata,& pręmiſſa eſſent uera, & preſuppoſita fa-
cti ſerie per Cardinalem narrata, pro uera, cum illas conceſſe-
rit ad expoſitionem, & ſupplicationem Cardinalis, ut uidetur
ſentire Bal,citatus per Deci.in d.conſi.calij.in fi.ad id allegan-
85 tem clem.j.in fi.de præben.† Iſta namq; interpretatio,ſubſiſte-
re non poteſt. Nam licet Sixtus ad ſupplicationem Card. fece-
rit dictam conceſsionē,tamen dicitur eā fecisse ex certa ſcien-
tia,& ut ſuppleret defectus erroris,& malę informationis,& ta-
les clauſulę tantum operantur,quantum ſi expreſſe dixiſſet nol
le poſſe allegari falſitatē dictarum cauſarū a qua cōceſsione re-
cedi non pōt,ut ſuperius diximus,& iuncta doc.Bal.in d.c. niſi
86 ſpectabilis.de offi.lega.† Prout etiam quia ſi prędictę clauſulę
ſm ſenſum aduerſariorum intelligerentur, ſequeretur ꝙ nihil
de nouo inducerent ultra iuris diſpoſitionē, & ſuperfluo ac fru
ſtratorie dicerentur appoſitę ꝫ.l.ſi quando. in princ. ubi glo. &
alij no.C.de inoſ.teſt.& c.ſi Papa.de priuil.lib. vj. & contra ea
quæ tradit Bal.in rub.C.de contrah.emp.in ix.q.cum alijs col-
lectis poſt Paul.de Ca.& Alex.per Iaſo.in j.notab.in l. ait præ-
87 tor in prin.ff.de iure iurando.† Eo etiā quia tales clauſule, aper
tiſsime apparent appoſitæ, ut lites quæ poterant exoriri ex illa
erronea allegatione cauſarum, & mala informatione penitus
tollerent,et abſcinderentur, quod minime ſequeretur ſecundū
intelligentiam aduerſariorum.& non ſequeretur effectus conſide
ratus,et propter quem fuere appoſitę ad not.in l.j.§. hęc autem
uerba.ff.quod quiſq; iur.& l.ij.C.commu.de leg.& mens,& uo
luntas pontificis minime ſeruaret, & adimpleretur, quæ in iſtis
potiſsimum debet attendi, et obſeruari, ut ſupra probauimus,
quæ etiam ex clauſulis appoſitis in diſpoſitione aperte colligi-
tur,& ex perſonarum qualitate,ſecundum Io.And.& alios in c.
88 ſi proponente. de reſcript.† Prout etiam quoniā talis prætēſa
falſitas, non potuit aliter peruenire aut conſiderari, ꝗ ex erro-
re, aut ex non habita uera,& plena informatione, & ſuper iſtis
Sixtus ex certa ſciētia diſponit, ꝯſequēter diſpoſitio erit ualida,
& ꝯtra ipſam nihil poterit opponi nec allegari, ut ex multis ſu-
89 perius oſtēdimus.† Præterea Sixtus,ī illa parte diſpoſitiua.Nos
igit &c.nō mouet ad ꝯfirmationē faciendum,nec apponit illas
duas clauſulas,ne ꝑtextu erroris,& quatenus in totū &c.ꝯcernē
tes decretū,occaſione cauſarū expreſſarum ꝑ Cardi.Nā ſolum
habet pro expreſsis tenores inſtrumentorū,ſuper aſsignationi-
bus,factis monaſterio,& ꝑpoſituræ, quæ erecta fuit, & dotata
de bonis ipſius monaſterij, ex quorū inſtrumentorū inſpectiōe
bene potuit dignoſcere literas,& ſupplicata ꝑ Cardin. fuiſſe iu
ſtificata, & ex certa ſcientia approbat, & ꝯfirmat illas, & appo
nit dictū decretū,ibi,ne ꝑtextu erroris, potiſsimū cū tales aſſi-
gnationes diuerſis tēporibus emanauerint, nā prima ꝑ d. Gui.
facta fuit de anno.1410.ſecūda uero,& plenior facta extitit de
anno.1425.& poſtremo tertia adhuc plenior emanauit de āno
1432.& iſta omnia Sixtus habuit ꝓ expreſsis,& uidit,& in can
cellaria apoſtolica fuere ꝑſentata, & ſuꝑ iſtis Sixtus ſe fundat,
ad faciendā dictā ꝯfirmationē,& ad apponendū tale decretum.
90 † Et iſta uerißima fuerunt,ꝗ ſola ſufficiunt ad ualiditatē dictæ
ꝯfirmationis,& ꝯceſsionis.eſto ꝙ alia narrata nō fuiſſent uera,
licet cū ueritate omnia proceſſerint,ut firmat Lap.alleg. xxiiij.
in fi.Ant.de But.in c.exhibita.de iudicijs.Ro.ꝯſil.ccclxix. Cir-
ca primū,col.pe.in viij.dub.in fi.& mil.in uer.gratia,uerſi.gra-
tia nō dicit,& in uerſi.gratia in beneficialibus,& Deci.d.conſi.
91 cxlij.col.j.uer.& hoc cōprobat.† Clauſula igit,ex certa ſciētia.
iuncta & unita cū iſtis fortiorib.magis operatur ꝗ ſi ſola fuiſſet
cū duo uincula magis ſtringūt auct.itaq;.C.cōmu.de ſucceſ. &
92 ꝑ gl.& alios in l.j.C.de pac.† Et unio ſatis operatur ſm Bart.in
93 l.iiij.§.Cato.in iij.oppo.ff.de uerb.obl.† Et ratiōe adiuncti qa
ꝯſequitur quod ꝑ ſe ꝯſequi nō poſſet.l.ſi cōmunē.ff.quēad.ſeru.
amitta & plura adducit Fely.in c.j de præſcrip.& Iaſ.in l.ſi emā
94 cipati.nu.v.C.de colla.† Et dictū teſtis nō integri ſuppletur &
coadiuuatur ꝑ alios integros,ſm Bal.in l.ꝑtor ait.§. cogentur.
95 ubi Moder.alia adducunt nu.ij.ff.de eden.† Et quę nō proſunt
ſingula,ſimul iuncta effectū ꝓducunt,ſm gl.in l.inſtrumēta.C.
de

de pruba.in l.iij.§.ideoque,in uer.ſpeciem.ff.de teſtibus, & per
96 Bar.& alios in l.admonendi.ff.de iur.iuran.† Ceſſant itaque ex
iſtis omnia ex aduerſo oppoſita circa hanc clauſulam, ex certa
ſciencia, nam ex prędictis conſtat Sixtum non ignoraſſe ea quæ
uoluit haberi pro expreſsis etiam côſiſtentia in facto alieno, ex
quo ſcienter ſuſtulit omnem errorem & malam informationẽ
& dicta loca & curiam Gaidellę uoluit applicare monaſterio,ẽt
ſi in totum uel in partem fuiſſent prępoſiturę,quod bene potuit
facere cauſis & rônibus.ſ.deductis, & quia nô ꝯſtabat an eſſent
præpoſituræ ſed potius oppoſitum & potuit præiudicare iuri tec
tij ut deduximus, & bene cognouit illud ſuper quo diſpoſuit, &
circa ſubſtantialia, nulla interuenit expreſsio falſitatis, nec er-
ror in facto ipſarum partium,& ut plenius in pręcedentibus de
duximus,& ſic ceſſant deducta per Bar.& alios in l.fi.§.idẽ quę-
ſiJt.ff.de condi.inde.& alia ſuperius allegata. Nec inſtandû erit
ſuper allegata obreptione, & ſurreptione. Nam ſublata fuit per
clauſulas in bulla Sixti appoſitas & ſatis fuit extitiſſe uerum il-
lud,ſuper quo Sixtus ſe fundat, ut deduximus euacuando pluri-
bus alijs medijs obiectionem & ipſi uenerabiles monachi, nô ſe
fundant principaliter ſuper illa clauſuls,non obſtantibus.nec ſu
per ills ſupplentes omnes defectus &c.qm̃ ipſorum intentio fir
matur ea alijs ſuperius deductis.† Ad quorum corroborationẽ
97 etiam facit dicta clauſula,quæ etiam trahitur ad defectus nô ſpe
cificatos,ſm Io.And.in c.j.de tranſa.& Alex.conſi.cxj.Perſpe-
ctis.col.ij.nu.iiij.& ſeq.uol.vj.† Et idem ipſi dicunt de illa cl̃a,
98 habentes pro expreſsis,ut traditur in d. c.j.& per Fel. in c.non.
nulli.nu.xxij.& duobus ſeq.& Soci.ꝯſi.cxx.nu.ix.uolumi.iiij.&
Fran.de Cur.conſi.xxxv.col.iiij.uerſi.& plus.† Et quæ clauſula
99 purgat uitium ſurreptionis, ſm Anto. de But.conſi.ij.Viſis col.
fin.& Ange.in l.omnes per illum tex.C.de præſcri.xxx.anno.&
o Deci.d.conſi.cxlij.col.ij.uerſi.iij.dato. †Et quæ habet uim ſpe
10 cificę mentionis ſm Ang.per illum tex.in d.l.omnes.& Fely.in
d.c.nonnulli.col.vij.ea quibus firma & ſolida reſultat côcluſio,
monaſterium optimũ ius habere ſuper dictis locis,& curia Gui
dellę,& ſuper illis non poſſe moleſtari per Modernum Prępoſit.
qui prorſus excludendus uenit ab actione & iudicio per eũ in-
tentato cum totali expenſarum refectione. Paril. Bono.

SVMMARIVM.

1 *Omne illud quòd continetur intra fines deſignatos, cedit ad commodum illius cui facta eſt conſignatio.*
2 *Res ſatis dicitur eſſe certa,per deſignationem alicuius rei intra cuius confines reperitur eſſe,& nu.32.*
3 *Etiam ſi nomine proprio non expreſſo conſignatio facta fuit,& numero 32.*
4 *Villa propriè illa eſt quæ regitur à proprio officiali.*
5 *Liber ſalis & cenſualis probat.*
Qualitates ex quibus res redditur certa.& nu.3.4.6.& ſeq.
6 *Refectio aggerum probat confines.*
Confines probantur ex pluribus,& nu.8.
7 *Deſignatio uoluntate partium facta probat.*
9 *Poſita ad maiorem declarationem non alterant diſpoſitionem.*
10 *Poſſeſſio continuata & tollerantia inde ſecuta probant,& nu.11.*
12 *Quod eſt ueroſimile attendi debet.*
13 *Obreptio & ſurreptio doloſa & falſa uitiat conceſſionem.*
14 *Etiam ſi motu proprio facta ſit.*
15 *Terræ appellatione,quid ueniat,& nu.27.*
16 *In dolo eſt,qui affirmat falſum pro uero.*
17 *Quando tale mendacium eſt proficuum,& utile aſſerenti.*
18 *Verba enunciatiua inſtrumẽtorum, inter alias perſonas nô probãt.*
19 *In antiquis tamen probant.*
20 *Niſi ab uno tantum notario trahant originem.*
21 *Nec probant dominium de præſenti.*
22 *Non entis,nulla ſunt qualitates.*
23 *Augmentum & multiplicatio,neceſſario præſupponit aliud cui ſit augmentum.*
24 *Ex qualitate precij,ualor rei cognoſcitur.*
25 *Dictio,dicta,relatiua eſt ad præcedentia.*
26 *Probatio illa attendi debet,quæ ex pluribus conſtat.*
28 *Danda eſt concordia,& fugienda contrarietas.*
29 *Verba adaptantur & impropriantur, ſecundũ ſubiectam materiã.*
30 *Qui aliquid non expreſſit,non dicitur uelle illud.*
31 *De paucis & modicis,non habetur conſideratio.*
32 *Locus dicitur certus,etiam ſine confinibus, quando oſtenditur per alias qualitates.*
33 *Falſa cauſa & demonſtratio non uitiat, quando illa appoſita eſt ſine neceſsitate,& ſuperfluo.*
Falſæ menſuræ adiectia,non uitiat uenditionem.
34 *Et quando ſine illa, diſpoſitio ualet, & eſt certa, non uitiatur propter falſam cauſam adiectam.*
Cauſa finalis attenditur.& non impulſiua.
35 *Ceſſatio cauſæ impulſiuæ, quando & quo caſu uitiet gratiam.*
36 *Demôſtratio in dubio,an dicatur facta taxatiuè,ſeu demôſtratiuè.*
37 *Declaratio ordinarij ualet,quandoq; ſine confirmatione ſuperioris.*
38 *Confirmatio ſedis apoſtolicæ ualidat actum inualidum.*
39 *Surreptio quando dicatur facta doloſè,& ex quibus colligatur.*
40 *Et quid ſi ſit ſuperfluo, & per ſuperabundantiam.*
41 *Clauſula,non aſtringens &c.quid operetur.*

CONSILIVM IIII.

DEDVXI Alias optimum ius uenerabilis monaſterij.S.Benedicti de Palidinore,aduerſus reuer.d.
Præpoſi.moleſtantem dictum monaſterium,& reuer. Monachos ipſius ſuper curia & territorio Gai
dellę,citra flumen ſitule, & alias in proceſſu & actis dictę côtro
uerſię,& quoniam nouiter nonnulla ad notitiam peruenere,ſa-
tis congruentia illis deductis & concluſis, non ab re uiſum fuit
in præſenti illa adducere.Reuerendus igitur quondam do.Gui-
do.de an.1432.prædicto monaſterio & monachis pro uictu, &
congrua ſuſtentatione ipſorũ & alijs quampluribus cauſis, per
eum expreſsis, ac per ſedem apoſtolicam omnibus approbatis,
& confirmatis,aſsignauit quamplures poſſeſsiones cum omni-
bus iuribus & pertinentijs ſuis,& nonnullas uillas, & ualles,in-
ter quas ſpecifice continebatur uilla, uillularum Triuellani, &
Bondeni,quę in pręſentiarum Bondanellum nuncupatur, intra
cuius Bondanelli confines & territorium, continebatur & con
tinetur prędictum territorium, & curia Gaidellę, circa ſitulam,
quo fit, ut perinde fuiſſet, ac ſi expreſsim & ſigillarim aſsignata
fuiſſet prędicto monaſterio, dictum territorium & ipſa curia
1 Gaidellę. † Cum uera iuris concluſio ſit uenire,& includi omne
illud qđ continetur & exiſtit intra fines deſignatos, ad commo-
dum illius.cui talis aſsignatio facta fuit,ut per illum tex.tradunt
Ang.Bal.& alij,in l.ſi fines.C.de euic.& in l. ſi fundum.ff.eo.&
habetur in l.cũ de ſacra.§.intra.ff.de ꝯtrau.empt.& in l.quæro.in
prin.ff.de act.empti.& uend.cum concor.per glo.& doc.citatis
2 in dictis locis.†Et per talem deſignationem ſatis aperte oſtendi
tur, dictum territorium & curiam Gaidellę fuiſſe aſsignatã mo
naſterio prędicto iuxta.l.forma.ff.de cenſi.per Bar. & alios in l.
demonſtratio falſa.ff.de condit. & demon. col.iij.q.iij.nu.iij.&
col.v.nu.xiiij.q.vij.& nu.xvj.col.pe.& dicam inferius,& per ſcri
ben.omnes in d.l.demonſtratio falſa.& in l. hac ꝯſultiſsima.C.
qui teſta.face.poſ.& in c.ſignificante.de reſcri.& habetur in l.ſi
quis ſeruum.§.ſi inter.de lega.ij.& per Cor.conſ.ccxv.Viſo.col.
iij.in fi.& conſi.cclxxx.Viſis.col.iij.uerſi. unde ex multis, uolu.
3 iij.& conſi.xcj.in litera, M,uol.j. † Licet enim expreſſo nomine
Gaidellę,non appareat conſignata monaſterio, tamẽ adeſt alia
demonſtratio,& certa,fungẽs uice dicti nominis, per quam cer
tam demonſtrationem,habemus certitudinem, dictorum terri-
torium Gaidellę expreſſe fuiſſe conceſſum monaſterio. Cum ſit
de pertinentijs & iuribus Bondanelli expreſſe conceſsi mona-
ſterio,& contineatur in territorio & intra confines ipſius ad no.
in l.nominatim.ff.de condi.& demon.& in l.certum, ubi Mod.
plura adducunt.ff.ſi cert.pet.& ſuadetur, nam Bondanelli uilla
inter iura & ſuas pertinentias, continet territorium, & curiam
prædictam Gaidellę,ut conſtat quampluribus auctenticis,& pu
blicis inſtrumentis pleniſsimam de his probationem inducenti
4 bus ſecundum iura communia & uulgaria. † Eo etiam quoniã
dicta curia Gaidellę ſemper & omni tempore fuit recta, & gu-
bernata ab eiſdemmet officialibus a quibus regitur dicta uilla
Bondanelli.ad tradita per Bar.& alios in l. j.ff.de iuriſ. om.iud.
5 † Prout & iſtud eſt uidere ex libro ſalis Ciuitatis Mãtuæ,in quo
habitatores Gaidellę ſemper inſcripti fuerunt,& ad præſens in-
ſcribuntur,ſub nomine Bondanelli,argumento eorum quę dici
mus de libro extimi, & de libro archiui publici & cenſualis, ad
plene tradita poſt alios ibi citatos per illum tex.Modernio.in c.
cum cauſam.de proba.& per Iaſo.in l.decem.ff.de uerbor. obl.
nume.xxxv.& ſeq.& in l.admonendi.in repetitio.numero.cu.ff.
6 de iureiur. † Ad quod etiam & publicum inſtrumentum tran-
ſactionis

ſactionis ſactæ ſuper ꝯſtructione aggerum, inter ipſum mona-
ſterium, & præpoſitum, ex una, & ciues Mantuanos ex altera,
confirmato ſolenni decreto Illuſt.olim Marchionis Mantuę,ad
ſupplicationem dictarum partium, in quo expreſſe declaratur,
quouſque ſe extendebant iura præpoſituræ,& uſque quo.d.Præ
poſitus aſtrictus erat aggeres reficere & munire, & pariter decla
ratur uſque quo ſe extendebant iura monaſterij, & quouſq; te-
nebatur reficere,& munire aggeres,ex qua declaratione,& tran
ſactione clare liquet curiam & territorium Gaidellę eſſe intra iu
ra monaſterij comprehenſam, ad nota. in l.cum precibus.C.de
proba.cum uulgari.iunctis traditis per gl.in l.j.C.de fi.inſtr.lib.
x.& per omnes in l.ſciendum.ff.de uer.ob.per Alex.& alios in l.
ꝙ iuſsit.ff.de re iudi.& in l.Pomponius.§.ſi iuſſu.ff.de acq.poſſ.
& in c.qm̄ ℨ.de proba.& Iaſo.in l.nec quicquam.§.ubi decretū.
7 ff.de oſt.procon.& lega.† Accedat etiam & deſignatio locorum
cum expreſsione nominum, deſcripta uoluntate & ꝯſenſu am-
barum partium,ad nota. in l. ſi irruptione.§.ad officium.ff.fin.
regun.& in l.ſi quis.C.eod.per quam deſignationem,ſatis ꝯſtat
dictum territorium & curiam Gaidellæ, comprehenſam fuiſſe.
In aſsignatione bonorum facta monaſterio per Reuer.do. Gui-
8 do.† Confines ērant antiquiſsimi,& appoſiti ante declarationem fa
ctam per olim Reuer.Cardi. habentes in ſe publicam uocem &
famā, idem apertiſsime indicāt,ex quo ſumus in antiq ſm Car.
in cle.j.in iij.oppoſi.de prob.& late per doct.in d.c.cum cām.&
proſequitur Soci.conſi.lxxxix.col.j.& iij.uol.j.& per Bal.Sal.&
Mod.in l.cum aliquis.C.de iure delib.adducentes glo.in c.cum
olim.ex̄ de cenſi.& tradit Bal.conſi.ccclij. Verba principis.uol.
9 ij.† Declaratio autem Reuer.Cardi. appoſita ad maiorem decla
rationem dictorum ꝯfinium uetuſtate offuſcatorum, non habet
ꝓiudicare ꝯfinibus antiquis, ante declarationē exiſtentibus.l.te
ſtamentum.C.de teſta.l.non ſolent.ff.de reg. iur. † Longiſsima
10 inſuper pacifica, & ꝯtinuata poſſeſsio ipſius monaſterij poſt ꝯſi
gnationem ſibi factam dictorum locorū omnem prorſus tollit
dubitationem. Nullum.n.cadit ueriſimile ꝙ do. Guido, & ſuc-
ceſsiue alij do.Præpoſiti,paſsi fuiſſent,aut permiſiſſent monaſte
rium dicta loca poſsidere meliorare, & ex eis fructus percipere
ſi monaſterio non fuiſſent aſsignata,per quos actus ſubſequētea
aperte declaratur ꝙ fuerit intentio do.Guido.in aſsignatione di
ctorum locorum,ut alias deduximus plene attingendo articulū
11 præſcriptionis. † Ex tanta pacientia & tollerantia,ſatis oſtendit
optimum ius ipſius monaſterij,ut tradit Bar.conſi.lviij.cōe Spo
leti,ad id adducens iura,& in l.ſi ſeruus plurium.§.hmōi, ubi ēt
12 Moder.ponunt,de leg.j.& per Soci.ꝯſi.xxxij.in fi. uol.iiij. † Et
in dubijs,ꝙ ueroſimile eſt attendere debemus. c.inſpicimus.de
reg.iu.li.vj.l.in obſcuris.ff.eo.ti. ubi Mod. alia adducunt,& hr̄
in l.ſi nuptura.in fi.ff.de iure dot. & in l. fi.ff.ꝙ met.cau.& in c.
quia uerifimile de præſum. Et coadiuuatur per inſtrumentū in-
ueſtiturę factę de anno.1439.per priorem.S.Benedicti,Ioan.de
Vādino,de pluribus poſſeſsionibus ibi expreſsis, & maximè uil
læ Bondanelli,per quod inſtrumentum probatur,Gaidellā tūc
fuiſſe in poſſeſsionem monaſterij,& comprehenſam ſub aſsigna
tionibus factis eidem, cum talis inueſtitura, appareat facta illo
medio tempore,in ſecondum & tertium tractarum. Nec.d.Gui
do id permiſiſſet ſi non fuiſſet monaſterio aſsignata,nec per ſub
ſequentem erectionem præpoſiturę id oſtenditur immutatum,
nam in ea nulla facta fuit reuocatio aſsignationum bonorum fa-
ctarum monaſterio in ſecundo trac.auctoritate apoſtolica iam
confirmatarum,& quia d.Præpoſitus aduerſus monaſterium,ut
mihi relatum eſt, deducit ſurreptionem obreptionem errorem
& falſitatem cauſarum expreſſarum in declaratione facta per re
13 uer.Cardi.& ſucceſsiue in confirmatione Sixti.iiij. † Qua talli-
tate doloſa ſtante,prætendit prædicta omnia fuiſſe falſo obten-
ta,& conſequenter reddi nulla,cum emanauerint ex falſa cauſa,
propter quam diſpoſitio annullatur. l.cum putarem.ff.famil.er
ciſ.l.ſi poſt diuiſionē.C.de iur.& fac.igno.per Bar.& alios in d.
l.demonſtratio falſa.Pau.de Caſt.& Mod.in l.fi.§.idem quæſijt.
ff.de condi.indeb.& Dec.adducen.alia,conſi.ccclj. In caſu.col.
iij.& conſi.ccccviij.In præſenti.col.j.& Abb.in c.ſuper literis.in
14 ſecundo nota.& Moder.ibi de præſcript.† Etiam ſi confirmatio
motu proprio proceſsiſſet,ſecundum glo.in c. ſi motu proprio.
de reſcrip.lib.vj.& Abb.in c.quia circa.in fine de conſanguin.&
affi.cum alijs relatis per Fel.in c.ad aures. de reſcript.col.vj.uer
ſi. quartus caſus. ¶ Et certum eſt quamcunque diſpoſitionem,
ſemper debere intelligi,dum tamen dolus abſit, qui ſemper in-
telligitur exceptuatus, & nemini debet patrocinari, ſecundum
iura uulga.& communia,& quod in literis reueren Cardi.adſit
falſitas dolo inducta per reueren.monachos, ſm do. Præpoſitū,
oſtenditur.quatenus in illis dicitur Gaidellam citra flumen ſitu
lę ſpectare ad monaſterium & fuiſſe aſsignatam monaſterio, ac
comprehendi ſub aſsignationibus factis per dom.Guido. quod
minime uidetur fuiſſe uerum, ut eſt uidere ex inſtrumentis an-
tiq.productis,per dom.Præpoſitum,maxime ex illo rogato per
Antonium de Fiuizano de anno.1413.In quo do.Iacobinus de
Malinuerſis abbas S. Benedicti inueſtiuit Ioann. Caliarium de
certis terris,ſitis in terra Gaidellę uicariatus Gonasghæ. Item
& ex alio confecto.in anno. 1423. in quo do.Guido inueſtiuit
Bartho.Caliarium de certis petijs terræ ſitis in terra Gaidellę ui
cariatus Gonzaghę,necnon & ex alio celebrato,de anno.1424.
In quo idem do. Guido inueſtiuit Bellonum & Ioannē fratres
habitatores terræ Gaidellæ,uicariatus Gonzaghę,de certis ter-
ris ſitis in dicta uilla Gaidellę iacentibus in dicta uilla & con-
trata,& de alijs iacentibus in cōtrata Alberi & in cōtrata Doſsi,
item & ex alio inſtrumento dotali cuiuſdam Agnetis celebrato
in Gaidella Gonzaghę,de an.1419.Ex quibus inſtrumentis.ip
ſe do. Præpoſitus infert Gaidellam fuiſſe habitabilem & cultā,
antequam Reueren. Cardi. faceret dictam declarationē,in qua
atteſtatur oppoſitum,dum dicit tempore diuiſionis,& ſeparatio
nis factæ per do.Guido.illa bona fuiſſe inculta, & inhabitata,&
poſtmodum redacta ad culturam.Secundo infert Gaidellam de
qua modo agitur habuiſſe tale nomen ante dictam ſeparationē
& ita fuiſſe nuncupatam per prius, cuius oppoſitum dicitur in
15 declaratione reueren.Cardi.† Tertio infert,Gaidellam tempo-
re dictæ diuiſionis,fuiſſe uillam ſeu terram ad nota. in c.cum in
partibus.de uerb.ſig.cuius oppoſitum declaratio Cardi.atteſta-
16 tur.† Ex quibus inſtrumentis & contentis, in eis præſumitur re
uer.Monachos doloſe falſum ſuggeſiſſe reueren. Card. arg.l.ſi
quis affirmauerit.ff.de dolo.& ſecundum glo.in l.apud Celſum.
in prin.ubi Bar.ff.de excep. do. & per eundem Barto.& Pau.de
17 Caſt.in l.dolum.C.de dolo ¶ † Ex quo tale mēdacium ipſis mo
nachis fuit proficuum,ſecundum Alex.ibi per Bar. per l eligan
ter.§.fi.ff.de dolo.& prout dicit Fely.in c.ſi autem.col.ſecunda.
de reſcriptis.Iſtis tamen obiectionibus per dom.Præpoſi.factis
monaſterio, minime obſtantibus, prout uere minime in nullo
obſtant ſuperius concluſis, & per me firmatis, nam per talia aſ-
ſerta inſtrumenta minime tolluntur nec euacuantur,adhuc di-
co declarationem reuerendiſsimi Cardinalis fuiſſe ualidam &
firmā cauſis & rationibus per me alias adductis in quibus obie-
ctus iſti minime obſtant, ut aperte eſt ea ibi dictis uidere, dico
inſuper confirmationem Sixti quarti fuiſſe ualidam & firmam,
nec laborare aliquo uitio obreptionis uel ſurreptionis,nec poſſe
reddi nullam ex deductis & oppoſitis per dominum Præpoſitū,
rationibus cauſis & deciſionibus,alias per me adductis,poſtre-
mo affirmo aſſerta inſtrumenta producta contra monaſterium,
& obiectus & illationes ex illis & in eis contentis factas per do.
Præpoſitum fuiſſe & eſſe nullius efficacię & momenti, & in nul
lo habere præiudicare optimis iuribus monaſterij, ex pluribus.
¶ Et primo omiſſa illa diſcuſsione, an aſſerta inſtrumenta ſint
talia & ita formiter producta, ut probent uel ne,cuius articuli
ueritas ſano & recto arbitrio peritiſsimorum iudicare habeu-
tium prorſus relinquitur,cum nil certi modo habeatur qualiter
& ſub qua forma producta ſint oſtenditur iſtud data ueritate ēt
& ualiditate aſſertorum inſtrumentorum,nam per ea non pro-
18 batur allegata falſitas cauſarum. ¶ † Continent namque uerba
mere enunciatiua, quæ probationem minime inducunt, etiam
ſi plura eſſent, quo ad alias perſonas in illis non nominatis ſe-
cundum Specu.in titu.de loca.§.nunc aliqua, uer.quinquageſi-
mo ſeptimo,ſm gl.ord.in uerbo,nullo, in d.l.cum aliquis.C.de
iure delib.uolentem inſtrumenta exprimentia confines; uel di-
centia actum fuiſſe celebratum in tali uilla ſeu dioceſi, &c.non
probare ea quæ in inſtrumentis continentur, & ibi Mod.habēt
concluſionem iſtam pro communi,adducentes alias deciſiones
maxime no.per gl.in uerbo ſeruus. in l.optimam.C.de contra-
hend.& committen.ſtipu.& in l.prædijs.§.Titio.de legat.iij.&
per Barto.& alios in l.ea hac ſcriptura.ff.de donat.& in l. ex his
uerbis.C.de teſta.mil.iunctis no.in c. inter dilectos.§.porro.de
19 fide inſtrument.& C.res int.alio. act. cum ſimilib. † Nec dica-
tur iſta inſtrumenta eſſe de antiquo,& conſequenter probare ſe
cundum Bald.& alios in omnes in dicts. l. cum aliquis,& Alex.
conſi.lxxv.Viſis.uolumin.iiij.Arc.conſi.xlij. Viſo, Socin.conſi.
20 xcvj.In cauſa,uol.j.† Nam cōlecta, & celebrata ſunt ab uno tan
tum

tum notario,quo fit, ut ad præſentem diſceptationem nulla ex
eia reſultet ſufficiens probatio,cum ab una tantum perſona tra-
hant originem, & ab uno auctore, ut pul. lire concludit Areti.
quem ſequitur,& commendat Felyn.in c.cum cauſam,col.ij.de
21 proba. † Prout etiam quoniam in pręſenti non tractatur de pro
batione dominij antiqui,ſed probandum eſt dominium de præ
ſenti reſpectu pręposituræ,& probatio dominij de præterito nõ
infert neceſſario ad probationẽ dominij de præſenti, quod pro
bandum eſt legitimis probationibus,ad no.in l. cum res,& in l.
proprietatis.C.de proba.& per Bar.in l. quidam in ſuo.ff.de cõ
di.iuſti.& in l.rem quæ nobis.ff.de acqui.poſſ.& Coc. ɔſi.xxiiij.
Licet,uol.iiij.Soci.conſi.cxij. Viſo, col.ſi. uol.iiij.Alea.conſi.x.
Viſo,uol.iiij.& Deci.conſi.ccxxj.uu.vij. & viij. & per Spe.in d.
tit.de locati.§ nunc aliqua,& uerſicu.lvij.cum ſim.præterea in-
ſtrumenta aſſerta bene conſiderata nullã inferunt qualitatem
declarationis,& literarum Reuerend.d.Cardi. quatenus in illis
literis dicitur ea autem.ſ.Gaidella quæ eſt citra ſitulam, uerſus
iura monaſterij,& eſt iuriſdictionis Gonzaghæ,& incorporatas
& tanquam membrum Bondeni, & Triuellani ac de iuribus,&
pertinentijs ipſarum uillarum nominatarum in aſsignationibus
factis monaſterio,nam omnia iſta uera fuerunt,& ſunt ut aper-
tiſsime conſtat ex deductis ſuperius, nec inſtrumenta illorum
aliquod contrarium oſtendunt,& quatenus in dictis literis dici
tur, loca illa fuiſſe ad culturam redacta, & domos habitan-
tium multiplicatas ueriſsimũ fuit, & eſt etiam ante literas Car-
di.loca aliqua fuiſſe redacta ad culturam, & domos habitantiũ
multiplicatas,& per aſſerta inſtrumenta id oſtenditur,aliqua lo
ca ibi fuiſſe redacta ad culturam & ibidem aliquos habitantes,
& literę Card.iſtud non inficiãtur,immo aperte hoc fatentur,lo
cum uidelicet Gaidellæ fuiſſe antea,nam ſi ante literas non ex-
titiſſet,non potuiſſet comprehendi ſub d. ii uillis,& aſſignatio-
22 nibus factis monaſterio. † Cum nõ entis nullę poſsint eſſe qua
litates.l.eius qui in princ.ff.ſi cert.pet.& apertius iſtud oſtendi-
tur ex illis uerbis dictarum literarum locis illis ad culturam re-
dactis,& domibus habitantium multiplicatis, nõ enim poſſent
multiplicari domus & habitatiões ſi prius aliquę nõ extitiſſent.
23 † Augmentum.n.& multiplicatio præſupponit aliud prius ex-
titiſſe,cui accedit augmẽtum, & multiplicatio ipſa quę nõ poſ-
ſent eſſe,non dato aliquo principio,cum augumentum, & mul
tiplicatio cenſeatur eiuſdem naturæ cuius eſt illud cui fit augu-
mentum,& multiplicatio.l.etiam in fine, ubi Bart.& alij not.C.
de iu.dot.l.inter ſocerum.§.cum inter.ff.de pac. dota.l.ſi conue
nerit.§.ſi nudo.ff.de pigno.acti.l.ſi ea t..to. in princi.de leg.j.&
per Ang.in auth.de æquali.dot.§.j facit totus tract.iuris accreſ.
de quo in locis cõmunibus,& uulga.uere igitur fuerunt,& ſunt
literę Card. aſſerentes dictum locum extitiſſe,ante eas, & in illo
fuiſſe habitationes,& domos, & conſequenter aliqua loca cul-
ta,uerum proceſſu temporis illa, & domos fuiſſe multiplicatas,
quę ueritas etiam oſtenditur ex illa inueſtitura facta per priorẽ
dicti monaſterij de anno. M. cccxxxix. Ioanni de Vandino,ad
annos ſeptem,de poſſeſsionibus Zotularum Triuellani Gaidel-
læ,& Bondanelli,pro mercede annua duc. clv. quæ loca tũc erãt
fere inculta,& paucarum habitationum,uerum poſtmodum,di-
ligentia ſolicitudine,& cura monachorum redacta fuere ad cul
turam,& adeo excreuere,& inhabitantium domus fuere multi-
plicatæ, ut in præſenti ſingulis annis locentur pro ducat. 7000.
24 uel circa. † Ex quo patet conſiderata mercede & lucro, quod
tunc & in pręſenti percipiabatur & percipitur,quid tunc tempo
ris potuiſſet eſſe Gaidella, ad no. in l.precia rerum.ff.ad legem
Fal.& per doc.in c.dilecti.de emp.& uendi.& plene in l.ij.C.de
reſcin. uendi. ¶ Rurſus aduertendum eſt ad illud inſtrumentũ
celebratum de an. 1424. non enim ſibi ipſi conſtat,ꝫ nota.in c.
inter dilectos.de fid.inſtru.& in l.ſcripturę.C.eod.& not. in l.j.
C.de furt.& in l.qui uaria.& l.iij.ff.de teſtib. Nam in eo primo
dicitur Io.de Bellono eſſe habitatorem terrę Gaidellę, uicaria-
tus Gonzaghæ,& demum in eo dicitur inueſtituram fuiſſe factã
25 de petia terrę,iacente in dicta uilla Gaidellę. † Quæ uerba re-
lationem habent ad præcedentia, ut patet per illam dictionem
dicta ſecundum Bar. per illum textum in l. j.§.hoc edicto.ff.de
poſtul.& in l.talis ſcriptura.§.fi.de leg.j.& in l.qui liberis.§.hęc
uerba.ff.de uulga.& pupil.& in præcedentibus,nulla fuit facta
mentio de uilla Gaidellę, nec ꝙ Gaidella eſſet uilla niſi termi-
nus terra,caperetur pro uilla,iuxta dictum.cap.cum in partibus
de uerb.ſig. quæ expoſitio,in præſenti caſu non poteſt adaptari,
ut ſtatim dicemus, & in alijs inſtrumentis ex aduerſo præſenta-
tis,ſolum appellatur terra Gaidellæ, & nihil aliud in illis habe-
tur,præterea in eodemmet inſtrumento dicitur de alia petia ter
ræ iacente in dicta uilla,& ꝫta,& ita etiam ibidem fit ment o de
contrata alberi,& de cõtrata doſsi, & uere Gaidella potius erat
contrata quàm uilla nam ſi erat uilla,non poterat eſſe contrata,
niſi eodem nomine contrata appellaretur, quo appellabatur uil-
la,quod minime eſt dicendum,attenta loci paruitate, & qualita
te,ex quibus patet notarium erraſſe, dum appellauit Gaidellã
uillam,nam uere non erat uilla,ſed cõtrata ita nominata. Prout
in alijs inſtrumentis pręſentatis nominatur ꝫta ſeu terra,hoc eſt
26 territorium.† Et illis pluribus inſtrumentis ſtandum eſt nõ illi
uni ſibi ipſi non conſtanti,ad no.in l.in exercendis.C.de fid.in
ſtru.& in c.cum Io.Heremita extra eo.cum alijs accumulatis in
d.l.admonendi.ff.de iur.iur.& in c.quoniam ꝫ de proba. & per
docto.in l.ſi quis in fundi uocabulo de leg j.& tradit Fel.in d.c.
cum cauſam col. ij.num.v.& ſi uere Gaidella erat contrata ſiue
territoriũ,literę Cardinalis ꝫrſum non affirmant,non inficiãtur
enim ante eas Gaidellam fuiſſe cõtratam ſeu terram,hoc eſt ter-
ritorium,& ita intelligendo nihil obſtant inſtrumẽta,quatenus
27 in eis appellatur terra. † Quia tale nomen non poteſt exponi eo
modo quo traditur in d. ca.cum ex partibus non enim erat re-
gnum,nec prouincia,nec oppidum, nec terra,nec uilla,ſed ſolũ
territorium & contrata,nec locus ita appellatus,ſi namq; fuiſſet
uilla officiales habuiſſet, & haberet quos ſolent habere uere &
28 proprie uillę.† Et ideo attendenda eſt illa denominatio contra-
tę quę fit in eodem inſtrumento, ne inducatur contrarietas, &
ut ceſſet error & detur concordia,iuxta text in c. inter dilectos.
§.cæteros de fi.inſtru.& per Bar.& alios in l.fi.§.idem quæſijt.ff.
de condi.indeb.& argumento eorum quæ habentur in l.j.C.de
29 inoff.do.& in c.cum expediat de elec.lib. vj. † Et quia ſecundũ
ſubiectam materiam debent uerba intelligi adaptari & impro-
priari.l.ſi uni.ff loca.l.ſed & ſi poſſeſſori. §.item ſi iurauero,ubi
30 Moder.alia adducunt.ff.de iureiur.† Eo etiam quia ſi tunc fuiſ-
ſet uilla certe fuiſſet nominata in aſsignatione facta monaſte-
rio,ſicuti fuerunt nominatę alię uillę, intra quarum fines conti-
nebatur Gaidella,ad not. in c.ad audientiam el ſecundo de de-
ci.& in l.prima.§.ſed cum deficientis.C.de cad. tol.& quia tem-
pore primi tractatus. d. Guido. conſignauerat monachis Qui-
ſtellum & aliaſ uillas,ultra flumen Situlę,inter quas nominatur
Gaidella ſimpliciter,quę denominatio,non ita ſimpliciter fuiſ-
ſet facta,ſi fuiſſet alia uilla Gaidellæ citra dictum flumen,ne per
illas duas induceretur incertitudo,licet igitur Card.dicat, Gai-
dellam citra flumen non fuiſſe uillam, ſed multiplicatis domi-
bus habitantium,dictum locum accepiſſe denominationem uil-
lę Gaidellę,ab alia uilla uicina,quam flumẽ Situle interueniat,
cum ſtet in eius oppoſito, & ita ſita oſtendatur, non propterea
falſum dixit, cum uere contrarium per inſtrumenta non oſten-
datur,nam illa ſolum appellant eam contratam, ſeu terram hoc
eſt territorium quod tunc non poterat uilla appellari propter
31 paucas domunculas & modicas † De quibus modicis & paucis
minime curandum eſt, nec de eis habenda eſt denominatio, &
cura.l.ſcio.ff.de in integrum reſtitutione,& tradit Bar.in ſimi-
li.in dicta.l.demonſtratio falſa in principio.§.fina. & in l.ſi pro
prietarius.ff. de damno infecto cum alijs accumulatis per Anto
nium Corſetum in tractatu de minimis quem inſeruit in tracta-
32 tu de poteſtate regia,† Vlterius aduertendum eſt nam ut dice-
bamus ſuperius iſte locus Gaidellæ fuit aſsignatus monaſterio
per do.Guidonem,& licet expreſſe non fuerit nominatus, & ip
ſius confines deſignati,tamen per alias qualitates expreſſas,ſatis
aperte fuit demonſtratus,quod quidem ſufficiens eſt. l.cum ſer
uo.§.ſin.ff.de contrahen.empt.ubi gl.& docto.concurdan.ad-
ducunt,& habetur in l. cum pater.§.fina. ubi Bartolus de lega-
tis ſecundo,& per glo.in l.formam.ff.de cenſibus,& per Barto-
lum in dicta.l.demonſtratio falſa in principio,quæſtione ſepti-
ma,& per omnes ſcriben.poſt glo.in l.ſi quis in fundi uocabulo
de legatis primo,& in l. hac conſultiſsima. & in l. ſi in nomine
33 C.de teſtamentis. † Quo ſtante, etiam ſi illa declaratio Cardi-
nalis quo ad nomen uillę non fuiſſet uera, ſed falſa cuius tamen
contrarium eſt ueritas ut deduximus, adhuc dicendum eſt, ta-
lem falſitatem non uitiare illam declarationẽ quæ ex alijs qua-
litatibus ibi expreſsis.redditur certiſsima,& iſta falſa.poſita ſu-
perfluo,minime conſideranda eſt, cum fruſtratoriè, & ſine ne-
ceſsitate fuerit appoſita,ut firmat Barto. in l.prima.§.fina.ff.de
dot. prælegat. & in d. l. demonſtratio falſa, quæſtione ſepti-
ma,quem ſequuntur Paul. de Caſtr. & Iaſon. adducens plura,
poſt

poſt Soci.in d.l.ſi quis fundi uocabulo nu.xxxiiij.& Pau.de Ca.
Alex.& alij communiter in d.l.ſi in nomine.& per Alex.conſil.
clxvj.Io cauſa col.iiij.nu.xxj.& conſi.xxxviij.Viſis col.ij.nume.
viij.& ix.uol.v.Et bene faciunt dicta Petr.de Anc.conſi.ccclxij.
Viſa col.ſi.quem refert & ſequitur Fel.in c.ſignificante col.peu.
de reſcrip.& traduntur per Oldr.conſi.cxcvij.In conceſsione.&
per Saly.in l.qui fundum.§. qui agrum.ff.de contrahend.empt.
cum concor.diſponentibus uendito corpore fundi certi ex con
finibus & qualitatibus adiectionem falſę menſurę appoſitā mi-
nime habere uitiare uenditionem, nam illa tanquam ſuperflua
reijcitur,cum igitur declaratio Cardi.uerisſima reddatur per a-
lias demonſtrationes, perfecta & ualida fuit eſto ꝙ iſta fuiſſet
falſa,& non uera,cum non fuerit appoſita ex neceſsitate,ſed ſu-
perflua & ex abundanti,quæ etiam minime uitiant.l.non ſolēt.
34 ff.de reg.iur.cum uulga. † Et quia talis expreſsio & demonſtra
tio non fuit cauſa finalis declarationis factæ per Cardinalem,ita
ꝙ ſine ueritate & expreſsione illius declarationem non feciſſet
quo fit ut ipſius falſitas non habeat eam uitiare ſecundum Bart.
in d.l.demonſtratio falſa.§.quod autem.uerſicu.tertio modo.&
col.iij.uerſi.vj.quæro.& tradunt omnes in c. ſuper literis.de re-
ſcrip.iuncta his quæ habētur in l.j.§.ſexum.ff.de poſtul. & in l.
35 ij.§.ſi.ff.de donat.& in c.cum ceſſante. de appell. † Et quamuis
Abb.& Fely.in c.poſtulaſti.de reſcrip. dicunt in beneficialibus
& gratioſis ceſſante cauſa impulſiua ceſſare diſpoſitionē, id pro
cedit quando gratia traheretur ad alium caſum non expreſſum,
at quando ceſſante cauſa impulſiua gratia remaneret in eodem
caſu expreſſo,minime uitiatur, ſufficit enim ꝙ princeps omni-
no fuiſſet conceſſurus ut probatur in c.dudum.de præben.li.vj.
& ita firmat Deci.in d.c.poſtulaſti.nu.v reſpondens dictis Abb.
36 & Fely.†Non enim Card.in ſua declaratione expreſsit dicta uer
ba taxatiue & reſtrictiue ſed ſolum declaratiue & nunciatiue,
quo fit ut ea reperta falſa, minime uitiaretur diſpoſitio, ut fuit
deductum, & in dubio demonſtratiue videtur facta appoſitio,
ut tradit Bar.allegans iura in l.centurio.col.xj.uerſic.ſed quid ſi
dixi.ff.de uulga.& pup.& ibi Iaſo.col.xxj.in l.cum pater.§.meo
ſe.uerſi.quæro quid.de leg.ij.& Alex.cōſi.j.col.iiij.uol.j.& De-
ci.conſi.cccxxiiij.Conſuluit.col.ij.uerſi.iiij.facit.& Fely.in c.au
dientiam.il ſecundo col.iiij.& v.de reſcrip.aſſerit namque Card.
dictam declarationem facere,non eo quoniam Gaidella habe-
ret nomen uillę uel ne, ſed propter aſsignationes factas mona-
ſterio per d. Guidonem & ne in futurum monaſterium poſſet
moleſtari, & propter deuotionem quam erga monaſterium &
congregationem gerebat, & monachorum optimam & exem-
plariam uitam,ſequēs ueſtigia do. Guid. eius patrui,quæ uerba
aperte indicant cauſas ueras quibus Cardin.motus fuit ad dictā
declarationem faciendam,quæ fuit & eſt ualida,ut pl.ne dedu-
37 xi in alio conſi.†Etiam ſi nulla fuiſſet adiecta confirmatio ſedis
apoſtolicę ſm Oldr.conſi.ccivij.Factum tale eſt col.v.uerſi.cæ-
38 terum.†Ex eo potiſsimum ualidum eſt ius monaſterij ſubſecu-
ta confirmatione ſex i. iiij.eo modo & forma quibus proceſsit,
& cum clauſulis in ea appoſitis,qua ſola ſtante omnia ex aduer-
ſo deducta corruunt,ut ad plenum proſequitur Deci.cōſi.cccxlj.
Viſo & per totum & ut plenius in alio conſi. deduximus, oſten-
dentes intentionem Pontificis omnino fuiſſe Gaidellam debe-
re eſſe monaſterij non obſtante quocunque errore,ſeu falſitate,
licet uere nullus iſtorum adfuerit. Nec obſtabit ꝙ ex aduerſo
dicitur doloſam ſurreptionem uitiare, & ꝙ in iſtis gratioſis do-
lus præſumitur qui ſemper intelligitur excluſus ab omni diſpoſi
39 tione,& qui non debet patrocinari doloſo, &c. † Nam penitus
iſtud inficiatur monachos doloſe narraſſe Card. ea quæ Cardi.
ipſe declarauit & glo.in c. ſuper literis firmat totum oppoſitum
ſurreptionem non præſumi doloſam,& Moder. ibi num.x.poſt
alios concor.citant,& licet Hoſt. Inn.& alij circa id plura addu
xerint,ut etiam refert Bar.in d.l.demonſtratio falſa.in v.qō.nu.
xj.& poſt antiq.per Mod.in l. præſcriptione.C.ſi contra ius.ta-
men ſm Abb.quem alij communiter ſequuntur in d.c.ſuper li-
teris. illa concluſio uidetur eſſe magis recepta ut iudex ex uarijs
circūſtantijs, habeat iſtud colligere conſiderando expreſsionē
falſi in facto proprio ſeu alieno,& in facto de propinquo,uel de
antiquo,& an literę ſint ponderoſę uel faciles,ut per eos citātes
40 iura. † Rurſus an demonſtratio fuerit ſuperflua & ſuperabun-
dans,quo caſu etiam in gratioſis non præſumitur doloſa,ut pro
prie adaptari poteſt ad caſum præſentem, ſecundum ea quæ ſu-
pra deduximus,& firmat Belliem.deciſ.iiij.quem refert & ſequi-
tur Fel.in d.c.ſuper literis col.iij.num.xij. & quæ qualitates ex-
preſſę & conſideratę per doct.ubi ſupra minime adaptantur mo
nachis, quorum non erat proprium factum de propinquo uel
proximo,imo antiquum,an Gaidella nominaretur uilla,uel ne,
per eos fuere iſta obtenta cum difficultate, quinimo cum ma-
gna facilitate,non.n.continebant cauſam finalem declarationis
Cardi.& ꝯfirmationis Sixti.iiij.quibus & eius tenoribus & uer-
bis conſideratis,firmiter dicere poſſumus,nullam adfuiſſe ſurre
ptionem doloſam ipſorum monachorum, conſequenter ceſſa-
bunt prorſus omnia quæ in contrarium fuere adducta, & uera
erit concluſio Gaidellam, & reliqua loca de quibus agitur eſſe
41 ipſius monaſterij.& do.Præpoſi. contra illud male egiſſe.†Nec
obſtabit articulus factus per ipſos monachos in quo intendunt
probare Gaidellam ſumpſiſſe nomen, &c. nam minime articu-
lus erat neceſſarius ad cauſam, & tanquam ſuperfluus nō debet
attendi potiſsime ſtante illa clauſula non aſtringens ſe,&c.iux-
ta tradita per Bar.& alios i l.diuus o.vj.ff.de re iudi. & per doc.
in c.exhibita de iudi.& per Cano.omnes citantes alias deciſio-
nes in c.ex parte de præſcrip.ubi Fel.nu.xxxvj.& Mod.num.xx.
pro abſoluto iſtud habent. Pariſ. Bono.

SVMMARIVM.

1 *Vnio facta auctoritate ſedis apoſtolicæ eſt ualida & firma & regulariter irretractabilis, & nu.3.*
2 *Et a fortiori idē quādo interuenit conſenſus prælati eccleſiæ unitæ.*
3 *Et idem quando facta eſt perpetuo & non ad tempus.*
4 *Poteſt tamen aliquibus caſibus retractari de quibus remiſsiuè.*
5 *Standum eſt regulæ, & non caſibus exceptuatis, niſi probentur.*
6 *Et caſus exceptuati a regula probandi ſunt per excipientem.*
7 *Vnio & ceſsio facta ſub conditione nulla eſt ſi conditio nō fuit adimpleta.*
8 *Et ita cedenti competit regreſſus ad beneficium ceſſum, & nu.11.*
Regreſſus quid ſit.
Conſenſus limitatus limitatum producit effectum.
9 *Vnio facta ex cauſa poſtmodum non ſubſecuta reuocatur.*
10 *Auctoritas Pontificis regulatur, ſecundū actum, cui interponitur.*
11 *Cedenti ſub conditione, ſeu pactis poſtmodum non ſubſecutis, tanquam ſpoliato conceditur reſtitutio, & nu.8.*
12 *Conditio reſolutiua, differt a conditione ſuſpenſiua, & alijs ſeq.*
Conditio ſuſpenſiua quæ ſit & quæ reſolutiua.
13 *In actu geſto ſub conditione reſolutiua, ſtatim naſcitur obligatio & actio reſoluenda tamen, &c.*
14 *Plura contenta ſub eadem determinatione determinanda ſunt eodem iure.*
15 *Et diſpoſitum in uno cenſetur diſpoſitum in alio.*
16 *Ceſſat ſpolium quando poſſeſsio fuit quæſita uoluntate & conſenſu aſſerentis ſe ſpoliatum, & alijs ſeq.*
17 *Relatum continetur in referente, cum omnibus ſuis qualitatibus.*
18 *Voluntas nedum uerbo ſed etiam facto colligitur.*
19 *Actus ſubſequentes declarant uoluntatem qualis fuerit in præteritum.*
20 *Debitor quis dicatur.*
21 *Poſſeſsio probatur per perceptionem fructuum, & nu.21.*
23 *Probatur etiam quando in loca ſeu eccleſia ponuntur perſona arbitrio & uoluntarie alicuius qui dicitur poſſidere.*
24 *Priuatio præſupponit habitum.*
25 *Argumentum a ueroſimili ualet & recipitur.*
26 *Actus reciprocus dicitur eſſe æqualis nec debet claudicare.*
27 *Licentia data apprehendendi poſſeſsionem, excludit ſpolium.*
28 *Conuentiones, & pacta nulla ſunt, ſine auctoritate ſuperioris.*
29 *Conditio reſolutiua ceſſat, & nullum producit effectum, ſubſecuto implemento conditionis.*
30 *Declarandum eſt defeciſſe conditionem reſolutiuam, ut actus ſub ea geſtus reddatur inualidus.*
31 *Conditio ſuſpenſiua purificata reddit actum purum perinde ac ſi ab initio ita fuiſſet geſtus.*
32 *Et ſecuta adimplemento conditio retrotrahitur.*
33 *Principales alicuius religionis habent magnam poteſtatem.*
34 *Ratificatio retrotrahitur.*
35 *Copula requirit concurſum omnium copulatorum.*
36 *Fallit quando ad unum effectum copulata ponuntur.*
37 *Poſita ad cautelam, & demum omiſſa non uitiant actum.*
Nec requiritur concurſus iſtorum copulatiuè poſitorum.
38 *Verba debent aliquid operari ne ſint fruſtratoria.*

39 *Verba intelligenda ſunt cum effectu, & nu. 43. iſtud declaratur, & numer. 44.*

40 *Actus iudicantur diuerſi & ſeparati, quando plures ſunt.*
Et omiſſus, habetur pro omiſſo.

41 *Et non expreſſus de uoluntate non exprimentis dicitur omiſſus.*

42 *Actus gerendus, tunc eſt, quando redderetur ualidus, & non fruſtratorius, & nullus, & nu. 55.*

44 *Declaratio ad dicta Bald. quæſtio. ix. in rubrica. C. de contrahenda emptione.*
Quis non tenetur facere illud quòd factum non releuaret.
Procurator conſtitutus ad præſtandum conſenſum pluribus ex cauſis excuſatur, ſi illum non præſtat, & nume. 41. & ſequen. & 63. & ſequent.

45 *Promittens facere aliquid, non expreſſo tempore, obligatus uidetur illud facere infra tempus, quo commodè illud poteſt fieri.*

46 *Iſtud tamen tempus, arbitrarium eſt.*

47 *Et quando locus in quo debet fieri eſt incertus, obligatus facere non dicitur in mora conſtitutus niſi interpelletur.*
Quod inſuper procedit etiam poſt lapſum & decurſum diei certę.
Creditor. n. debuit eſſe paratus, in quo loco uolebat id fieri.

48 *Et ſi creditor interpellaret, adhuc neceſſe habet exprimere diem & locum.*

49 *Dies incerta legalis decurſa, non conſtituit debitorem in mora, ſine interpellatione.*

50 *Et maxime, quando actus poteſt momento expediri.*

51 *Et idem quando obligatio contineret factum ſucceſſiuum, & dependeret a uoluntate creditoris.*

52 *Non poteſt imputari non facienti actum, ſi paratus erat illud facere, & fuit impeditus, & alijs ſeq.*
Impedimentum procedens facto ſupremi principis iuſtus reputatur.

53 *Præſumendum eſt pro geſtis a ſummo pontifice. necnon & pro geſtis à iudice.*

54 *Quando iudex iniuſtitiam facit, id caſui fortuito adſcribendum uenit.*
Impedimentum caſus fortuiti, iuſtum eſt.

55 *Conſenſus præſtandus eſt, quando extremum eſt habile, & nu. 42.*

56 *Ius ſpeciale facilius tollitur, & ita conceſſum, quàm ius commune. & illo iure conceſſum.*
Regula cancellariæ de non expediendis literis reſeruationis ſine conſenſu, &c. quando procedat, & alijs ſeq.

57 *Ceſſante cauſa & ratione quibus fuit inducta dicta regula, ceſſare debet eius diſpoſitio.*
Quando unica ratio tantum poteſt aſſignari, illa habetur pro expreſſa.

58 *Pontifex non aſtringitur regulis cancellariæ.*

59 *Penſio etiam ante expeditionem literarum, dici poteſt conſtituta.*
Regula prædicta tanquam odioſa, non eſt extendenda.

60 *Gratia abſque literis, ſolo uerbo principis perficitur, & ille ſolum præſtant probationem.*
Error iuris non poteſt allegari per illum qui eſt in loco ubi adeſt copia peritorum & nu. 61.
Pontifex extinguere poteſt penſionem conſtitutam, & etiam non cõſtitutam ſed debendam, & nu. 61.
Ex quibus actibus, penſio dicatur conſtituta, & in eſſe deducta.

62 *Plura impediuntur fieri, quæ facta tenent.*

63 *Ceſſio per ſuperiorem acceptata, excludit cedentem, cum in ſe contineat perfectionem.*

64 *Geminatio actus, operatur effectum, & nu. 198.*

65 *Impeditus docere habet de ſua diligentia, & quod non fecit, propter impedimentum.*

66 *Et de impedimento proteſtationem facere debet.*

67 *Declaratur, an id ſit uerum, & quando procedat.*

68 *Non tenetur proteſtari, quando notorium eſt, diligentiam fuiſſe fruſtratoriam.*

69 *Et idem quando conſtaret de animo impediti, parati facere actũ.*

70 *De poteſtate pontificis diſputare, ſacrilegium eſt.*

71 *Eſt enim omnia, & ſuper omnia.*

72 *Et habet plenitudinem ſupremæ poteſtatis.*

73 *Et ſanctus una cum ſua ſede ſit.*

74 *Et dei miniſter eſt a quo dependet omnis iuriſdictio.*

75 *Et in terris, Deus eſt.*

76 *Dei & papæ idem eſt conſiſtorium.*

77 *Et in terris non habet ſuperiorem.*

78 *Et a ſolo Deo iudicatur.*

79 *Et adæquat quadrata rotundis.*

80 *Quando procedit de poteſtate abſoluta, & ex certa ſcientia, non poteſt ei dicitur ita facis.*

81 *Nec ſubijcitur quæſtionibus ſuis, aut aliorum prædeceſſorum.*

82 *Eſt etiam ſupra ius poſitiuum, & contra illud diſponere poteſt arbitrio ſuo.*

83 *Diſpenſare poteſt circa ius poſitiuum, etiã ſine cauſa, & indiſtinctè.*

84 *Et eo fortius ſua poteſtas præualet in beneficialibus, & fructibus ipſorum.*

85 *Et maxime circa penſiones imponendas, transferendas, & extinguendas.*
Acceptans beneficium, ſe obligat illud adminiſtrare.
Et iſta facere poteſt inuito beneficiato, ſine cauſa, & eo non citato.

86 *Translatio penſionis de una perſona ad aliam, non inducit nouũ grauamen debenti illam ſoluere.*
Regula, ne extincta penſiones ſuſcitentur &c. quando procedat.

87 *Conceſſum alicui per priuilegium, poteſt reuocari per concedentem etiam ſine cauſa licet eſſet ius quæſitum.*

88 *Quæſitum iure poſitiuo, poteſt per ſupremum principem tolli etiam ſine cauſa.*

89 *Et idem ſi tale ius fuiſſet quæſitum iure naturali, ueniret tamen acceſſoriè ad ius eccleſiaſticum.*

90 *Reſcriptum pontificis in beneficialibus ualet etiam ſine cauſa, ſi de eius uoluntate conſtat.*

91 *Regulæ cancellariæ non aſtringunt pontificem.*

92 *Per clauſulam, non obſtantibus, tollitur & derogatur iuri quæſito ad rem.*

93 *Clauſula, de plenitudine poteſtatis, habet uim clauſulæ derogatoriæ ad omnem legem contrariam, continentem etiam derogatoriam clauſulam.*

94 *Regula tollens motum proprium, & certã ſcientiam, non tollit clauſulam de plenitudine poteſtatis.*
Verba appoſita in diſpoſitione debent aliquid operari.

95 *Regula de non tollendo ius quæſitum procedit in caſu dubio non autem in claro.*

96 *Nec loquitur de iure quæſito conditionaliter & ad rem.*
Quod conditionaliter competit, leue reputatur.
Et idem dicimus, quando aliquid competit in diem incertam.
Ablatiui abſoluti, conditionem important.

97 *Priuatio non præſupponitur, niſi exprimatur.*

98 *Declaratio, nihil noui adducit. ſed ſolum detegit præterita.*

99 *Verba deſeruiunt uoluntati.*

100 *Voluntas principaliter attenditur, & non uerba.*

101 *Verba improprientur ut deſeruiant menti.*

102 *Verborum ſubtilitas pertinacibus eſt relinquenda.*

103 *Non refert quid ex æquipollentibus fieri dummodo mentem diſponentis ſeruemus.*

104 *Nomina ſinonima, non inducunt diuerſitatem in effectu.*
Qui uult conſequens, uelle uidetur neceſſarium antecedens.

105 *Verbum decernimus, inducit nouam diſpoſitionem, & idem uerb. decreuimus.*

106 *Quando proceditur inordinatè, & ex arrupto, præcipitanter, & non ſeruato iuris ordine, nulliter proceditur.*

107 *Quando princeps procedit extraiudicialiter, ex certa ſcientia, et motu proprio non requiritur citatio.*

108 *Minus requiritur quando notorium eſt citandum non poſſe impedire actum.*

109 *Et idem quando procedit ex poteſtate abſoluta.*

110 *Et maxime in beneficialibus, et in diſponendis fructibus ipſorum.*

111 *Et in iſtis procedere poteſt, nullo iuris ordine ſeruato.*
Clauſula, ſupplentes, tollit omnem ſolennitatem iuris poſitiui.

112 *Procedunt autem iſta, quando certum eſt principem uelle ita procedere, ſecus in dubio.*

113 *Clauſula motus proprij, non tollit defectum intentionis.*

114 *Clauſula, ex certa ſcientia, non ſupplet ignorantiam facti.*

115 *Nec tollit ius tertij, cui fortiter præiudicaretur.*

116 *Clauſula, ſupplentes, non tollit defectum ſubſtantialium, nec ignorantiam facti.*

117 *Mors ciuilis, quando operetur effectum mortis naturalis, et quando illi æquiparetur, et nu. 149. et ſeq.*

118 *Clauſula, ex certa ſcientia, expreſſa, oſtendit apponentem illam ita proceſſiſſe.*

119 *Et ita quando exprimitur clauſula de plenitudine poteſtatis oſtenditur ita proceſſiſſe.*

120 *Ex iſtis clauſulis, tollitur ſurreptio, obreptio, et omnis defectus intentionis.*

121 *Quod*

121 Quod princeps facit ex certa ſcientia, dicitur factum pro uero, & non ignoranter, & nu. ſeq.
122 Nec tale factum poteſt reuocari in dubium.
123 Et quando apponitur ſuper facto proprio ſatis operatur.
124 Et ceſſat præſumptio malæ informationis, & intentionis defectus.
125 Et omnis importunitas, & mala ſuggeſtio, & circunuentio.
126 Et quando diſponitur ſuper iure poſitiuo, non dicitur circunuentus, quia omnia iura habet in pectore.
127 Procedens ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis uidetur uo luiſſe præiudicare illi cui ius eſſet quæſitum.
128 Et quando conſtat de mente diſponentis, non conſiderantur iſtæ clauſulæ.
129 Verba oſtendunt animum loquentis, & diſponentis.
130 Verba principis generalia non recipiunt reſtrictionem de habilitate iuris poſitiui.
131 Verbis pontificis, eius mentem declarantibus ſtandum eſt.
132 Et aduerſus literas pontificis, declarantes eius mentem, non recipitur probatio in contrarium.
133 Obiectus qui dantur contra gratiam, probandi ſunt in ſpecie & concludenter non autem præſumptiuè.
Papa poteſt mandare, de ſic iudicando.
134 Non eſt præſumendum beneficiatum grauari duplici onere penſionis ſoluendæ.
135 Habetur pro expreſſo, ſi diſponens de illo interrogatus ita expreſſiſſet & diſpoſuiſſet.
136 Princeps procedens in materia iuris poſitiui, præſumitur procedere cum cauſa rationabili, licet non ſit expreſſa.
137 Maximè quando appoſita apparet clauſula motus proprij.
138 Et idem ſi non eſt appoſita dummodo conſtet de mente.
139 Principi non præſumitur placere niſi iuſtum, & honeſtum.
140 Facilius tollitur ius quærendum, quàm ius quæſitum.
Quod uerificatur in prælato.
141 Et in ſeruo præiudicante domino, in quærendis, non autẽ in quæſitis.
142 Princeps legitimando, tollit ius quærendum.
143 Iuri futuro renunciari poteſt, pacto, & ſtipulatione, & num. 158. & 159.
144 Item & per appoſitionem iuramenti ſimpliciter, renunciatur iuri futuro, & nu. 160.
145 Penſio reſeruata in certum caſum, non includit alios, minime expreſſos.
Vnius caſus incluſio, eſt aliorum excluſio.
146 Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.
147 Et in materia ſtricti iuris caſus omiſſus pro omiſſo habetur.
148 Penſio reſeruata præſumitur caſibus expreſſis ita ſe habentibus.
149 Mors ciuilis æquiparatur naturali, in caſibus a iure expreſſis & nõ alijs, & nu. 117.
150 Nec æquiparatur, quando per omnia non producit eundem effectũ etiam in diſpoſitione hominis.
151 Et idem quando ſpecialiter facta eſt promiſſio, & expreſſio de morte naturali.
152 Et idem in caſu præcedenti quando eſſemus in diſpoſitione legali.
153 Papa in terris, lex uiua & animata eſt.
154 Et idem ut non ueniat mors ciuilis quando diſpoſitio uitiaretur ſi non expectaretur mors naturalis.
155 Renunciatio recepta & admiſſa, obſtat renuncianti, & nu. 185.
156 Renuncianti non datur regreſſus, ad ius cui renunciauit.
157 Contrarius ſibi ipſi repellendus eſt.
160 Periurus, repellendus eſt.
161 Renunciatio, & ceſſio, facta per metum, non tenet, & nu. 163.
Item quando fit ut liberetur frater a carceribus, ſed declaratur. numer. 178.
Metus conſanguineorum iuſtus eſt, ſed declaratur. nu. 178.
162 Metus iuſtus, conſideratur arbitrio iudicis.
Preces potentum, metum inducunt, quod intelligo, ut in nu. 182.
164 Non ueriſimile, quem uoluntariè renunciare beneficio quæſito labore, & expenſis quod declaratur, nu. 182. & alijs ſeq.
165 Et ita renuncians, reſtituitur in priſtinum, ſine noua collatione.
166 Clauſula inſolita, arguens ſuſpitionem.
277 Proteſtatio facta. & continens actum metu fieri, prodeſt proteſtanti, ſed contra nu. 194. & ſeq. 169.
168 Metum alleganti incumbit onus probandi concludenter & formiter.
169 Nec ſufficit ſola proteſtatio ad eum probandum.
170 Auctoritas, & ſuperioritas ſola, alio non concurrente, non probant metum, & nu. 182.
171 Metus conſiderabilis & iuſtus, debet eſſe talis, ut cadat in conſtantem uirum.
172 Committens crimen læſæ maieſtatis, iuſtè carceratur & condemnatur, ex iſtis poteſt allegare metum, & nu. 173. & 176.
Si metus non poteſt dici iuſtus, iniuſtè carcerato, minus erit iuſtus in alio tertio libero.
174 Metus non poteſt eſſe iuſtus, in eo quod iudex iuſtè facit.
175 Executio iuris, non inducit metum, nec iniuriam.
176 Carcer iuſtus & publicus, non inducit metum.
177 Nulla probatio eſt maior confeſſione propria.
178 Cedens uel dans aliquid, ut liberet fratrem iuſtè carceratum, non poteſt illud reſcindere prætexta metus.
179 Gerens actum cum tertio non inferente metum, nec conſecuto commodum, non poteſt contra illud agere propter metum.
180 Et idem quando actus fit per carceratum.
181 Et maxime quando appoſitum fuit iuramentum, nec aliter conſtat de metu, & non fuit a iuramento abſolutio obtenta.
182 In dubio, non præſumitur principem male tractare ſubditos.
Intellectus ad cap. quod ſuper. de renuncia. & c. ſollicite. de reſtitu. ſpolia. & alijs ſeq.
183 Non enim procedunt, quando apparet alia cauſa.
184 Nec ubi non fuit commiſſum ſpolium, nec aduerſarius poſſidet.
185 Nec quando renunciatio facta eſt coram ſuperiore, & per eum admiſſa.
186 Nec etiam quando apparet notorius defectus proprietatis, in ipſo renunciante.
187 Et idem quando in inſtrumento ceſſionis apponuntur illa uer. non ut ſed ſponte &c.
188 Vel quando apparet propter quod ceſſat illa ueriſimilitudo, de qua in dictis. c.
189 Clauſula ſolita apponi, & appoſita non arguunt ſuſpitionem.
190 Et idem quando apponuntur ad executionem diſpoſitionis, quam nõ alterant.
191 Læſio ſola, non probat metum, nec modica receptio, pro maximo remiſſo.
Nec læſio uitiat renunciationem, & ceſſionem ſeu donationem.
192 Quiſque in re ſua eſt moderator, & arbiter.
193 Pœna eſt, tollere liberam adminiſtrationem bonorum ſuorum.
194 Proteſtatio ut iuuet, debet continere aliam cauſam, quàm metus.
195 Nec prodeſt quando fit clandeſtinè, & non fuit intimata.
196 Nec tollit actus præcedentes conſumatos, & perfectos, nam neceſſarij ſunt ex poſt facto.
197 Maxime quando in proteſtatione non fuit facta mentio iuramenti præſtiti ſuper actu geſto.
199 Plus eſt facto aliquid facere, & re ipſa, quam uerbo exprimere.
200 Sicut quis non poteſt uenire contra illud quod uerbo expreſſit, ita nec aduerſus factum proprium.
201 Simpliciter recipiens canonem non ſolutum, triennio, uidetur remittere caducitatem.
202 Creditor ſimpliciter recipiens creditum, uidetur remiſiſſe intereſſe, & pœnam, & nu. 203.
204 Et idẽ quando recipitur pars crediti ſcienter, uidetur facta diuiſio.
205 Procurator ſimpliciter recipiens inſtrumentum mandati, uidetur illud acceptare, nec poteſt pœnitere.
206 Et idem quando ſimpliciter recipiuntur literæ cambij, & illis non contradicitur.
207 Purgatur metus ex actu liberè ſubſecuto.
208 Poteſt quis ſoluere, & ſucceſſiue liberare debitorem alterius etiã inuitum, & ignorantem.
209 Res inter alios acta, quandoque prodeſt alteri.
210 Verba enunciatiua, & nuda, ueſtiuntur re traditione numeratione & conſumptione, ut etiam pactum nudum, & nu. 211.
212 Inſtrumentum mutui, celebratum inter tertios, probat mutuũ fuiſſe quo ad omnes.
213 Verba diſpoſitiua, & principaliter, & propter ſe prolata plenè probant.
214 Verba enunciatiua probant, pluribus in caſibus, de quibus n. 215. uſque ad nu. 219. ut eſt quando proferuntur per modum cauſæ, uel quando partes illa proferentes potuerunt ſibi ipſis, præiudicare, uel quando fuere prolata a ſum. Pont.
218 Verbis Papæ credendum eſt etiam de facto alieno, quando ſuper illo ſe fundat, & nu. 219.
220 Non entis, non conſiderantur qualitates.
221 Intentio facti excludenda uenit per excep. intentionis, & facti.
222 Illud quod de facto proceſſit, etiam de facto uenit reuocandum.

CONSILIVM V.

VNIO Iſtius Monaſterij.S.Simpliciani Mediolanen.
facta uenerabili,& pientiſsimę cõgregationi Caſsi
nen.fuit ualida firma,& iam effectum ſurtita,& cõ
ſequenter reddita irretractabilis, & irreuocabilis.
1 † Tum quia proceſsit auctoritate ſedis apoſtolicæ ad notat. in
c.quod tranſlationem, de off.legat.& in c.j.ne ſede uacan.& in
clem.ſi una,de rebus eccle.non alien.& per Rot in not.de off.le
ga.deciſio.ſecunda,& deciſi.prima,& in antiq.in ti de off.ordi-
na.deciſi.aa.& in tit.de reb.eccle.non alien.deciſi.ia.c.ſicut uni
re,de exceſsio.præl.,cum alijs citatis per Pet.de Vbal.in tract.
de union.in iiij.c.princ.& Fel.in c.audiuit,de præſcrip.nu.xvij.
2 † Tum quoque quoniam interuenit conſenſus. B. Cardi.Sauli,
& Stephani eius fratris commendatarij monaſterij prædicti ad
nota.in d.cle.ſi una,& per eundem Pet. de Vbal.allegantẽ alias
deciſio in d.trac.c.v.col.ij.uerſi.ij. principaliter quæritur,& ad
tradita per gl.& alios,in c.j.de reb.eccl.non alien. lib. vj.& per
Rot.in antiq.eod.tit.deciſi.j.& Bernar.de Biſgnc.eo.ti.deciſi.j.
3 † Eo etiam quia fuit perpetua & non temporalis.c.extirpandæ.
§.qui uero.de præben.& per eund.Pet.de Vbal.in d. trac.capit.
ulti.Et in ea conſtituenda iam interuenere aliæ ſolennitates de
iure requiſitę,de quibus in locis ſupra citatis, & concor.& alibi
pluries, quibus attentis immediate, & effectualiter, necnon &
eſſentialiter redita fuit perfecta quo ad tranſlationem proprie-
tatis ipſius monaſterij perpetuo uniti dictę cõgregationi ſecun
dum Io.And.in rubr.de præben.& Oldr.conſi.cclvij.colum.iij.
& conſi.cclaj.& ſeq.& doct.in d.c.ſicut unire,& Cardi.in clem.
4 diſpendioſam,de indici.q.aiiij.† Et quamuis aliqui ſint caſus ſpe
ciales,quibus unio poſsit retractari,enumerati per eundem Pet.
de Vbald.in alio ſuo tracta. de reuo.unio.& in iuribus per eum
ibidem allegatis,necnon & per alios pluribus & diuerſis in locis
tamẽ in præſenti diſceptatione nullus adeſt caſus ſpecialis, quo
dicere cogamur unionem prædictam non ſubſiſtere, & poſſe re
uocari,& infringi & dicto Stephano priori commendatario uir
tute primi ſui tituli tanquam ſpoliato concedi regreſſum ad di-
5 ctum monaſterium prout iam inſtat concedi. † Conſequenter
ſtandum erit regulę ſuperius firmatę,& d.Stephano ſe fundanti
in caſu ſpeciali incumbit onus illud probandi,ſm gl. & ſcrib.in
l.quoties.ff.ſi quis cau.& in l. omnis diffinitio.ff.de regu. iur.&
Mod.in l.j.eo.ti.poſt In.in c.præterea.de dila.& Mod.poſt alioa
6 antiq.in l.ij.ff.ſi quis in ius uoc.non ier.† Non enim ſufficit ſim-
pliciter dicere & allegare caſum exceptuatũſed neceſſaria eſt il
lius probatio.c.dilecti,ibi oppoſita & probata,de excepti.l.j.in
prin.iuncta glo.ff.ſi quad.pauper.feci.dica.l.ſi prius.In uer.alle-
7 gans.ff.de oper.no.nun.& uulga.l.qui accuſare.C.de eden. † Et
quamuis ipſe Stephanus dicat ad dictum monaſterium ſibi cõ-
petere regreſſum,uirtute primæui ſui tituli & ex eo qđ ceſsio p
eũ facta fuit ꝯdõnalis,& ſic ſuſpẽſiua actus geſti limitata & qua
lificata & q̃ qualitates & ꝯdõnes minime fuere ſubſecutæ ꝯſtr
ceſsio & unio inde ſecuta, perinde iudicanda eſt, ac ſi facta non
fuiſſet.§.ea conditionali inſt.de uer.ob.l.cedere diem.ff.de uer.
ſig.l.qui hæredi.§.fi.ff.de cond.& dem.& Old.ꝯſi.cxxxix.Ad ha
bendum,& per Bal.in l.Arethuſa.ff.de ſta.homi.& per Old.ꝯſi.
cclvij.Factum tale eſt,col.iij.uerſi.ſed in ꝯtrium facit, & limita-
tus conſenſus limitatum produxit effectum & limitatam ceſsio
nem.l.iubemus.C.ad uelleia.l.cancellauerat.ff.de his quę in te
8 ſta.delen.l.in agris.ff.de acq.re.do † Et ceſſantes ab implemẽto
conditionum & qualitatum appoſitarum in illa ceſsione.d.Ste-
phano concedendus eſt regreſſus qui de ſui eſſentia reuerſionẽ
continet ad omiſſum monaſteriũ,iuxta.l.filios,& l.ſi nunquam.
C.de reuo.dona.& ad nota.in c.ſi beneficia.de pręb.li.vj.& alia
9 adducit Old.conſi.cclaav.Quæſtio eſt, col.ij.uerſi.circa.v. † Et
unio inde ex cauſa prædicta ſubſecuta illa ceſſante, reuocanda
eſt.c.poſt tranſlationem,de renuncia.c.cum ceſſante de appella.
10 & tradit Pet.de Vbal.in d.trac.de reuo.unio.c.j.† Et ſingula ge
ſta & promiſſa per Leonem. a. regulanda ueniunt ſm formam
dictę ceſsionis factę conditionaliter, & limitatẽ, nec ullum po-
tuere producere effectum,cum dependerent ab illa quę minime
fuit purificata,ad nota.in c.acceſſorium.de reg.iur. lib.vj.l.cum
principalis.ff.eo. Et quia uidetur circa prædicta proceſsiſſe po-
teſtate ordinaria non abſoluta,cum relationem habuerit ad cõ-
uentiones & pacta ſuper iſtis facta per B.olim Card. & Stepha-
num ex una, & alios monachos agentes pro ipſa ꝯgregatione.
Quibus ꝯuentioõibus expreſſe cautum eſt,ꝯgregationem ipſam
debere ratificare omnia actitata inter ipſas partes & conſtitue-
re procuratorem ad conſentiendum,& ꝙ aliter geſta eſſent nul
la, & pro non factis, & monaſterium prædictum ut prius eſſet
11 commendatum.d.Stephano.† Et qđ conuenta minime fuerunt
adimpleta per ipſam congregationem,poſsidentem dictum mo
naſterium, prædicto Stephano tanquam ſpoliato concedenda
erit reſtitutio,& ad illud regreſſum.iam reſeruatus,ad nota.in l.
ſi quis ad ſe fundum.C.unde ui.& diffuſe per omnes in l. natu-
raliter.§.nihil commune in j.lectu.ff.de acq.poſſ.& toto ti. de re
ſtit.ſpo.cum ſi. ¶ Conſiderata autem uera facti ꝯtingentia,iſtis
minime obſtantibus Stephanus ipſe excludendus ueni,nullum
etenim ius habet ad monaſterium prædictum,& ꝯſideratio præ
tenſi ſui ſpolij nulla eſt, & minime regreſſus attentatus eſt ꝯſide
rabilis, cum ipſe ſpõte reſignauerit & ceſſerit dicto monaſterio
ut uniretur prædictę ꝯgregationi, & unio fuerit ſubſecuta, & iã
ſortita effectum perpetuo ut iam deduximus, & ad illud quod
ipſe dicit reſignationem & ceſsionem fuiſſe factam ſub ꝯditio-
ne ſupenſiua ante cuius purificationem & implementum mini-
me conceſſum fuit dictę cõgregationi poſſeſsionem monaſterij
apprehendere & ſucceſsiue ſpoliare ipſum Stephanum, iuribus
12 ſupra in contrarium adductis. † Reſpondetur & dicitur aſſertã
conditionem minime fuiſſe ſuſpenſiuam,ſed reſolutiuam,uolue
re enim partes ipſę, ꝙ ceſsio & ſucceſsiue impoſitio pẽſionis ſta
tim ſortirentur effectum in totum, & ꝙ ipſa congregatio illico
aſſequeretur monaſterium, uerum ſtatuerunt ꝯgregationẽ de-
bere ratificare & ꝯſtituere procuratorem &c. & in euentum nõ
ratificationis, tunc reſolueretur id quod inter partes geſtum &
actum fuit in quem caſum ceſsio redderetur nulla & cedens re-
duceretur in priſtinum ſtatum, & cum dicta conditio appoſita
fuerit reſolutiua,minime iudicanda erit conditionalis & ſuſpen
ſiua,quinimo pura & ab initio perfecta fuit, reſoluenda tamen
eo caſu quo nõ ſubſequeretᷣ ratificatio & ꝯſenſus ꝯgregationis,
uerba.n.conceſsionis unionis ceſsionis & ꝯſtõnis pẽſionis,recte
conſiderata,neceſſario inferunt actum fuiſſe pure geſtum,& nõ
ſuſpenſiue,ita tamen ꝙ ueniret reſoluendus in caſu quo nõ fuiſ-
ſet ſubſecutus conſenſus, & ratificatio congregationis, uerba
nanque prædicta non reſpiciunt perfectionem actus, ſed ſolum
diſceſſum ab eo iam perfecto, & ſic a ceſsione pura, & unione
& penſionis conſtitutione,ſecundum communem doctrinam,
gl.quàm paſsim omnes ibi ſequuntur in l.ij.ff.de in diem adiec.
& per Bar.in l.fideicõmiſſa.§.ſi ſic.de le.iij. & in l.quib. dieb.§.
quidam Titio.ubi Pau.de Caſt.& Soci.not.ff.de condi.& dem.
& quoniam prædicta uerba non fuere appoſita ad perficiendum
prędicta geſta,ſed ſolum ad reſoluendum ea,ſequitur omnia il-
la fuiſſe pure geſta, licet uenirent reſoluenda in caſum prædi-
13 ctum. † Et interim & immediate ſecutus fuit effectus prædicto
rum,& nata fuit actio & obligatio, & quæſitum ius, ut habetur
in l.obligationum fere.§.conditio.ubi poſt gl.tradunt doc.ff.de
act.& oblig.& traditur in d.l.ij.iuncta glo.& in alijs legibus ſe-
quenti.& per Soci.conſi.laij.Viſis.col.ij.nu.iiij.uol.iiij.ubi tra-
duntur alij effectus reſultãtes ex iſta diſceptatione,an actus fue
rit geſtus ſub conditione ſuſpẽnſiua, an uero pure, reſoluendus
tamen in caſu quo aliquid non ſequeretur,ut uere eſt caſus præ-
14 ſens,ita geſtus per ipſas partes. † Et ꝙ ita fuerit geſtus,ſatis pa-
tet ex uerbis literarum unionis conſtitutionis penſionis & con-
firmationis conuentionis & pactorum, etiam diuiſim diſtincte
& de per ſe conſideratis, ſiue etiam coniunctim cum ſub una &
eadem determinatione omnia claudantur producantur & orian
tur ad nota.in l.iam hoc iure.ff.de uulg.& pup.& in l. quamuis.
15 C.eodem,& plene in l.teſtamento.C.de teſtam.mil.† Et diſpoſi
tum in una repetitum cẽſeatur in alia, ut traditur in iuribus præ
dictis,& argum.l.utrum.ff.de petit.hæredita.& in l. qui filibus.
& l.ſi ſeruus plurium.§.fina. de lega.j. & literę unionis expreſſę
continent fuiſſe factam de conſenſu & ceſsione do.Stephani,cõ
cedentis congregationi facultatem libere & propria auctorita-
te apprehendendi & ſucceſsiue perpetuo retinendi dictũ mo-
naſterium, quod utique rite proceſsit, ut in principio ꝯſultatio
16 nis fuit deductum.† Et ſtante uoluntate & conſenſu ipſius Ste-
phani,impertinentiſsime datur de prætenſo ſpolio,ad no.in c.j.
& in c.ſollicite.& in c.accepta.cum ſim.de reſtitu. ſpol.& argu-
17 mento.l.j.§.ſi conueniat. ff. depoſi. cum uulga. † Et quia præ-
tenſæ literæ penſionis in quibus Stephanus refert illas uniones,
idem diſponunt, ut propria auctoritate liceret congregationi
apprehendere monaſterium, & relatum contineatur in refe-
rente, cum omnibus ſuis qualitatibus. l. in teſtamento. ff. de
cond.

cond.& deom.l.j.ubi Bar.ff.de recepta.& idem Bar. in l.ſi quis
18 ſeruum.§.ſi.nu.v.de leg.ij. † Eo ẽt quia ſingulæ literæ prædictæ
expeditæ,& abſolutæ apparent uigore conuentionum,& pacto
rũ inter ipſas partes initorum,& iuxta illorum formam & teno
rem & expeditæ fuere,necnon & acceptatæ per. B. olim Card.
& per ipſum Stephanum,& uoluntas nedum uerbo,ſed facto &
re ipſa colligitur & hr̃.l.de quibus.circa fi.ff.de leg.l.Paulus rō-
19 det.ff.rem rat.habe.l.reprehendenda.C.de inſt.& ſubſti.†Et per
iſtos actus ſubſequentes,declarat̃ uoluntas ipſius Stephani,quæ
& qualis fuerit in præteritum &ab initio,quo ceſsionẽ fecit. l.
ſed Iulianus.§.ſed & ſi ab initio.ff.ad Maced.l. ſi qui adulterij.
C.de adul.§.Pauonum,inſt.de re.diuiſi.Et quod ſemel ipſi Ste-
phano placuit,mó reprobare non pōt.c.quod ſemel.de reg. iur.
cum alijs per Fel.collectis in c.ij.nu.xij.de excep.Ad quod etiã
nam partes ipſæ minime proceſsiſſent ulterius implendo ꝯuen-
ta,& pacta,& maximè Cardinales debentes cedere, & cedentes
ac ſcientes apoſtolicas literas non poſſe expediri niſi præſtitis ꝯ
ſenſibus,& quoad ceſsiones,& quoad reſeruationem quo col
ligitur non appoſuiſſe ꝯditionem ſuſpenſiuã ſed ſolũ reſolutiuã
20 iuribus & deciſi.quib.s̃.†Quorum mens ad idem aperte colligi
tur,nam.B.Cardi.& Stephanus concedunt ꝯgregationi fructus
uſque ad natiuitatem domini tunc proxime decurſam,& in alio
capite uoluere caſu quo p colonos fructus reperirent pcepti, ꝙ
deberent reſtitui congregationi ex fructibus anni.1517.oſtẽdẽ
tes ex illa die,fructus eſſe debitos congregationi , quod debitũ
facultatem exigendi præſupponit.l.debitor.ff.de uer.ſig.& per
21 doct.in l.j ff.ſi cer.pet. † Per quorum fructuum perceptionem
clare oſtendit̃ congregationem uoluntate do. Stephani poſſe-
diſſe,& in poſſeſsione dicti monaſterij fuiſſe.l.uim facit.ff.de ui
& ui ar.l.litibus .C.de agrico.& cẽſi.libr.xj. per Bal. in l. fora-
men.ff.de ſerui.urb.præd.Bar.& alios in l.j.col.v.nu. xxij.& ſe
22 qu.ff.ſo.ma.†Maximè cum penſio.duc.mille eſſet ſoluenda ſu-
per fructibus monaſterij.ſ.Simpliciani in feſto natiuitatis. ſ. Io.
Baptiſt. die xxiiij. Iunij , & ex fructibus perceptis erat curan-
da & qui percipi non poſſunt ſine poſſeſsione , & ſic ceſſat ob-
iectio in qua poſſet dici eſſe debitos,non tamen neceſſario con
gregationem poſsidere nam ex qualitatibus prædictis conceſ-
ſerunt facultatem percipiendi fructus uolentes congregatio-
nem poſsidere monaſterium,ad tradita per Bar.in l.fundi treba
tiani.ff.de uſufr.leg.& in l.cotem ferro.§.qui maximos.ff.de pu
23 bl.†Quod etiam ſuadetur ex alio capite conuentionum in quo
uoluerunt ad releuationem congregationis reſpectu dicti mo-
naſterij ſ.Simpliciani ꝙ.B.Cardinalis ſaltus,ex ſex monacis ibi
dem tunc commorantibus reciperet duos,& congregatio pone
ret quatuor , per quem actum patet congregationem habuiſſe
poſſeſsionem, ſi enim non poſſediſſet fruſtra agitandum fuiſſet
depoſitione monacorum pro releuatione ipſius congregationis
24 ad no.in l.iij.in prin.& in l.j.in prin.ff.de acq.poſ.†Præterea qđ
conditio ꝓdicta fuerit appoſita ad reſoluẽdum,& non ad ſuſpẽ-
dendum,comprobatur ex eo qm̃, priuatio præſupponit habitũ.
l.manumiſsiones.ff.de iuſt.& iur.l.decem.ff.de uer. ob.ſuperua
cuum nanque fuiſſet adijcere reſolutionem , niſi partes tunc rẽ
habuiſſent pro perfecta,& effectum ſortita,& ualde iniquũ fuiſ
ſet ꝙ ꝯtus reſolueret̃ qui non fuiſſet perfectus & cõſumatus,
& ꝙ monaſterium reuerteret̃ ad Stephanum , & ulterius lucro
haberet.3000.ſcuta annua,ſuper fructibus aliorum trium mo-
naſteriorum,loco penſionis impoſita,ad not.in l. ex facto. ff.de
uulg.& pup.& ad no.in l.nam & ſi ſub condõne.in prin.ff.de in
iuſ.rup.iunctis no.in c.quia fruſtra.de uſur.&in l.hæc ſtipulatio
§.diuus.ff.ut lega.nom.caue.& cum ipſe Stephanus uoluerit ex
nõ reſolutione dicti actus lucro habere pecunias, loco penſiõis
appoſitas,neceſſario infert̃,ꝙ habuerit actũ pro ꝑfecto & abſo
luto,ẽt añ ratificationẽ & adimplemẽtũ pactorũ, & ꝯuentionũ
& ꝙ penſio uere fuerit impoſita &ſortita effectum,alias ex reſo
lutione actus,ſequeret̃ ipſum debere ꝯſequi,& monaſteriũ &pẽ
25 ſionem.quod profecto abſurdiſsimum eſt,†&non ueriſimile.l.
nam abſurdum.ff.de ope.libe.l.ſi nuptura.in fin.ff.de iur. dot.l.
26 fi.ff.quod met.cau.†Et ſi Stephanus quo ad ſui commodum uo
luit actum eſſe perfectũ,& ſortiri effectũ , ita ex oppoſito dẽt i-
ſtud pati ad commodum congregationis ut actus reddat̃ reci-
procus,& non claudicans.c.non licet.de reg.iur.lib.vj.cum uul
27 garib.†Quæ cum poſſeſsione dicti monaſterij ceperit de uolũ
tate & conſenſu dñi Stephani,& ex licentia & facultate eidẽ cõ-
gregationi ꝯceſſa per ſum. Pont.qua cautum oñdit,illam ꝓpria
auctoritate & libere,ualere & poſſe apprehendere poſſeſsionẽ
dicti monaſterij,& apprehenſam perpetuo retinere, Stephanus
ipſe non p̃t dicere,mō aliquo,ſe ſpoliatum,nec p̃t de ſpolio dare
& obijcere,ut tradunt Albe.de Roſ.Bar.Bal.& Saly.& alij, in l.
creditores.C.de pign.Imo.& Cano.in c.potuit de loca.cum a-
lijs alleg.per Alex.conſi.cxxxij.uol.iiij.& per Mod.in l.ij. colu.
xxiiij.C.de iure empyt.& per illum tex.tradunt oẽs . in l. iuſte
poſsidet.ff.de acq.poſ.& hr̃ in deciſ.con.Neap.cccxxvj. Fuit no
28 ta.& plenius in alia deciſ.cccxcix.Rex Ferd.†Et ꝙ ꝯuentiones &
pacta inter ipſas partes inita expreſſam relationem habuerunt
ad beneplacitum ſedis apoſtolicæ,quod fuit per eas expreſſe re
ſeruatum,& ad ualiditatem conuentionum oĩno neceſſarium.c.
quã pio.j.q.ij.c.cum pridem.c.pactiones de pac. cum concord.
ibid.alleg.Et quod beneplacitum iam interuenit,approbans, ꝯ
firmans,& dans robur pactionibus & ꝯuentionib.unioni & con
ſtitutioni penſionis a quibus minimè pōt ipſe Stephanus retro
29 cedere,ut patet ex deductis in prin.conſulta.¶† Ad quod etiã
quoniam per ipſam congregationem fuere adimpleta & obſer-
uata pacta,conuentiones,& ſingula per eam promiſſa , quo fit,
ut omnia fuerint reddita ualida & firmiſsima ad commodum
ipſius congregationis,&ꝙ nullo mō ueniant reſoluenda ex iſto
capite,quo dici poſſet,conditionem illam reſolutiuam, propter
non obſeruantiam,debere ſortiri effectum ſuum . Nec etiam ex
illo capite,ꝙ ꝯditio fuerit ſuſpenſiua.& ante ipſius adimplemẽ-
tum nullum produxerit effectum.ceſſat enim obiectio ex utro
que capite conſiderata,qm̃ conditiones & conuentiones prædi-
ctæ pro parte ipſius congregationis uere fuerũt adimpletę, quo
ſtante penitus ceſſabit effectus conditionis reſolutiuę,ad no.in
30 d.l.ij.ff.de in diem adiec.cum alijs ſupra relatis.¶†Et eo magis
cum hucuſque minimè declaratum appareat congregatiũe de
feciſſe in obſeruatione pactorum & conuentionum & ceſsionũ
propterea fuiſſe nullam,rebus nanque ſic ſtantibus , & antequã
dicta declaratio habeatur, ipſi Stephano nullum competit ius
regrediendi ad monaſterium ceſſum,cum de non obſeruantia ,
ſuper qua Stephanus ipſe ſe fundat minime doctum appareat ꝑ
eundem,ad quem onus id probandi incumbebat & incumbit,
ut deduximus ſuperius,& iuxta plene tradita,per illum tex. per
Aug.Imo.& alios maximè Mod.in ij.nota.nu.vij.in l.ita ſtipu-
latus.ff.de uer.obl.& in l.hoc iure,& l.in illa,ubi Bar. col. ij. &
31 per Alex.in d.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.co.ti.¶†Ceſſabit etiã
effectus conditionis ſuſpenſiuę quæ uere fuit reſolutiua,cum.n.
fuerit purificata & adimpleta , habetur pro pura ac ſi ab initio
actus pure,& ſimpliciter fuiſſet geſtus d.l.cedere diem . & d.§.
ex conditionali.& per illum tex.tradunt oẽs in l.fi. §.Titius. ff.
de uulg.& pup.& per Are.ex illo tex.in l.fi.§.fi.ff.de uer.obl. l.ſi
pupillus.in fi.ff.de condi.inſtit.l.ſed ſi de ſua.§.ti.ff.de acq hær.
32 ¶†Et ſecuto adimplemento,conditio retrotrahit̃.l.potior.uer
ſi.uideamus l.qui balneum.uer.amplius.ff.qui potio.in pignor.
habeantur,ubi doc.poſt glo.bene tradunt . Congregatio enim
ipſa,die xx.Maij eiuſdem anni.1517.in primo generali ca. tunc
ſubſecuto,approbauit confirmauit &ratificauit illas conuentio
nes & capitula,& ſingula geſta inter.B.Cardi.& Stephanum ex
una,& alios noĩe ꝯgregationis ex altera& præinſertis ad literã
illis capitulis & conuentionibus,conſtituit procuratorem ad fa
ciendũ & ꝯſentiendum quicquid opus erat,& prout exigebat̃ ꝑ
33 dicta ca.approbando perſonas,quæ illa iam celebrarũt. ¶ † Et
quæ in ſimilibus repreſentant totam congregationem & ptãtẽ
habebant ſimilia,& maiora celebrare,& obligare ipſam congre
gationem,&illius particularia monaſteria,ad no.in c.fi.de pac.
li.vj.Et quia Pontifex confirmauit dicta capitula,& conuentio
nes,habuit pro ualido firmo & ſufficienti conſenſum præceden
tem illorum,& conſenſum futurum ipſius congregationis.
34 ¶†Et tam partes quam Pontifex , uoluerunt ſuperuenientem
ratificationem retrotrahi,& effectum conſenſus producere , ex
die ratificationis,ſecundum iuris diſpoſitionem capi. ratihabi-
tionem,de regulis iuris,libro,ſexto.l.fin.C.ad Maced.continé-
bant nanque pacta & conditio reſolutiua , ꝙ congregatio de-
beret ratificare omnia illa geſta,& conſẽtire illis,& conſtituere
ſpecialem procuratorem ad conſentiendum , ubi opus fuiſſet ,
tam in camera,quàm in cancellaria apoſtolica , cum inſertione
35 conuentionum in ipſo mandato.¶†Quæ ſingula congregatio
ad unguem iam adimpleuit,ſiue illa conſiderentur ut copulatĩ
ue poſita quorum omnium cõcurſus exigebatur.l.ſi hæredi plu
res.ff.de conditione inſtitu.l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem.ff.
de uerb.oblig.per Barto.& alios.in l.prima.ff.de iuſtitia & iure
& in l.ſi is qui ducenta.§. utrum . ff. de rebus dubijs , & Ca-

36 no, maximè Mod.in c.ij de reſcrip.† Siue illa fuerint copulati-
ue poſita, quod uerius eſt, circa unũ effectum, quo caſu, de iure
omnia non erant neceſſaria nec amborum concurſus exige-
batur, ſufficiebat enim primum, cum præſtatio conſen-
ſus ipſius congregationis & auctoritas ipſius Pontific. ad om-
nia eſſent ſufficientia ad no.in c.cum iam dudum.de præben.&
in c.ſignificauit, de app. poſt gl.cum alijs traditis per Fely.in d.
37 c.ij.nu.xxvij.& xlvij.† Videntur.n.iſta poſita ad maiorem expꝰſ-
ſionem, & ad abundantem cautelam qua omiſſus actus non ui-
tiatur.l.non ſolent.ff.de reg.iur.l.teſtm̃. C. de teſta.& hoc con-
firmant illa uerba prout opus fuerit, ꝯſiderantia effectum qui iã
ſubſecutus fuerit per conſenſum congregationis, & illorum mo
naſteriorum abbatum, ſuper quorum fructibus erat penſio ſol-
uenda ad beneplacitum, & auctoritatem Pontiſ.& ſi procurator
congregationis nullum aliũ præſtaſſet conſenſum iuribus, & de
38 ciſionibus citatis in principio conſultationis.† Nec obſtat ſi di
catur dicta uerba fuiſſe appoſita, ut aliquid operarentur, iuxta
39 doct.Bal.in rub.C.de ꝯh.emp.q.ix.† Et ꝙ ſunt intelligenda cũ
effectu, ut procurator conſtitueretur, & ulterius uere, & realiter
conſenſum preſtaret, ad no.in l.j §.hæc autem.ff. quod quiſque
40 iuris, & in l.ij.C.com.deleg. Nam † iſtud minime dr̃ in dictis ca.
& conuentionib.& ſunt actus penitus diuerſi.l.Celſus, §.ſed ip-
ſe.ff.de arbitr. Solum.n.continebant congregationem teneri ad
ratificandum, & conſentiendum, & ad conſtituendum procura
torem ad conſentiendum quatenus opus eſſet, quibus ita fuit ſa
tisfactum, non autem continebant ꝙ procurator realiter eſſet
uſtrictua præſtare conſenſum, iſtud.n.fuit omiſſum, & pro omiſ
ſo debet haberi, cum uerſemur in actu ſtricti iuris. l. quicquid
aſtringendæ.ff.de ue.ob.& eſt diuerſum ab expreſsis.d.l. Celſus
§.ſed ſi ipſe, & omiſsio nociua eſt ipſi omittenti, & contra eum
interpretanda qui clarius debuerat exprimere.l.ueteribus.ff.de
41 pac.¶ † Prout Stephanus fecit in alijs capitibus, & in iſto capi-
te nihil exprimendo, ſatis colligitur uoluntatis ſuæ minime fuiſ
ſe realiter illud debere exequi, ad nota.in ca. audientiam.de de-
cim.& in l.unica.§.ſin autem deficientis.C de cadu.tol.& quia
illud de procuratore dictum fuerat ad abundantem cautelam,
qua ceſſante, actus non uitiatur, ut diximus, & talia conſenſus
præſtandus per procuratorem, minime erat neceſſarius ad uali
ditatem actus, ut deduximus.¶ Eo etiam quia neceſſarius for-
ſan uidebatur ad expediendum literas, quæ iam erant expeditę,
& iſto etiam reſpectu fruſtratorius erat, prout etiam fruſtrato-
rius reddebatur, ſtante decreto Pontificis, & priuatione domi-
ni Cardinalis.B.& declaratione facta in perſona domi. Stepha
ni, necnon, & tranſlatione penſionis in alias perſonas, necnon
& per ceſsionem penſionis factam a Stephano, ut ſtatim dice-
mus conſequenter de eo minimè erat curandum, tum & reſpe-
42 ctu Stephani, tum & reſpectu congregationis.¶ † Cuius intere
rat, ne incurreret contumaciam Ponti.gerere actum ualidum,
& non contra decretum, & uoluntatem ipſius, & non fruſtrato-
rium, nullum, & inanem.d.c.quia fruſtra.de uſur.& per glo.ma
gnam, in l.j.in princ.ff.de oper.nou.nunc.& plura accumulant
Modernio.in l.quoties.ff.qui ſatiſda.cogan.& per Fely.in cap.
43 ex tenore, de reſcript.¶ † Et ſatis fuit ꝙ illa uerba ſortirent effe
ctum in actu ualido, & ſubſtantiali, prout loquuntur iura in cõ
44 trarium allegata.¶ † Et uulga.deciſi.Bal.in dicta rubrica, q.ix.
cum ſimilibus intelligenda uenit, ut uerba appoſita debeat ope
rari, ſecundum tamen naturam contractus & ſecundum natu-
ram rei, in ipſo contractu deductæ.l.ſi ſtipulatus.ff. de uerb. o-
blig.& declarat Innoc.in c.ex literis.de iure patron. refert & ſe
quitur Soc.conſi. xlvij. Conſilijs noſtris, col.iiij.uerſic. præterea
magis, uolum. primo & non in illis quæ fruſtratoria, & nulla
ſunt, & aliquem effectum non poſſunt operari. Ex iſtis ſatis a-
perte conſtat, congregationem uſam fuiſſe diligentia nec fuiſſe
in aliqua culpa ſeu mora, nec etiam procurator ab ea conſtitu-
tus poteſt dici culpoſus ſeu moroſus, uel uſus negligentia, con-
ſiderato enim tempore quo fuit conſtitutus, & quo ſuæ conſti-
tutionis certior redditus fuit, & quo ad iter urbem uerſus acci-
piendum, ſarcinulas compoſuit, & computato itineris tempo-
re, & eo quo urbem ingreſſus eſt, nullum ulterius potuit præſta
re conſenſum, reperit enim mutatum ſtatum, & B.Cardl.& pen
ſionem tranſlatam per Pontificem in alias perſonas, & decre-
tum Pontific. tollens omne ius, ſi quod habebat Stephan. licet
paratus eſſet adimplere omnia in ſuo mandato ordinata, & ad
id ſpecifice urbem acceſsiſſet, & ſic facere minime tenebatur,
quod factum nequaquam releuabat, ut per Bartolum allegan-
tem iura, in l.ij.ff.qui petunt tutorem, & Felynus in c. ex tranſ-
miſſa.nume.decimo de præſcriptiu, & argumento.l.neque nata
les.& l.ſiue.C.de probationibus. Et nullum iam tempus adie-
ctum fuit, quo deberet conſenſum præſtare, ſicut fuit expreſ-
ſum tempus quo congregatio deberet conſentire, & ſic ꝙ dies
45 ſeu tempus ipſum interpellaſſet.¶ † Et quamuis in huiuſmodi
conſenſus præſtatione, ſeu in promiſsione de præſtando illum,
prout aſſerit Stephanus, tacite uidebatur ineſſe tempus infra
quod poterat commodè factum explicari, ad quod ipſa congre
gatio uidebatur teneri ad notata. in l. ſi ita ſtipulatus eſſem ab
ſte.& in l.ſtipulationes non diuiduntur.§.fin.& l.ſequen. & l. ſi
inſulam.& l.exiſtimo.§. fin.& l.continuus.§.item qui inſulam.
46 ff.de uerb.obli.† Tamen iſtud arbitrarium eſt, ut expreſſe tra-
ditur in dicto.§.item qui inſulam.& per docto.maxime Mode.
in d l.ſi ita ſtipulatus eſſem.& per omnes in dicta. l.ſi inſulam.
Et conſideratis qualitatibus ſupra explicitis, & uera facti contin
gentia, nullus bonus uir arbitrari poterit procuratorem fuiſſe
47 in mora, ſeu uſum fuiſſe culpa uel negligẽtia.¶ † Præterea ꝙuẽ
tũ fuit ꝯſtitui procuratorẽ ad ꝯſentiẽdũ in cãcellaria ſeu came
ra apoſtolica, ubi opus fuiſſet, & incertum prorſus erat in quo
iſtorum duorum locorum conſenſus deberet præſtari, & ſtante
incertitudine loci, neceſſario requirebatur interpellatio, ut po-
tuiſſet in mora conſtitui. per lapſum diei etiam certę, nam illo
tempore deſtinato ſecundum legem & arbitrio iudicis, Stepha
nus debuit eſſe paratus recipere conſenſum in uno illorum lo-
corum, & cum iſtud minime probauerit nec fecerit, conuentio
remanet perinde ac ſi facta fuiſſet ſine adiectione diei, & ut in-
curreretur mora, neceſſaria erat interpellatio.l.arbiter.§.qui ca
lend.ff.de arbitr.& per Bar.in l.item illa.ff.de conſtituta pecu-
nia, uerſi.eadem ratione quæro, & eſt deciſio conſilij Neapolit.
48 cccxvj.Galiotus, uerſi.in contrarium allegatur.† Vbi in uerſic.
præterea & ſecundo, dicitur, ut per interpellationem conſtitua
tur in mora debitor, neceſſe eſſe in ipſa interpellatione exprimi
diem qua uult recipere per textum in l.aut qui aliter.§.j.ff.quod
ui aut clam, & per Alexan.conſi.xc.circa finem, uolum.v.debet
etiam exprimi locus ſpecificus ſecundum Bar.in l.cum filius. §.
ſi.ff.de uerb.obliga.& benefacit.l.qui inſulam.ff. eodem titulo
& quæ traduntur in l.iij.§.qui ſtichum, cum ſimilibus. ff. de eo
49 quod certo loco.¶ † Prout etiam quoniam dies incerta legalis
ut eſt in caſu propoſito nunquam conſtituit in mora promiſſo-
rem per curſum illius ſine interpellatione, ſecundum Bar.in l.i-
ta ſtipulatus.in ij.quæſt.principali in fine. ff.de uerbo.obligat.
* quem * cõmuniter ſequuntur ibi doctores, & ſequuntur Mo-
dernio.in dicta.l.ſi ita ſtipulatus eſſem. in quarto notabili, &
nume.ſeptimo, ita declarantes illam legem adducentes alias de
ciſio.ut etiam faciunt in l.ſi ex legati cauſa.colum.iij.nume.xij.
50 eodem titulo.¶ † Eo etiam quoniam iſtud præſtare conſenſum
continet actum momentaneum, & qui in inſtanti poterat perfi
ci, quo fit ut neceſſaria ſit interpellatio ad conſtitutionem mo-
rę, & ita limitantur contraria ſuperius adducta, ut expreſſe fir-
mat Alexan.allegans alias deciſio.in dicta.l.ſi ita ſtipulatus eſ-
ſem abſte.in principio, & in dicta.l.ita ſtipulatus.in gl.prima re
fert & ſequitur Decius.conſi.ij.& pro tenui.colum.quarta.uer-
51 ſic. ſecundo dictum Baldi.¶ † Prout etiam neceſſaria erat in-
terpellatio etiam ſi fuiſſet promiſſum ſucceſsiuum factum, eo
quoniam illud dependebat ex uoluntate ipſius Stephani qui ha
bebat declarare locum.& ſeparatum exhibere ibidem &cęt. ut
ſunt apertę deciſi.adductæ per Decium dicto conſili. ſecundo,
colu.iij.& quarta.& conſi.cclxxx. Concluſio.& Cornens con-
ſi.cccxliij. In cauſa.uolum.primo.¶ Rurſus procurator ipſe pa
ratus erat etiam conſenſum præſtare, nec per eum defeciſſet id
adimpleri, unde ſibi aliquid imputandum minimè eſt, cap. im-
putari cum concordantijs ibi adductis, de regulis iuris, libr.vj.
& exceptione legitima ſe tueri potuit, propter impedimentum
quod ſuperuenit facto & decreto Leonis decimi, notoriè con-
tingens, qui Cardinal. B. ſuis demeritis priuauit, necnon &
decreuit penſionem minime debere ſolui Stephano, & dictos
religioſos, nullas pęnas incurrere caſu quo illi eam non ſolue-
52 rent, & quam penſionem in alias perſonas tranſtulit.¶ † Et
quod impedimentum iuſtum & legitimum fuit, facto ſupremi
principis procedens.l ſed & ſi per prætorem.ff. ex quibus cau-
ſis maiores, & per Abbatem, & alios omnes in cap.ex tranſmiſ-
ſa.de præſcriptionibus, & per gloſam in uerſi.propoſita.in ca.cu
pientes.§ quod ſi per uiginti de electionibus, libr.ſexto, & per
Alex.& alios, in l.properandum.§.ſin autem utraq;.in fi.C.de iu
dicijs.

dicijs,& in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori,col.v.ff.de ope. no.
nunc.cum alijs allega.per Fely.in dicto.c.ea tranſmiſſa.nu. vij.
53 co.ij.¶ †Præſumendum eſt.n.Leonem decimum,iuſte,illa feciſ
ſe eum fuerit in illa ſancta ſede conſtitutus & de cuius poteſtate
maximè in beneficialibus & fructibus beneficiorum dicemus
inferius,& per argumentum a maiori iſtud traditur in l.Hæren-
nius.§.Gaia.ff.de uſuris & in c.preſenti de renunciationibus,&
iuxta nota.in l. iuſtè poſsidet.ff.de acq.poſ.& in l.ij.C. de offi-
cio ciuilis iudicis,& in c.quoniam contra, de probationibus.
54 ¶ †Et ſi Stephanus diceret,Pontificem iniuſte illa feciſſe utiq;
Id aſcribendum eſſet caſui fortuito.l.quisergo caſus.ff.de pecul.
& omni reſpectu procurator congregationis iuſto,& probabi-
li ac neceſſario impedimento offenſus,excuſandus eſt ad nota.
in dicto.c.ex tranſmiſſa.& in l.ij.§.quod diximus.ff. ſi quis cau-
tio.& in l.qui commeatus.ubi Bar.ff.de re militari & Abbas in
55 c.ſciſcitatus.de reſcriptis cum ſimi.¶ † Prout etiam quoniam
ſtante dicto decreto Pontificis & alijs diſpoſitis per eundem, ꝓ
curator ipſe etiam requiſitus fruſtra conſenſum præſtitiſſet &
præſtitus,nihil fuiſſet operatus cum extrema minime eſſent ha-
bilia,& conſenſus ad nullum habile potuiſſet referri,ad tradita
per Bar.& alios,in l. ſi is qui pro emptore. ff.de uſucap. Et con
ſulto optimè fecit illum non præſtare,intererat enim iſtud non
fieri etiam congregationis,ne incurreret indignationem Ponti
56 ficis,ut fuit ſupra deductum.¶ †Qui Pontifex eo fortius potuit
dictam extinctionem,priuationem,decretum, & tranſlationem
penſionis facere,ſi abſoluta & plenaria poteſtate,& non ordina
ria reſeruaſſet talem penſionem,cum facilius tollatur ius ſpecia
le,quàm ius commune uulgata.l.eius militis.§.militia miſſus.ff.
de teſtamento militari,& per Bal.in l.qui ſe patris,col.aj.ner.&
ſcias.C.unde liberi,& dicetur inferius.¶ Nec iſtis erit impedi-
mento,regula cancellariæ diſponens,literas reſeruationis pen-
ſionis,non poſſe expediri,niſi de conſenſu &c. Nam interuenit
conſenſus congregationis ad id ſufficiens,& approbatus a Pon-
tifice auctorante pacta & conuentiones de quibus ſupra,& par-
tes & Pontifex uoluerunt,ſuperuenientem ratificationem con
gregationis retrotrahi, ut deduximus ſuperius, eo etiam quo-
niam effectus conſideratus per regulam penitus ceſſat. Ex quo
Iam fuerunt literæ expeditæ,& approbatæ per. B. Cardinalem
& Stephanum ut oſtendimus,& quia ſtante priuatione Cardina
lis,& decreto Pontificis,& tranſlatione penſionis in alias per-
ſonas,& ceſsione ſubſequenti ipſius Stephani, ulterius minimè
agitandum erat de conſenſu præſtando,ut aliæ literæ expedirē
tur in beneficium Stephani,cuius ius erat prorſus ſublatum, &
extinctum,& ſi quod erat,illi ipſemet poſtea ceſsit.¶ †Et ceſsā
57 te cauſa & ratione,quibus fuit inducta regula, ceſſare debet &
ipſius diſpoſitio.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patr.c.cum ceſ-
ſante.de appell.quæ ratio & cauſa licet non ſit in regula expreſ-
ſa, tamen pro tali habenda eſt cum iſta unica poſsit aſsignari,
iuxta glo.& Bal.in l.quamuis.C.de fideicom.cum concordan.
58 ¶ †Prout etiam quoniam ipſe Pontifex minime aſtringitur di
cta regula temporaria,& per eundem conſtituta.c.dudum. uer.
nos igitur,de præbendis lib.vj.c.propoſuit.de conceſsione pre-
bendæ.c.innotuit de electionib.& diffuſe per ſcriben.in l.fi. C.
ſi contra ius uel utilitatem publicam,& plenius in capitulo que
59 in eccleſiarum de conſtitutio.¶ †Prout etiam,nam minimè ſe-
quitur ſecundum regulam literas reſeruationis penſionis non
poſſe expediri niſi de conſenſu,ergo ante & prius penſio non ē
in eſſe deducta,uerba enim dictæ regulæ non loquuntur de con
ſtitutione & creatione penſionis,nec reſiſtunt eius ortui & ori-
gini, ſed ſolum præſtituunt modum expeditioni literarum, &
paſsim uidemus penſiones ſolui & exigi nullis deſuper expedi-
tis literis, ſtant enim ſimul iſta,ꝙ literæ reſeruationis non ſint
expeditæ, & ꝙ tamen penſio ſit in eſſe deducta, & regula tan-
quam odioſa non debet egredi ſuos terminos,ad notata per om
nes in auth.quas actiones.C.de ſac.ſanc.eccleſi.& in l.ſi conſtan
te.in prin.ff.ſolut. matrimoni. cum ſimilib.& per Belleme. de-
60 ciſi.dccxlvj.col.iiij.¶ †Et quia expeditio literarum nihil præ-
ſtat niſi reſpectu probationis,cum ſolo uerbo principis perficia
tur gratia,clemen.j.de ſepul.& ſecundum Archid.& Ioan.And.
in prooemio ſexti,& Bal.in l humanum.C.de legib.Oldr.conſi.
cccxxvj.Quod articulo dati.col.ij.& per Rot. in nouiſsimis de
reſcriptis xxvij.& Mod.in rubri.de conſtitutionibus. num.xj.
& al.& in c.ſciſcitatus.nume.xxxvij.de reſcriptis,& in ca.ij.nu.
xxv.de probation.Nec obſtabit quod dicitur Leonem decimū
uoluiſſe caſſare & extinguere penſionem in eſſe deductam,quę
minimè erat originata & orta in perſonam domini Stephani,ꝓ
pter defectum conſenſus congregationis,& illa extinctio & pri
uatio iam præſupponebat habitum, & Pontifex minimè conſi-
derauit iſtum caſum,nec uſus eſt poteſtate abſoluta, ſed ſolum
ordinaria,cum relationem habuerit ad pacta & conuentiones,
nec uoluit priuare Stephanum penſione,non conſtituta nec ori
ginata,& ad quem caſum diſpō & decretum Leonis minime de
bet extendi, tum quia delictum Cardinalis non debuit nocere
Stephano,& in iſtis pœnalibus ceſſat extenſio,& dictus procu-
rator non poterit ſe excuſare, tanquam in iure errauerit, cum
fuerit in urbe, ubi adeſt copia peritorum & non intererat ſua
perquirere,an conſenſus præſtandus,eſſet fruſtratorius, uel ue.
61 ¶ †Spectabat enim iſtud ad Stephanum argumento no.il.cum
quis.& in l.fina.& in l.ſecunda.C.de iuris & facti ignorantia,&
in l.iuris ignorantia.C.qui admit.cum uulgaribus.Ceſſat nan-
que obiectio,nam penſio uere erat originata & deducta in eſſe,
& reſeruata dicto Stephano,apoſtolica auctoritate,& ſubſecu-
to conſenſu dictæ congregationis,ut pleniſsime & concluden-
ter ſupra oſtendimus, & Stephanus ſemper habuit penſionem
pro conſtituta,& perfecta ex conſenſu congregationis, & illo-
rum quatuor abbatuum,monaſteriorū,ſuper quorum fructibus
erat ſoluenda,& certæ perſonæ,& in certa quantitate,& per ceſ
ſionem poſtmodum per eum factam & receptionem pecunia-
rum ut dicemus,& quia conditio reſolutiua appoſita, iam fuit
adimpleta,ut probauimus,& literæ iam inde fuere expeditæ, ut
diximus ſuperius unde merito priuatio & extinctio præſuppo
nebat habitum.Nec erat neceſſarium priuare Stephanum titu-
lo monaſterij,nam illud minimè habebat, conſiderata ſua ceſ-
ſione,& ſubſecuta unione, & ratificatione congregationis, ac
procuratoris conſtitutione,& conſideratis impedimentis ſubſe
cutis,quibus procurator non ualuit conſenſum præſtare, ut de
ſingulis ſuperius iam diximus. Nec dictus procurator errauit
quinimmo conſulto & optime fecit conſenſum non præſtare
ex deductis ſupra, & nedum Stephani ſed ipſius congregatio-
62 nis intererat illum non præſtari inaniter & fruſtratorie.¶ † Et
ſi pontifex i animo habebat dictam penſionem etiam originatā
& in eſſe deductam extinguere,& ſubuertere,ut aduerſarius fa-
tetur, eo fortius uoluit illam non induci nec oriri, cum plura
prohibeantur fieri,quæ facta tenent,uulgata lege patre furioſo.
cum ſimilibus. ff.de his qui ſunt ſui uel alieni iuris, & dicetur
inferius, & inhabilitas ad dictam penſionem, & regreſſum ad
monaſterium in perſonam domini Stephani minime uenit per
uiam extenſionis,nec odio uel delicto Cardinalis.B.ſui fratris,
ſed diſpoſitiue principaliter in perſonam ſui, & ceſsionis per
eum factæ uirtute, ante & poſtmodum,& conſiderata uolunta
te Leonis decimi, ut eſt uidere in decreto ipſius Pontificis &
clare patet,cuius ſola uoluntas eſt ſumma ratio,quo ad ius po-
ſitiuum & quo ad beneficia,& fructus ipſorum, & in quo Pon-
tifice non præſumitur niſi cauſa rationabilis, & iuſta, & ceſſat
63 cauſa odij,ut de ſingulis inferius dicemus.¶ † Iſta nanque ceſ-
ſio in manibus Leonis decimi,facta per Stephanum ſuper extin
ctione, & caſſatione penſionis, & acceptatą, concludenter o-
ſtendunt penſionem reſeruatam fuiſſe in eſſe deductam,& per-
fectam,toto fere titulo de renunciationibus. ¶ Oſtenditur etiā
nullum ius Stephano competere ad monaſterium prædictum
ſancti Simpliciani,ſuper cuius fructibus pars penſionis erat cō-
ſtituta nec per uiam regreſſus,nec per uiam ſpolij,indicat inſu-
per ultra ſuperius adducta apertam excuſationem, ut procura-
tor congregationis minime teneretur conſenſum aliquem præ
ſtare,cum Stephanus cedendo a prædicto onere,eum iam libe-
rauerit ex abundanti,& licet uere ad id non eſſet aſtrictus, cau-
ſis & rationibus ſupra deductis.Iſta etiam operatur,& conſen-
ſus per Stephanum præſtitus quo ad tranſlationem dictę pen-
ſionis factam per Leonem decimum in alias perſonas, & ſuc-
ceſsiue ad idem accedat receptio pecuniarum facta per Stepha
64 num tempore Clementis ſeptimi. ¶ † Per quos actus gemina-
tos eo fortius oſtenditur uoluntas & conſenſus iſtius, & validi
tas ac firmitas omnium geſtorum inter ipſas partes,& per Leo
nem decimum ad notata. in l.baliſta. ff. ad Trebellianum, per
Barto.in l.ſcimus.C. de agricolis & cenſitis lib. xj. & Moder. in
c.fina.de offi.deleg.& in l.j.in prin.ff.de offic.eius, & adducta
per Stephanum contra geſta ſuperius annotata per ipſum deme
tu ac defectu intentionis Pontificis,& quibuſdam alijs ſatis fri
uolis,minime poſſunt militare & procedere, ut de ſingulis di-
65 cemus in ſequenti principali articulo. ¶ † Nec poſtremo

obſtat quod ex aduerſo dr̃,procuratorem ꝯgregationis,ẽt uere
impedictum cauſis ante dictis, teneri docere de ſua diligentia,
ſm Bar.& alios in l.ij.§.quod diximus.ff.ſi quis cautio.per tex.
in d.l.qui commeatus.ff.de re militari.cum alijs traditis per Fe
ly.in d. c. ex tranſmiſſa,col.j.& in c,cum inter.col.x. de except.
66 ¶ †Et ꝙ neceſſe habebat de dictis impedimentis proteſtari, ſe
cũdum Bar.& reliquos ſcrib.in d.§.quod diximus.& Fely. poſt
Abb.in d.c.ex tranſmiſſa.nu.vij.per gl.in c.cupientes.§.quod ſi
per uiginti,in uer.propoſita de electionib.lib.vj.& Alex.in l.de
pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.nu.ix.ff.de ope.no.nun. Nam pro-
curator ipſe,nullam commiſit culpam, nec fuit in aliqua mora
& negligentia,quinimmo uſus eſt omni diligentia,ut ex pluri-
67 bus ſuperius docuimus & firmauimus.¶ †Nec aliquam prote-
ſtationem de dictis impedimentis facere tenebatur,conſidera-
to iure communi,& excluſa conſuetudine locali,ut ſenſit Bart.
in l.ij.§.dies.ff.qñ appellandum ſit.& in d.§.quod diximus . ubi
Mod.poſt alios,nu,vij.& viij.iſtud firmant,poſt Abb.in c.ſciſci
tatus & in c.plerunque.de reſcr.& in d.c.ex tranſmiſſa.ubi Fely.
68 nu.vij.& ſeq.& Aret.conſi.clxij.Verum eſt.¶ †Prout etiam ceſ
ſat obiectio,etiam ſi uera eſſet opinio illa,proteſtationem fore
neceſſariam,ut illa ceſſat quando notorium erat omnem dili-
gentiam fuiſſe fruſtatoriam,ut uere contingit in caſu præſenti,
& firmat Pau.de Ca.conſi.cclxxxvj. Viſis his.col.ix.uer. nec ob
ſtat ꝙ debuerunt,quem refert & ſequitur Fely.in d.c.ex tranſ-
miſſa.col.ij.uer. quæ omnia,nu.iiij.& col.iij.nu.x.uer.limita ta-
men ubi ad id alia adducit, & ſentit Alex.in d.§.quod diximus.
69 ¶ †Prout etiam obiectio ruit,nam ſatis cõſtat de animo ipſius
procuratoris parati conſenſum præſtare , niſi impedimenta
ſucceſsiſſent,quo ſtante proteſtatio minimè erat neceſſaria , ut
firmat Alex.in d.§.quod diximus in fi.& ſequitur Fely.in d.cap.
tranſmiſſa.col.iij.nu.xij.uer.ſed poteſt teneri Reſultat igitur ex
iſtis ſolida & uera concluſio Stephanum ipſum ad dictum mo-
naſterium nullum habere regreſſum , nec debere ad illud reſti-
tui,tanquam ſpoliatum, non obſtantibus ſuperius in ꝯrium ad-
ductis, & alijs quibuſcunque forſan adducendis . Nam illis om-
nibus apertiſsima & uera data eſt reſolutio.¶ Circa autem arti
culum penſionis,Stephanus ipſe audiendus ẽt minimè eſt . Nã
penſionem ſibi reſeruatam petere non põt,& quo ad ipſum ceſ
ſauit penſio,extincta nanque fuit , & de ea ulterius agitandum
non uenit,propter priuationem.B.Cardinalis factã per Leo-
nem x.& decretũ ipſius,diſponens penſionem do. Stephano nõ
deberi, cum ampliſsimis clauſulis ¶ Quod decretum & geſta
per Leonem firma & ualida fuerunt & ſunt,nec impugnari poſ
ſunt ex defectu poteſtatis,aut ex defectu intentionis & uolun-
70 tatis.¶ †Proceſſerunt.n.motu proprio,& de apoſtolicæ poteſta
tis plenitudine necnon & ex certa ſcienta.& de ipſius Pontificis
poteſtate diſputare ſacrilegij ad inſtar hẽ.l.ij.C.de crimi. ſacri-
71 leg.¶ †Cum ipſe ſit omnia,& ſuper omnia,ſecundum Bal. in c.
72 j.qual.domi. propr.priue.¶ †Et habeat plenitudinem poteſta
73 tis ſupremæ,iuribus citatis per Bal.in c.j.quid ſit inueſti.¶ †Sit
74 que miniſter Dei , a quo dependet omnis iuriſdictio, † & ſedes
ſua ſit ſancta,ſecundum Hoſt.in c.j.§.ex ſancta.de ſum. Trin.&
Arch.xj.q.iij.c.an eſt.Inn.in c.quod ſuper his.de uo.Abb. conſ.
lxxxij.Conditor omnium.& iuxta illud de quo in c. quodcun-
75 q;.xxiiij.q.j.& in c.ſolitæ.de maio.&obed.¶ †Et in terris Deus
eſt ſecundum Bal.in l.fi.C.ſen.reſcin.& Mod.in c.j.de conſtit.
76 ſuper gl.in uer.ab omnibus.¶ †Cum Dei & papæ idem ſit con-
ſiſtorium.c.quanto.de tranſlatione prælatorum,ubi Hoſt.& in
77 c.j.& ij.eo.ti.¶ †Nec ſuperioram in terris habeat.c.licet.c.uo-
nerabilem de electionib.c.ſignificaſti.clem. ne Romani.eo.ti.c.
cuncta per mundum ix.q.iij.& ad notata.in l.princeps.ff. de le-
78 gi.&l.digna uox.C.eo.¶ †Et a ſolo Deo iudicat̃.c.Anaſtaſi.xix.
79 diſt.¶ †Et adequat quadrata rotundis,ſecundum Hoſ. & Abb.
80 in c.cum ueniſſent.de iudic.¶ †Et qñ procedit ex certa ſcientia
& poteſtate abſoluta nihil põt opponi,nec dici poteſt,cur ita fa
cis,ſm Bal.in proœ.decretal.& Fely.allegantem alia in c.non-
81 nulli.de reſcr. nu.xxx.& lj.¶ †Nec ſubijciatur quæſtionib. ſuis
aut aliorum prædeceſſorum ſuorum c.dudum.uerſi.nos igitur.
de præb.li.vj.c.innotuit.de elec.c.propoſuit.de conceſſ.præben.
82 ¶ †Eſt enim ſupra tale ius , & contra illud poteſt ſuo arbitrio
diſponere,& omiſſo iure poſitiuo,& regulis ipſius poteſt pro-
nunciare ſecundum ſuam conſcientiam , ut plene habetur per
omnes maxime Fely.nu.lxxviij.& Mod.nu xl.in c.quæ in eccle
ſiarum.de conſtit.& in l.fi.C.ſi contra ius,& in c.lector.xxxiiij.
diſt.& c.præsby.xcj.diſt.& eundem Fel.in c.j.in iiij.fal. de ꝯſti.

83 † Et circa tale ius poſitiuum indiſtinctè diſpenſare poteſt, & ſi
ne cauſa,ſm Inn.in c.dudum,el ſecundo in fi.de elect.& Fel. in
84 c.poſtulaſti.nu.lxij.& in c.ſi quando nu. xiiij.de reſcrip. ¶ † Et
eo magis,Pont.poteſtas redditur libera in beneficialibus in qui
bus,& fructibus ipſorum,poteſt ſuo arbitrio diſponere.c.ij.de
præb.lib.vj.cle.j.in fi.ut lite penden.cum alijs allega. per Fel.in
d.c.quæ in eccleſiarũ.nu.lx.& alijs ſeq.& Mode.ibi nu.xxxij.&
Alex.conſi.xcj.nu.xxxv.uol.vj.Soc.conſi.xxvij.nu.viij. uol.iij.
85 Cor.conſi.xc.In cauſa,col,iij.& iiij.uol.iiij. † Et potiſsimum in
tollendis imponendis,&transferendis penſionibus impoſitis,&
imponendis ſuper fructibus ipſorum beneficiorum, quas pen-
ſiones,abſque cauſa poteſt imponere,& extinguere,cum cõſen
ſu obtinentis beneficium,qui illud acceptando, per quaſi ꝯtra
ctum vr̃ ſe obligaſſe,ad adminiſtrationem.c.niſi cum pridem.§.
uerum,de renun.& ẽt eo inuito,& non citato,ſua ſola volunta-
te,ut poſt alios per eum citatos,ad plenum proſequit Fely.in c.
ad audientiam,el ij.col.ij.& alijs ſeq.nu.v.& ſeq.de reſcrip.&ad
id plura adducit Io.Bap.de ſ.Seuer.in ſuo trac. de penſionibus,
q.v.& xix.& col.iij.& q.xxiij.ubi etiam in fi.,& in c. præceden-
ti apertiſsime firmat Pontificem iſta poſſe facere , beneficiato,
penſionario minimè citato , & ſine aliqua cauſæ cognitione , &
86 bene faciunt tradita per Deci.conſi.clj.Ad plura,col.fi.¶ †Et
quia transferendo penſiones debendas uni perſonæ in alias per
ſonas,non eſt grauamen nouum in perſonam debentis ſoluere
ſed delegatio ſolutionis faciendæ alicui,& ceſſabit regula, ꝙ ex
tinctę penſiones non ſuſcitentur &c.minimè loquens in caſu p̃-
ſenti,& cui iam fuit derogatum,ut in ſequentib.dicemus etiã ſi
penſio fuiſſet extincta,quo ad Cardinalem.B.& ipſum Stepha-
87 num.¶ † Ad quod etiam nam penſionem reſeruatam habebat
Steph.ex priuilegio,& beneficio ipſius Pontificis, & tale ius ip-
ſe Pontifex etiam ſine cauſa,& ſua libera tantum uoluntate po-
tuit reuocare,etiam tollendo ius quæſitum illi, ſecundum Ang.
in l.antiochẽſium.ff.de priuileg.creditorum,& Bal.in l. fi. col.
pe.nerſi.ſed immediate oppono.C.ſen.reſc.non poſſe, & eundẽ
Bal.in l.qui ſe patris,col.xj.uer.& ſcias.C.unde liberi , per tex-
tum in l.qui fundos.C.de omni agro deſerto,lib.xj.per eum ci-
tatum,cum alijs relatis per Fely.in d.c.quæ in eccleſiarum, nu.
88 lxviij.& lxxij.col.ij.in fi.& col.iij.¶ †Et quia ius quæſitum, iu-
re poſitiuo,etiam ſine cauſa per ſupremũ principem auferri po-
teſt,cum ſit ſupra illud,ut diximus,& plenè proſequuntur Paul.
de Caſt.& Alex.in l.cum heredes.in princ. ff.de acqui.poſſeſ.&
Abb.conſi.lxxxv.Illud in ſumma,& ſcribentes.in l.fi. C.ſi con-
tra ius,& habetur in dicta deciſione conſi.Neap.cxxviij. col. fi.
& diffuſe poſt Fely.nu.lxxviij.& in c.j.per Moder.in d.cap.quæ
89 in eleſiarum,nu.xxxvj.¶ † Eo etiam quoniam Pontifex ipſe ſi-
ne cauſa poteſt tollere ius quæſitum alteri etiam de iure natura
li,quando illud uenit tanquam acceſſorium ad ius eccleſiaſticũ
in quo ſupremam , & maximam habet poteſtatem , ſecundum
Innoc.in c.ij.de uo.& proſequitur Fely.in d. c. quæ in eccleſia-
90 rum,nu.lxvj.¶ † Et reſcriptum Pontificis in beneficialibus in
præiudiciũ alicuius ualet,& tenet,etiam ſine illa clauſula, non
obſtan.dummodo quod de ipſius uoluntate appareat,ſecũdum
Bal.in d.cap.quæ in eccleſiarum,col.pen.& Fely.ibi nu.vj. in fi.
& plenius in c.nonnulli,nu.l.& lxviij.de reſcriptis,ubi concord.
adducit,& eo magis iſta reddentur confirmata, & roborata , ex
reſponſionibus , & reſolutionibus dandis obiectis , & oppoſitis
91 per ipſum Steph.¶ †Non igitur obſtabit regula cancellariæ,du
non tollendo ius quæſitum,adducta per Stephanum , nam Pon
tifex illa minimè aſtringitur dicto cap. dudum.§.nos igitur de
prebendis,libro ſexto,& quia ipſe eſt ſupra omne ius poſitiuũ,
92 nec aſtringitur regulis ipſius,ut deduximus.¶ † Prout quia in
decreto,& ordinatis per Leonem decimum , ſublata ſunt om-
nia obſtantia,ad plenè notata per omnes in l.fin. C.ſi contra ius
per Barto.in extrauaganti ad reprimendum , in uerſic.non ob-
ſtantibus,diffuſius poſt alios per Felynum in capit.nonnulli.de
reſcriptis & per tales clauſulas,tollitur ius quæſitum ad rem , ut
tradit Cardi.conſi.lxj.Caſus ſunt,in fine,& in c.inter cætera.u-
bi Imol.colum.antepe.de præbendis Io.And.& Gemini.in ca.
ſi poſtquam.colum.fi.& in c.dudum.col.iij. de preben. libr.vj.
93 ¶ †Prout etiam quoniam in d.decreto,adeſt clauſula,de pleni-
tudine poteſtatis,habens uim clauſulæ derogatoriæ ad omnem
legem ꝯriam,continentem etiam clauſulam derogatoriam, ſm
✻ magis * communem opin.& uſu receptam,de qua per Bald.in
proœm.decret.x.col.iiij.uer.Gregorius , cum alijs adductis per
Fely.in d.c.nonnulli.nu.xxx.& ſeq.conſiderantem etiam clau-

ſulam

ſulã.ex certa ſcientia,q̃ in p̃ſenti decreto adeſt, & per eundẽ Fe
94 ly.in d.c.nonnulli.nu.xxxix.¶ † Ad qđ inſuper, nã regula an-
nullat conceſsiones tollentes ius quæſitũ factas motu proprio
& ex certa ſcientia nihil tñ diſponit de factis ex plenitudine po-
teſtatis,prout eſt pñs,continens oẽs iſtas clauſulas,& regula tã-
quam odioſa non dẽt extendi ad iſtum caſum ut ſupra deductũ
ſunt & expreſaio clauſulæ,de plenitudine poteſtatia,dẽt aliquid
operari c.ſi papa.de priuileg.li vj.l.ſi qñ de leg.j.& C.de inoff.
95 teſt.per Bal.in tub.C.de ꝯh.emp.q.ix.†Et quia regula procedit
quando uerba conceſsionia eſſent dubia,at qñ ſunt clara & aper
ta ut eſt in caſu præſenti,ceſſabit.Cum aperte conſtet Pontificẽ
uoluiſſe tollere omne ius ẽt quæſitum,ut diximus, & dicemus,
& in iſtis beneficialibus & fructibus ipſorum habeat pleniſsi-
mam ptãtem faciendi quicquid uult,&concedendi,priuandi,&
transferendi,ut concludenter ſuperius probauimus, & regula p̃
dicta loquiẽ & intelligiẽ de ſignaturis emanatis in cauſis pendẽ
tibus. Caſus aũt noſter,minime pendebat,ad quem regula mi
nimè extendi dẽt,tanquam odioſa,& exorbitans, iuribus uulg.
96 † Prout ẽt,nam regula loquiẽ de iure quæſito purè, & in re, nõ
aũt de q̃rendo ſub conditione,ad rem,Stephanus.n.nullum ha-
bebat ius purũ,nec in re,ſed conditionale,conſideratis illis ab-
latiuis abſolutis,cedente uel decedente. B. Cardi.l.a teſtõre.ff.
de ꝯd.& dem.l.euictis.ff.de euictionib.& conditionaliter com
petens leue eſt.d.l.cedere diem de uer.ſig.cum uulg.& ius quę
rendum facilius tollitur quã quæſitum,ut dicemus inferius. Et
idem ſi penſio fuit reſeruata Stephano ſuo die incerta, quæ pro
conditione habetur.l.dies incertus.ff.de cond.& dem.per Bart.
& alios in l.ita ſtipulatus.q.ij.ff.de uer.ob.& quia Stephano nul
lum ius,nec in re,nec ad rem,erat quæſitũ, quoniam Leo.x. re-
ſeruauit ſibi penſionem ceſſaturam per priuationẽ.B.Cardina-
lis fiendam,& illam aſsignauit alijs de conſenſu ipſius Stepha-
ni cedentis prorſus omni iuri ſuo,ut ſtatim ſubijciemus.
97 ¶ † Nec obſtat ẽm in quo Stephanus dicit,ſe minimè fuiſſe pri
uatum per Leonem x.in decreto enim ſuo, & declaratione nõ
legitur talis priuatio, quę ſubintelligi nõ debet cũ expreſſe nõ
appareat,ut tradit gl.pe.ubi ſcrib.notant in c.fi. de iure patro.
& gl.xv.q.viij.In ſumma.& eſt tex.in auth.de non eligendo ſe-
cundo nuben.uer.nec eſt tale quid.& per glo.in cle.ij.de uita &
98 hone.cler.Abb.& alios in c.fi.de præſumpt.¶ † Et illa declara-
tio nullum nouum adducit,ſed ſolum detegit & aperit quod e-
rat deductum in præteritum.l.hęredes palam.§.& ſi notam. ubi
oẽs tradunt.ff.de teſtamentis.ut ẽt faciunt in l.edita. C. de edẽ
do.& Leo.x.noluit priuare Stephanum penſione ſibi reſeruata,
ſed ſolum declarare eam illi non competere per priuationem.
99 B.Cardinalis.¶ † Reſpondeẽ apertiſsimè conſtare de mente, &
intentione ipſius Pontif.uolentis priuare Stephanum,& cui in-
tentioni,& uoluntati uerba habent inſeruire.l.non aliter.de le-
ga.iij.l.publius.§.fi.ff.de cõd.& dem.l.cum uirum.C.de fideic.
c.intelligẽtia.de uer.ſig.l.ſcire leges.ff.de legibus cum concor.
100 ¶ † Et mens,& uoluntas principaliter attendenda eſt, & non
uerba,quæ ẽm ſubiectam materiam impropriantur, ad no. in l.
in condition.primum locum.ff.de cond.& dem.& in l.Lucius.§.
Titius.ff.de libe.& poſth.l.cum mulier.ff.ſol.mat.l.p̃ror ait.§.j.
ubi gl.& doc.ponunt.ff.de ope.no.nun.ut ẽt faciunt ſcribentes.
101 maximè Mod in c.translato.de conſtitution.† Iunctis his quę
habentur in l.ſi uni.ff.loca.& in l.ſi olei.C.eodem.& plenè per
Mod.in l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero. ff. de iure iuran.
102 ¶ † Et ſubtilitas uerborum relinquenda eſt pertinacibus.ſi mẽ-
tem diſponentis aliter habemus.l.ij.C.de ꝯſtituta pecunia.p gl.
103 & alios in tub.ff.ſo.ma.† Et quia minimè refert quid fiat ex æ-
quipollẽtibus,dummodo ꝙ mentem diſponentis obſeruemus.
l.iij. C.de inſtit.&ſubſtit.l.cũ mulier.ff.ad Treb.& diffuſe p oẽs
104 in l.Gal.§.& quid ſi tãtũ.ff.de libe.& poſth.† Prout ẽt qñ Põ-
tifex exp̃ſſe decreuit,licet uſus non fuerit uerb.priuamus ꝯgre-
gationẽ & Abbatem non teneri de cætero ipſi Stephano,ad ſo-
lutionẽ dictæ pẽſionis, quib. ex uerbis ſatis apertiſsimè ꝯſtat.
uoluiſſe eũ priuare dicta pẽſione,& eũ reddere inhabilem,& iſta
funguntẽ uice uerb.priuamus.nec refert an Põtifex utaẽ noĩe ſy
nonimo,ad notata per doct.in l.ſi idem.C.de codicillis.& quia
reſeruauit ſibi dictã penſionẽ,& demum aſsignauit eã alijs de ꝯ
ſenſu ipſius Stephani,& ulterius uoluit.d.Stephanũ cedere om
ni iuri,p quos actus,manifeſtiſsime patet Põtificẽ, Stephanum
uoluiſſe priuare,prout priuauit,nã ſubſequẽtia neceſſario inclu
dunt antecedẽtia,& ſic priuationem ipſam & ꝙ uoluerit eũ red
dere inhabilẽ.l.illud.ff.de acq.hær.l.ad rẽ.l.ad legatũ.ff. de pro
curatorib.& per Mod.in l.ij.ff.de iuriſd.om.iud.& in c.præterea
105 de off.delegati.† Et ipſe Pontifex non eſt uſus ſolum uerb.de-
claramus,quinimmo decreuit, uolens inducere aliquid de no-
uo,& nõ ſtare p̃teritis,ẽm gl.in clem.unica de officio uicarij.&
re ipſa & facto euidẽter id ꝯſtat,dum reſeruauit ſibi penſionẽ,
eã alijs aſsignauit de ꝯſenſu Stephani,& uoluit eũ cedere omni
iuri,& reddidit eum inhabilẽ ad eã percipiẽdam,abſoluendo re
ligionẽ & abbatem a ſolutione ipſius eius reſpectu,ꝯñr nõ uer-
ſamur in terminis merę declarationis,ſed in principali,& mera
diſpõne priuatiua,& inhabilitante & excludente ipſum Stepha-
num,nec ipſe Põtifex declarauit aliqđ dubiũ.ſeu ambiguũ, pro
ut loquunẽ iura in oppoſitũ citata,ſed principaliter diſpoſuit &
decreuit ac priuauit & inhabilẽ reddidit ipſum Stephanũ, & qua
mẽs nedũ uerbis,ſed ẽt re ipſa & facto,apertius declaraẽ, ut de-
106 duximus.ſ.† Non obſtat aliud i quo dicebaẽ,decretũ & decla
rationẽ pontificis eſſe nullã,ex quo ex abrupto fuit proceſsũ,ac
p̃cipitãter ordine nõ ſeruato & breui tpe,& ſine cauſę cognitio
ne,& Stephano nõ citato,ad no.in l.nã ita diuus.ff.de adop. & i
l.de unoquoq;.ff.de re iud.& p Bar.in l.prolatã. C. de ſen.& per
oẽs in l.ij.C.de eden.& Fel.poſt alios in c.eccleſia. S. Mariæ.de
ꝯſti.& in cle.paſtoralis.de re iud.in cle.& p ſcrib in c. cũ olim.
e.ti.in antiq.iũctis ẽt no. p oẽs in c.qm ꝫ.de probo.& Soc.ꝯſ. xx.
107 col.ix.& ſeq.poſito inter ꝯſi.Fran.de Cur.† Nã Pontifex ꝫ Ste-
phanũ proceſsit per uiã extraiudicialẽ motu proprio.ex certa ſciẽ
tia,& de plenitudine ptãtis,quo caſu nulla requiriẽ partis cita-
tio,& ita geſtũ ſine citatione ualidũ eſt, ẽm Roma.ꝯſ. cccxlix.
Circa primũ.in v.dubio.in fi.adducentẽ ad id iura, quẽ ſequiẽ
Ale.ꝯſ.lxxxvij.Viſis codicillis.col.ix.uol.ij.Volens ꝙ qñ appa-
ret,principẽ oĩno noluiſſe alicui p̃iudicare,non eſt neceſſaria il-
lius citatio,ex quo actus eo inuito poterat expediri,ut ẽt tenet
Rom.ꝯſ.ccxii.Quo ad primũ.& late Fel.adducens alios in c.cũ
olim.col.v.uer.non oportet.de re iud.& Dec.ꝯli.cxcj.In cã. co.
108 iij.nu.vj.& viij.& Soc.ꝯſ.iiij.co.vij.nu.xiiij.uol.iij.† Nec opus
erat citatiõe,cũ notoriũ eſſet Stephanũ nõ potuiſſe impedire ta
lẽ actũ,& Pontificẽ ita p̃cedentem ẽm gl.Ab.& alios in d.c.cũ
olim.maximè Fel.col.vij.uer.nõ eſt citãdus,& Soc.d.ꝯſ.xx. co.
vij.uer.aliqñ nõ ꝯſtat.& in deciſ.ꝯſ.Neap.clxxviij.In cã.in v.du
109 bio & eundẽ Fel.in c.eccleſia.S.Mariæ.nu.xxj.† Et qm ponti
fex de abſoluta ptãte procedere p̃t parte ẽt nõ citata,ẽm Io.An.
in add.ad Sp.in ti.de ſen.§.iuſta.uer.eſt ẽt nulla.& in c. iter qua
tuor.ubi Ab.& Imo.no.poſt Inn.de maio.& obed.& Alex.in d.
l.de uno quoq;.col.pe.& Soc.d.ꝯſi.xx.col.iij.& bona deci. Bal.i
l.nec cauſas.uer.fuit quæſtio antiquitus.C.de app.& Fely.in d.
110 c.quæ in eccleſiarum.nu. lxxxix.† Et maxime in beneficiali-
bus & in diſponẽdis fructibus ipſorũ ut diximus ſuperius,& ple
nè proſequiẽ Fely.in d.c.ad audientiã.col.ij.& ſeq. nu.v. & ſeq.
& per Io.Bap. de ſancto Seueri. in d.tract.de penſio.q.v.ix.&
111 xxiiij.† In quibus caſibus ſupremus princeps ẽt p̃cedere põt
nullo ſeruato iuris ordine,cũ ſine cauſa poſsit inſtituere extin
guere & transferre pẽſiones,ut ſuperius apertè deduximus, &
optimè faciunt quę habentur per Inn.& alios in c.de cauſis. de
re iudi.& per Bal.in l.fi.C.de leg.& Albe.de Roſa.in l.princeps
ff.eo.tit.& in d deciſio.ꝯſ.Neapo.ccclxi.Monaſteriũ.col.iij.uer
ſi.& pro hoc faciunt.& deciſio.cccxcj.Fuit dubitatũ.col. fin.&
quæ per Fely.in c.inquiſitionis.co.j.& iij.de accuſationibus.&
pulchre ac diffuſe proſequiẽ Frã.de Cur. adducẽs q̃plures alias
deciſiones & iura,ꝯſi.lxv.Super p̃miſſa col.vj.cõcludens ſupre-
mũ principẽ poſſe p̃cedere & pronunciare nullo iuris ordine
ſeruato,ex quo nõ aſtringitur iure poſitiuo, & maxime ꝯſiderã
do clauſulam,ſupplentes,tollentẽ ſolennitatẽ iuris ciuilis, tm Hoſt.
in c.j.de tranſactio.& Fely.in c.poſtulaſti. num. lxj. de reſcrip.
nec in Leone x.ita procedente requirebatur alia cauſæ cogni-
tio,cum certus bene fuiſſet de his quæ geſsit,& quæ ſuo arbitrio
& abſoluta poteſtate facere poterat ſupplente defectum cogni
tionis cauſæ, ut in ſequentibus ẽt dicemus, quæ alias minimè
112 ſuppleretur ſi interueniſſet.† Nec obſtabit ſi dicatur iſta pro-
cedere qñ certe conſtat pontificẽ ita uoluiſſe procedere & dero
gare iuri ipſius Stephani, ſecus aũt qñ ſumus in caſu dubio, in
quo nõ eſt ueroſimile principẽ uoluiſſe tollere ius tertij.c.q̃uis.
de reſcrip.lib.vj.l.ij.§.merito.& §.ſi quis a principe.ff.ne quid in
loco publico.& tradunt doctores,in d.c.quę in eccleſiarũ.maxi
mè Fely.nu.lxiiij.ſumus enim hic in caſu claro,in quo apertiſ-
ſimè conſtat Leonẽ x.uoluiſſe reddere inhabilem ipſum Stepha
num,& eum priuare,ut ſuperius deduximus & cõſtat ex clauſu
lis,& uerbis per eũ prolatis,& ex geſtis per ipſum ut ẽt dicemus

& cum uerſemur in claris, ceſſant coniecturæ.l.continuus.In prin.
ff.de uer.ob.& pro cauſa ſatis fuit ſua uoluntas, & ſucceſsiuus
conſenſus & ceſsio ipſius Stephani,& materia ſubiecta habilis
113 ad ualiditatẽ prædictorũ, † Dat inſuper & obijcit Stephanus
de defectu intentionis ipſius pontificis,qui minime tollitur per
clauſulam motu proprio, ad notata in elementina ſi Romanus
114 põtifex de præb.& in c.ſi motu proprio.eo.ti.li,vj.¶ †Et clau
ſula ex certa ſcientia minime ſupplet ignorantiam facti,cle.j.de
probatio.per Bal.in l.fi.col.ij.uer.dicas ẽt.C.ſen.reſcin. nõ poſ.
115 ¶ †Et dclaratio põtificis facta ꝫ ius Stephani,illi nocere nõ dẽt
ſecundum Bal. in c.cum noſtris . col.iiij.de conceſ.præbendæ.
116 ¶ †Prout etiam illa clauſula,ſupplentes,minimẽ tollit defectũ
ſubſtantialium.& ignorantiam facti ſecundum Hoſt. & alios in
c.j.de tranſac.Io.And.citatum per Fely.in c.ij.num. lj. de reſcri
ptis & illa clauſula de plenitudine poteſtatis,poſſet effectum ſor
tiri,quando fuiſſet proceſſum cum cauſæ cognitione uel quan-
do aliqua ex cauſa princeps motus uoluiſſet præiudicare tertio,
in his de quibus ſuo arbitrio poſſet diſponere, quod minimẽ in
præſenti factum oſtenditur,nam Leo x.ſolum declarauit ꝑ pri-
uationem Cardinalis.B. Stephanum uiuente Cardinale non po
tuiſſe conſequi penſionem ſibi reſeruatam in caſu quo Cardina
lis cederet uel decederet,ſeu alias conſentiret extinctioni,mini
me autem uoluit priuare dictum Stephanum dicta penſione, ca
117 ſu quo Cardinalis naturaliter moriretur.¶ †Et ſi pontifex ita
declarando grauauit ipſum Stephanum in dilatione temporis,
nam priuato Cardinali,penſio ſibi reſeruata,ſtatim debebatur,ex
quo illa mors ciuilis continebatur in dicta reſeruatiõe,& uenie
bat appellatione mortis,cum illa ciuilis operaretur eundem effe
ctum,quem naturalis in diſpoſitione facta ab homine, ſm Ca-
noniſtas omnes in c.cum lit. de conuerſ.coniuga.& poſt glo.in
c.ſuſceptum.de reſcript.li.vj.& in c.placuit.xvj.q. j. & diffuſe ꝑ
omnes citantes alias concordantias in l.Gallus §.& quid ſi tan-
tum.ff.de libe.& poſth.non autem intentionis ſuæ fuit priuare
Stephanum dicta penſione ſuccedente prout ſucceſsit, morte
naturali Cardinalis,nec iſtud expreſſum apparet in dicta decla
ratione Leonis,& in dubio non eſt præſumendum uoluiſſe tol-
lere Stephano tale ius eidem quęſitum.¶ Obiectionis illę ex de
ductis ſuperius concludenter reſolutę oſtendũtur, ad maiorem
autem declarationem adhuc dicitur,in nullo eas obſtare, quo-
niam adfuit apertiſsima,& ſatis clara uoluntas Leonis.x.priuan
tis Stephanum dicta penſione, & omni iure, quod forſan ſi-
118 bi poterat competere ad eam.¶ †Tum conſideratis clauſulis
per ipſum Leonem expreſsis,ut eſt illa,de certa ſcientia, cuius
expreſsio tollit difficultatem,an ita proceſſerit,ut poſt glo.tra-
dunt Abb.& alij in c.j.& in c.porrecta.de confirmatio. utili uel
inut.ubi Mod.nu.iiij.uer.iiij.quando concordantias adducunt,
ut etiam faciunt in c.ad hæc.de reſcriptis,nu.vj.uer.iij.facit. &
119 gl.fi.in cle.& ſi principalis de reſcriptis.¶ †Expreſsio etiam il
lius clauſulæ,de plenitudine poteſtatis.oſtendit uoluiſſe in præ
ſenti diſceptatione,ea uti,ſecundum do.Ant.Abb.& Imo. in c.
conſtitutus.de reſcrip.ubi Fely.nu.xxj. & traditur per oẽs in d.
120 c.quæ in eccleſiarum. ¶ † Ex quibus tollitur omnis obreptio
& ſurreptio necnon & defectus intentionis,ſecundum glo.in c.
ij.de filijs præsbytero.& Inn.in c.ij. de confirmatione vtili uel
inutili.Io.An.in c.fi.ut lite pendente.& Ioan.mili.in uer.ſciẽtia
121 in prin.¶ †Quod enim princeps facit ex certa ſcientia, credẽ
dum eſt id eſſe factum prouero,& ſcienter,non autem ignoran
122 ter,ſm Bar.in l.conficiuntur.ff.de iure codicillo.¶ † Nec tale
factum poteſt in dubio reuocari cum illa clauſula excludat om
nem ignorantiam & errorem ſecundum glo.& alios allegantes
concor.in d.c.ad hæc.de reſcrip.Abb.& Fely.in c. nonnulli.nu.
123 xliiij.¶ †Et quia dicta clauſula fuit appoſita aſſertioni Leonis
decimi diſponentis ſuper facto proprio ad tradita in clem.j. de
probatio.& per Fely.in d.c.nonnulli.in iiij.fallen.& argumento
124 l.fi.cum ſimi.ff.pro ſuo.¶ †Quo caſu ceſſat præſumptio malę
informationis & defectus intentionis ſecundum Barto.in l.fi.§.
125 idem quæſijt.ff.de condictione indebiti.¶ † Ceſſat etiam om
nis circumuentio & mala ſuggeſtio,importunitas ſeu occupatio
ſecundum Felynum ſupra relatum citantem ad iſta deciſiones.
126 ¶ †Prout etiam facit in c.cum olim.nu.vij.de re iudic. ut dici
non poſsit circumuentus princeps quando diſponit ſuper iure
poſitiuo,& in ſcrinio pectoris omnia iura dicatur habere.c.j.de
127 conſtit.li.vj.l.omnium.C.de teſta.¶ † Et procedens ex certa
ſcientia,& plenitudine ptãtis,iuxta gl.magnam in fi.d.c.ad hec
præſumitur uoluiſſe præiudicare ẽt illi cui fuiſſet ius q̃ſitũ ſm

Pau.de Caſt.conſi.cv.Donatio.col.ij.& ad id plura adducit De
ci.conſi.cclxxj.In caſu.nu. viij.& maxime in beneficialibus &
fructibus ipſorum & in extinguendis & transferendis penſioni
bus, & ꝙ̃ materia ſubiecta eſt iuris tantum poſitiui ut plenẽ &
128 ꝯcludenter ſuperius oſtendimus & probauimus.¶ †Et ſi Leo
x.tales clauſulas minimẽ appoſuiſſet,adhuc idem dicere cogi-
mur,quoniam de eius intentione,& mente ſatis apertẽ conſtat
ex uerbis per eum prolatis,& ex alijs per eũ geſtis,q̃ mẽs ſequen
da eſt remota conſideratione clauſularum,ut uoluit Io.An.in c.
ij.de exceſsi.prælatorum.& argu.l.ſcire oportet.§.& ſi maximẽ.
129 ff.de excuſa.tut,& arg.l.eum uirum.C.de fideic.¶ †Verba nan
que decreti extinguentia & tollentia ius Stephani aperiunt &
oſtendũt animum ipſius põtificis uulg.l.quod Labeo.ff. de ſup
130 pellectili legata.¶ †Et uerba ibi poſita quantuncunq; genera
lia cum uerſentur in iure poſitiuo,generaliter ſunt intelligenda
nec recipere debent habilitatem ex interpretatione dicti iuris,
ut plenẽ attingunt Mod.in l.j.C.de ſac.ſan.eccle. citantes ad id
iura quos ſequuntur referentes deciſi.conſ.Neap.cccciij.Catho
131 lica.col.iij.uer.& licet dictum.¶ Et uerbis pontificia declaran
tibus eius animum,ſtandum eſt ſecundum Hoſt.& alios in c. cũ
132 a nobis.de teſtib.ubi Mod.alia adducũt,nu.j.¶ † Et aduerſus
literas pontificis declarantes eius animum nulla in contrarium
recipitur probatio,etiam ſi eius intentio nõ fuiſſet illa ſm Bal.
& Ange.in l.ex facto.ff.de uulga.& pup.cum alijs plenẽ accu-
mulatis per Fely.in c.cum ueniſſent.colum.ij. & iij. de iudicijs.
133 ¶ †Et iſti obiectus dati per Stephanum contra ordinata & di
ſpoſita per Leonem x.probandi erant ſpecialiter, & concluden
ter.non autem præſumptiue,illa enim probatio reijcitur ut tra
ditur per glo.Hoſt.& omnes alios in c.pia.de except.li.vj.&per
Rot.in no.in ti.de excep.deciſ. pe. & in antiq. eo. ti.deciſ.v. &
arg.eorum quæ habentur in c.in præſentia.de probatio. & l. nõ
hoc.C.unde legitimi. Et quia ipſe Leo.x.cum decreto irritan-
te,ſtatuit & uoluit ita debere iudicari,& non aliter, argumento
eorum quæ tradit Fely.in d.c.quæ in eccleſiarum . nu.xlix.in fi.
citando Inno.in c.ſignificantibus.de offi.delega & argumento
eorum quæ habentur in l.ſed & ſi per prætorem.§.ait prætor.ff.
ex quibus cauſis maiores.& per Bart. & alios in l.j.§. ſublata.ff.
ad Trebellianum.eo etiam quoniam uoluntas & mens nedum
uerbis,quinimmo re ipſa,& facto apertius declaratur & oſten-
ditur,ut ſupra probauimus,& ipſe Leo.x.uolens ſua ob demeri
ta priuere.B.Cardinalem primitus reſeruauit ſibi dictam pen-
ſionem & demum illam tranſtulit in alias perſonas,de conſen-
ſu ipſius Stephani decernendo congregationem,& Abbates nõ
teneri eam ſoluere.B.Cardinali,aut Stephano,excludendo am-
134 bos a perceptione ipſius.¶ †Nec eſt ueroſimile ꝙ transferen
do eam in alias perſonas,ſeu de nouo ꝯſtituendo,uoluerit dupli
ci onere,ac pręſtatione grauare ipſam congregationẽ argumen
to tex.& quæ ibi no.Bar,& alij in l.uxorem.§.ſi in teſtõ.de lega.
iij.Et ulterius ad clariorem eius uoluntatis demonſtrationẽ uo-
luit Pontifex ipſe Stephanum conſenſum præſtare omnib.pręd-
dictis,& ꝙ cederet cuicunque iuri ſibi competenti,uel compe-
tituro,cum iuramento obligatione,& prout alias in forma Ca-
meræ renunciationibus contingit fieri, & ſingula prædicta ex
abundanti,ut cunctis eius uoluntas pateſieret,re ipſa, & facto
135 & ex geſtis etiam per ipſum.¶ † Et nulli dubium,Leonem. x.
uerbis apertiſsimis,ac expreſſe iſtud confirmaſſe, ſi de hoc uti-
que fuiſſet interrogatus,quo fit ut pro expreſſo habere debeat.
l.Titius.§.Lucius.ff.de libe.& poſth.l.fi.C.eodem.l.cum tale.§.
fi.ubi glo.& alij tradunt.ff.de pactis.ceſſabunt igitur omnia,ſu
perius ex mente Stephani adducta,concernentia defectum inti
tionis,& ignorantiam,quæ aliquo caſu poſſent procedere,quã-
do eſſet factum alienum, & qñ aperte non conſtaret Principem
uoluiſſe tollere ius alterius,& præiudicare alteri, quæ minimẽ
poſſunt adaptari in caſu pſenti,in quo Pontifex diſponens de fa
cto ſuo proprio,& uolens priuare Stephanum,ſcienter ꝓceſsit
ptãte abſoluta,& plenaria,& in materia iuris poſitiui,& concer
nente bñficialia,& ipſorum fructuum diſpenſationem,ac diſtri
butionẽ,in quib.nullo iuris ordine ſeruato,parte minimẽ cita-
ta,quinimmo & inuita,ſuo arbitrio procedere põt,& de illis di
136 ſponere,ẽt ſine cã,ut ſuperius oñdimus. † Eo ẽt quia procedẽ
do in mũa iuris poſitiui,ſemper præſumit̃ moueri ex cã rõnabi-
li,dato ꝙ nõ appareat,ſm Cy.& alios in l.fi.C.ſi ꝫ ius cum alijs
citatis per Fel.in d.c.q̃ in eccleſiarũ.nu.lxxxij.& reliquos Mod.
137 ibi n.al.†Et potiſsimũ qñ appoſita fuit clauſula motus ꝓprij,
ſm Romanum ꝯſi.cccxxxvj.Quod indultum.col.vj.per.l.j.C.
de

de petirio.bonorum ſubla.&Fely.in d.c.quę in eccleſiarum.nu.
138 lxxxvij.& Mod.ibi nu.alj.¶†Volentes quando conſtat de uo
luntate ipſius Principis ſemper diſpoſitioné ualere ét ſine dicta
clauſuls,& ét ſine præſumptione alicuius cauſæ,ſi uerſamur ſu-
per mřia iuris poſitiui,ſm Bal.in l.reſcripta.col.ij. uer. reuertor
ad quæſtionem.C.de precib.imp.off.& Abb.in d.ca.quæ in ec-
139 cleſiarum.& in c.de multa.de præb.†Et quia non præſumitur
placere Principi,niſi illud quod ſit iuſtú,& honeſtum ſm Bal.
in l.j.ff.de ꝯſti.prin.& iuxta no.per Bar.in l.relegati.ff.de pęnis,
& per ſcrib.in l.fi.C.ſi ꝯ ius,& in d.c.quę in eccleſiarum.&quia
hic uerſamur in claro,& certo,& uolútas Leonis x.apertiſsima
hr,ceſſabunt oẽs coniecturæ in ꝯrium allegatæ,procedentes in
caſu dubio,& quæ adaptari non poſſunt qñ de prædictis con-
ſtat. Cum Pontifici ſit conceſſa facultas in iſtis beneficialib. &
fructibus ipſorum,ét ſine cã,& nullo iuris ordine ſeruato tolle
re alicui ius,uere quæſitum,&in rem,quanto igit fortius potuit
tollere dictum ius Stephani ꝯdõnale,& ad rem,& minimè quæ
ſitum,quinimmo,&extinctũ,cũ Leo.x.reſeruauerit prius ſibi pẽ
ſionẽ,&prius eam motu proprio extinxerit,& de ꝯſenſu Stepha
ni tráſtulerit in alias perſonas,& poſtmodum declarauerit,pri
uando B.Cardinalem penſionem nunquam deberi Stephano li
berando congregationem a ſolutione ipſius,cum decreto irritá
te,& de ſic iudicando,ut ſingula iſta iurib.s.fuere comprobata.
140 ¶†Et cum facilius tollat ius quærendum quàm q̃ſitum,ut eſt
uidere in prælato eccleſiæ ſm Inn.in c.fraternitatis.de dona.&
oẽs in c.uerum.de conditione appoſita.& per Fed.de Sen.conſ.
141 lx.&Ab.in d.c.q̃ in eccleſiarũ nu.lxxj.¶†Et patet in ſeruo,iux
ta.l.ſeruus & l.filius paciſcendo.C.de pac.iuncta.l.fi.C.de acq.
poſ.& quia multa impediuntur fieri,quæ iam facta tenent.l.pa
142 tre furioſo.C.de his qui ſunt ſui uel alieni iuris.¶†Et ut eſt vi
dere qñ princeps legitimat aliquã,nam tollit alijs illud ius ſuc-
cedẽdi,ſm Bal.in aut.ſi qua mulier,in fi.C.de ſac.ſan.ecc.& dif
fuſe per Cano.in c.per uenerabilem.qui fil.ſint leg.& per ſcrib.
oẽs in d.l.Gal.§.& quid ſi tñ.circa fi.& Fel.in d.c.quæ in eccle
143 ſiarum.nu.lxx.†Eo ét quia iuri futuro,pacto & ſtipulatione
renunciari põt.l.j.C.de pac.cum alijs ibi citatis per ſcrib.& in l.
144 qui Romę.§.duo fratres.ff.de uer.ob.†Et renunciatio iuris,&
ſucceſsionis futuræ,reddit ualidiſsima,per appoſitionem iuri.
c.quamuis.de pac.li.vj.l.pactum.C.de pac.l.pactum quod dota
le.C.de collationibus.l.ſtipulatio hoc mõ concepta.ff.de uerb.
obl. Nec obſtabit quod Stephanus dicit de declaratione facta ꝑ
Leonem x.& ꝙ mors ciuilis æquiparat naturali,& per quã mor
tem ciuilem penſio ſibi reſeruata debebat ſortiri effectũ,& cir-
145 ca iſtud declaratio minimè fuit iuſta.†Nam de iure ꝯrium ue
rum eſt.penſio enim reſeruata Stephano fuit in caſu quo Cardi
nalis cederet uel decederet ſeu conſentiret &c.per quorũ trium
caſuum expreſsionem,oẽs alij caſus fuere excluſi.ca. nonne. de
146 ꝑſumptio.l.cum ꝑtor.in prin.ff.de iudic.¶†Et quia exceptio
firmat regulam in alijs non exceptuatis.l.nam quod liquidæ.§.
fi.ff.de pe.legato.l.in his.ff.de legib.per Mod.in l.j.ff.de reg.iu.
147 ¶†Et quia uerſamur in materia ſtricti iuris caſus omiſſus,ha-
beri dẽt pro omiſſo,nec ad ipſum fieri dẽt extenſio uulg.l.quic-
148 quid aſtringendæ.ff.de uer.ob.¶†Eo inſuper qm non eſt ꝑſu-
mendum congregationem remanere grauatam in alijs caſibus
non expreſsis,& penſio ꝑdicta,vř fuiſſe reſeruata rebus ſic ſe ha
bentibus,arg.c.cum inter.de renunc.& c.quemadmodú de iur.
149 iur.&per Mod.in l.quod ſeruus.ff.de cond.cauſa dats.¶†Nec
iſto caſu mors ciuilis æquiparanda eſt morti naturali,nam ſm
unam opi.tunc demum æquiparat,qñ id expreſſum reperit,&
caſus præſens minimè expreſſus oſtendit,ut uoluit gl.in d.c.pla
cuit.xvj.q.j.& gl.in d.c.ſuſceptum.& licet aliqui docto.in d.§.&
quid ſi tantum.adducant ꝯ hanc ſententiam nonnulls,tñ ab ob
iectiõibus defendi poteſt,ut poſt alios dixi in d.§.& quid ſi tñ.
150 ¶†Ex omiſsis opinionibus ſuper huiuſmodi ſpecie,& diſce-
ptatione diuerſimode datis,uera eſt illa concluſio,mortem ci-
uilem etiam in diſpoſitione hominis,non æquiparari naturali,
quando illa non producit per omnia eundem effectum,qué na-
turalis produceret,ſecundum Cy.& Bal.in l.deo nobis.C.de e-
piſ.& cl.r.Bar.& alios in l.ex ea parte.§.inſulam.ff.de uer. obl.
cum alijs plenè accumulatis in d.§.& quid ſi tantum. ubi repe-
tentes concluſionem defendunt ab aliquibus obiectis,datis per
aliquos ſcrib.ibi,& eam ſequuntur Imo.& Alex.in l.ex facto.§.
ſi quis rogatus.ff.ad Treb.& Cano.in c.cum ſit.de conuerſ.con
iugato.In caſu aũt præſenti,minime producit eundem effectum
ut patet ad ſenſum,& propter commodum & intereſuſuriũ me-
dij tpis,& probat in l.ſtatius florus.§.Cornelio felici.ff.de iure
fiſci.Non.n.ſufficit ꝙ producat eũdẽ effectũ quo ad unũ caſum
151 tñ.neceſſariũ.n.eſt quod producat illum quo ad oĩa.†Prout
ét qñ profert ab hoĩe minimè appellatione mortis,uenit ciuilis,
qñ ſpãliter prouiſio facta eſt de morte naturali per tex.in d.ca.
ſuſceptum.&quia caſus expſſus facit ceſſare tacitum.l.cum ex fi
lio.§.pe.ff.de uulg.& pup.& mors ciuilis uenit tacite ex mente
diſponentis,& iſtud tradit Bar.in l.hoc iure.ff.de ſolutionib.dú
reſpondet ad.l.non ſolum.ff.ſo.ma.& ſequuntur repetentes in d.
§.& quid ſi tñ.col.v.nu.xiij.& iſtud intelligendo dictum.c.ſu-
152 ſceptum. In diſpoſitione hominis.†Si uero illud intelligimus
prout uerius eſt in diſpõne legali adhuc idem erit concludendú
ut ibi probatur,& prout in ueritate conſideranda eſt præſens
materia,& noſtra diſpõ,in qua dictæ conuentiones & penſio re
ſeruata Stephano in caſu quo.B.Card.cederet uel decederet ap
parent factæ inter ipſum Card.& Stephanum ex una,& congre
gationẽ & agentes pro ea ex altera,non.n.ſumebant ualidita
tẽ & robur ab ipſis hoĩb.paciſcentibus,ſed ab ipſo ſummo pon
tifice,illa omnia auctorante & approbante.c.cum pridem.c.pa
153 ctiones.de pac.& ſuperius diximus.†Et Papa in terris lex ui-
ua & animata eſt in aut.de conſulta.§.fi.& per doc.in l.more &
154 quia.ff.de iur.om.iud.†Et ulterius in diſpõne legali app.mor-
tis.non uenit mors ciuilis,quando ex illa uiciaretur diſpõ,quæ
alias poſſet effectum aſſumere expectando mortem naturalem.
l.intercidit.ff.ꝯd.& dem.l.res donatas.C.de do.int.uir.& ux.cũ
alijs alleg.per repe.nu.viij.& ix.& in d.§.& quid ſi tantú.ex qui
bus ꝯſtat Leonem.x.declaraſſe ſm ius,penſionem non fuiſſe re
ſeruatam Stephano,iſto caſu quo Card.B.fuit priuatus & ciuili
ter mortuus,nec erit diſcutiendũ,an eo priuato & adhuc uiuẽte
talis penſio fuerit incorporata cameræ apoſtolicæ,ꝓut alias dr̃
de bonis damnatorum criminæ læſę maieſt.qm ipſe Leo añ pri
uationem & declaratoriam ſubſecutam per prius,ét ꝯſentiente
Stephano dictam penſionem iam tranſtulerat in alias perſonas,
q̃ illam ꝯſecutæ fuere ét uiuente.B.Card.nec eſt uerum,ꝙ pon
tifex uoluerit ſolum declarare penſionem reſeruatam Stephano
non aſſumere robur per priuationem Card.& reſeruare Stepha
no ius ad.d.penſionem,qñ Cardinalis fuiſſet naturaliter mor-
tuus,qm declaratio decretum uoluntas & diſpõ Leonis fuit om
ni tpe priuare Stephanum dicta pẽſione ét ſubſecuta morte na-
turali.B.Cardi.ut oculatim & apertiſsimè oñdit & ſine aliquo
ſcrupulo,ex ꝯgeſtis ſuperius,& ex alijs ſucceſsiue geſtis ante &
poſt per ipſum Leonem & eundẽ Stephanum,ut clare ꝯſtat ex
155 deductis.¶†Rurſus do.Stephano ad.d.penſionẽ agẽti,obſtat
renunciatio & ceſsio per eum facta in manib.Leon.x.& per eũ-
dẽ recepta & admiſſa.c.admonet.c.quod.in dubijs.de renũ.cũ
156 ſi.†Et ipſi renuncianti & cedẽti nullus dãdus eſt regreſſus ad
penſionẽ & ius ceſſum.l.quærit §.ſi uẽditor.ff.de ædil ædic.l.ſi
qs in ꝯſcribẽdo.C.de epiſ.& cle.& C.de pac.ubi doc ꝯcor.citãt
nec Stephano prodeſt,qđ dicit tempore ceſsionis penſionẽ non
fuiſſe ſibi quæſitam per priuationem.B.Cardinalis,qm expectá
157 da erat mors naturalis ipſius,ut ſuperius fuit deductum.†Nã
in hoc ꝯrius ſibi ipſi eſt dum afferebat illam mortẽ ciuilẽ Car-
dinalis,producere eundem effectum,quem mors naturalis & cõ
ſequenter penſionem ſibi reſeruatam fuiſſe quæſitam per priua-
tionem Cardinalis,& tanquam ꝯrius reijciendus uenit.l.j.cum
alijs ibi alleg.C.de fur.& quia vt oſtendimus in præcedenti ꝓ-
xima diſceptatione,illa priuatio & mors ciuilis Cardinalis,non
poterat prodeſſe ipſi Stephano ad conſequendam & habendam
penſionem ſibi reſeruatam,iccirco obiectioni ꝑdictæ quocun-
que mõ ꝯſideret rñdet & aliter,nam poſito quod per mortẽ ci
uilem & priuationẽ Cardinalis,penſio nõ fuiſſet quęſita Stepha
no,tñ ut ipſemet aſſerit habebat ius ad illam in caſu mortis na-
158 turalis ipſius Cardinalis.†Et licet iuri futuro ſimpliciter renũ
ciari non poſsit.l.ſi ita ſcriptum.§.ſi ſub ꝯditione.de leg.ij.l.q
ſuperſtitis.ff.de acqui.hær.& plenè per oẽs in l.j.C.de pac. cum
159 uulg.†Tamen quando renunciatio &ceſsio fuit uallata pacto
& ſtipulatione ualida eſt & firma.etiam ad ius futurum,ut tra-
ditur per omnes in dicta.l.j.& in l.cum proponas.eod.ti.& in l.
160 de fideicommiſſo.C.de tranſact.& diximus ſuperius.†Et eo
fortius ceſsio & renunciatio erit ualida quando fuit uallata iura
mento,ut contingit in præſenti caſu,& ſuperius oſtendimus,&
tradit etiam Cuma.in l.ſi quis hæres.ff.de acqui.hære.& Alex.
& alij in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.col.j.ff.ſi quis cautio.& Ste
phanus ipſe pretendens uenire contra ceſsionem iuratam tan
quam periurus reijciendus eſt.l.ſi quis maior.cum uulgar.C.de

tranſac.ſi aũt tenemus ſententiam illam, ꝙ dicta penſio reſpe-
ctu Stephani & congregationis fuerit in eſſe deducta & perfe-
cta reſoluenda tñ,in caſu quo &c.prout deduximus ſupra in pri
mo principali articu.eo fortius ceſsio & renunciatio penſionis
facta per Stephanum fuit ualida & firma, & ex hoc ſolo capite
161 congregatio uenit abſoluẽda.† Nec habet obſtare,quod ipſe
Stephanus aduerſus ceſsionem adducit illã, uidelicet fuiſſe me
ticuloſam,& proceſsiſſe iuſto metu cadente in ꝯſtantem uirũ,
nam B. Cardinalis eius frater carceratus detinebatᷓ a Leone. x.
& ut eum a carcerib.eximeret, coactus fuit ceſsionem facere,
q̃ minimè ſtante metu pt dici ualida.c.ſuper hoc.de renunc.ea.
ſciant cuncti.de elec.li.vj.& tradit Rom.in rub.ff.de arbit. col.
mihi octaua.uer. quid autem ſi ꝯpromiſſum.uolens ꝙ qñ fratri
ſeu ꝯſanguineo imminet periculum,& detineretᷓ in carcerib. &
alter frater bñficiatus renunciaret bñficio,renũciatio inde ſub
ſecuta,tanquam meticuloſa uenit reſcindẽda pp periculum im
minẽs fratri,ſeu ꝯſanguineo,& talis metus iuſtus reputatur,ut
ẽt tradunt Bar.& alij,in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi ptori.nu.xviij.
ff.de ope.nou.nun.& ibi Alex.nu.xxiij.& diffuſe proſequitᷓ Fel.
in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.nu.cxxvij.& alijs ſeq.de ꝯſti. & Leo
decimus,qñ liberauit.B.Cardinalẽ expſſe dictæ liberationi con
ditionem hanc adiecit,ꝙ ipſe Stephanus deberet cedere quin-
immo & ulterius uoluit ꝙ ipſe ꝯſentiret translationi dictæ pen
162 ſionis factę in alias perſonas.† Qui metus cadebat in pſonã ,p
priã ipſius Stephani & erat ualidus & iuſtus & arbitriũ recti iu
dicis in hoc non pt eſſe aliud ad no.in c.ad audientiã.& in c.cũ
dilectus.quod met.cau.& in l.metu.& alijs legib.ſeq.ff.eo.ti.&
l.ſi per impreſsionem.C.eod.per Bar.& oẽs in d.l.de pupillo.§.
ſi quis ipſi ptori.ubi Alex.nu.xvij.concor.adducit,& quia ẽt p-
ces potẽtum metum inducunt,ſm Imo.in c.cum inter. r. de ele
cti.& c.petitio.in prin.de iur.iur.& gl.in uer.quædam . in l.j.ff.
163 quod iuſſu.¶ †Et geſta per metũ & ceſsio ita facta annullãda
eſt,& nulla redditᷓ cle.ij.quod met.cau.& toto tit ff.C.extra.in
164 antiq.li.vj.& in cle.quod met.cau.† Nec.n.eſt uériſimile ẽt mi
oĩs non probatis ꝙ quis uoluerit uoluntarie cedere bñficio ſeu
pẽſioni,tot laborib.& uigilijs ac expẽſis q̃ſitæ,quibus conſide-
ratis ceſsio facta pſumitᷓ meticuloſa,& ea eo capite uenit reſcin-
dẽda,ut hr in d.c.ſuper hoc.de renun.& in c.ſollicitè.de reſtit.
165 ſpo.† Et talis ita renuncians reſtituendus uenit in priſtinũ abſ
que alia noua collatione,ut tradunt Ab.& Fel.adducentes iura
166 & alias deci.in c.ſi uero.nu.ij.de iu.iur.† Et ẽt quia in dicta ceſ
ſione interuenit iurãm obligatio & aliæ clauſulæ in ſimilib. peni
tus inſolitæ,q̃ eo magis arguunt ceſsionem non fuiſſe liberè fa
ctam, nec ſpontaneè ſed per metum & ſuſpitionem inducte, ut
in ſi.hr,in c.quã graui.de cri.fal.& per Car.in proœ.cle.in prin.
cum alijs plene accumularis,per Fran.de Cur.cõſi.xvij. Viſo pũ
167 cto,col.iiij.† Accedit ẽt & proteſtatio ſucceſsiuè facta per ip-
ſum Stephanum,per quam exiſtens in loco libero,& minus ſu-
ſpecto declarat oĩa pdicta geſsiſſe per metum,& non uolunta-
riè,& q̃ ipſi proteſtanti vr profuiſſe,cum tales actus depẽderent
a libera uoluntate ipſius ſm Bart.& alios in l. Neſennius. ff.de
neg.ge.& in l.qui in aliena.§.Celſus.ff.de aeq hær.& in l. nõ ſo
lũ.§.morte.ff.de ope.no.nun.& per ſcrib.in c.cum.M.Ferrar.de
ꝯſti.& in c.ſollicitudinem,de app.dum loquunᷓ de proteſtatio
168 ne declaratoria.† Iſtis tñ non obſtantib.prout uere conſidera-
ta facti cõtingentia,non obſtant, perſiſtendũ eſt in ꝯſone ſupe
rius firmata,ut per dictam ceſsionem & renunciationẽ, Stepha
nus ipſe excludaᷓ,nec obſtat obiectio metus,nam in hac ſpecie
iſta maxima eſt,ut non ſatis ſit allegare metum,niſi probet for-
miter,& ſm qualitates a iure traditas,ut probat tex.in l.interpo
ſitas,& in l.ſi maior.C.de tranſac.& ibi gl.in uerbo qualitas. &
alij doc.citãt tex.in l.dolum.C.de dolo.& traditᷓ in l. ad inui-
169 diam.C.quod met.cau.cum ſi.† Et ad probandum metum mi
nimè eſt ſufficiens proteſtatio ſola, ut hr in d.l.ſi maior. & per
gl.in uer.innotuit.in c.Lotharius.xxxj.q.ij.& per glo.& doc.in
c.j.quod me.cau.per Ang & Are.in d.§.Celſus.& Iaſ. ibi defen
170 dentem hanc ſententiam ab obiectionibus ibi traditis.† Et au
ctoritas ac ſuperioritas Leonis decimi ſola,minimè iuſtũ metũ
potuit arguere,ut probaᷓ in c.ſi.& ibi doc.no.qñ cleri. uel mo
na.& hr in d.l.ad inuidiam.ubi Bal.& alij tradunt, ut etiam fa-
ciunt in d.l.ſi per impreſsionem.& per Bal.& alios in d.l. de pu
pillo.§.ſi quis ipſi prætori.q.v.& Alex.ibi nu.xvij & conſ. ccxl.
Perſpectis.nu.viij.uol.vj.& faciunt no.in l.ſi. ff. quod met. cau.
171 † Metus.n.ꝯſiderabilis & arbitrio iudicis receptus. debet eſſe
talis qui cadat in cõſtantem uirum,& ueroſimiliter cadere poſ

ſit.d.c.cum dilectus,& d.c.ad audientiam.& l.metu. C. qđ me.
cã.& l.vij.§.metum,ff.eodẽ.l.uani timoris.ff.de reg.iu.& d.l.in
terpoſitas. & uere Stephanus ipſe nullas qualitates iuſti metus
poterit probare,merito igitᷓ ſua oppoſitio redderᷓ iniuſta,& ua-
na.& nullus iudex poterit arbitrari ipſum aliquo iuſto metu du
ctum ceſsiſſe & ꝯſenſiſſe,quatenus.n.aſſerit fuiſſe iuſtũ, ea quo
Cardinalis.B.eius frater erat carceratus,& ut ipſum a carcerib.
172 liberaret,ceſsit & renunciauit penſioni & iuri ſuo. † Dr cauſã
hanc retorqueri ꝯ ipſum Stephanum,q2.B.Cardinalis erat ue-
re reus criminis læſæ maieſtã.& ut talis pronunciatus & decla-
ratus,iuſtiſsime potuit a Leone.x.nedũ bñficijs & penſionib.bo
nis oĩb.honoribus & dignitatibus priuari,uerum ẽt ultimo ſup
plicio affici.ut C.& ff.ad l.Iul.maieſt.per totum. & per Bart.in
173 extrauag.qui ſint rebel.cum concor.† Iuſtus igitᷓ erat,& publi
cus carcer dñi Cardinalis,& condemnatio ipſius,& qui actus in
ipſomet Cardinale non induxerunt iuſtum metum a fortiori i-
gitᷓ illum minimè induxerunt in perſonam ipſius Stephani non
174 carcerati nec ꝯdẽnati.† Quod.n.facit iudex iuſtè metũ mini-
me inducit.l.iij §.ſed uim.ff.qđ me.cau.& ad not. in l.accuſa-
175 tionis.C.eod.† Iuris.n.executio nec metum nec iniuriam in-
ducit l.iniuriarum.§.j.ff.de iniu.l.quemad.§.magiſtratus. ff. ad
176 l.Aqui.l.quod princ.ff.de aq.plu.ar.† Ita ẽt & carcer iuſtus, ut
traditᷓ per ſcrib.in l.qui carcerẽ ff.quod me.cau.& in l.ſi mulier
in prin.eo.ti.per Imo.& alios,in l.qui a latronibus.ff.de teſta.&
hr in deciſ.ꝯſi.Nea.cxlix.In cauſa.poſt principium,& toto ti.ff.
& C.de cuſto.& exhib.reo.alias.n.ſequereᷓ ꝙ delinquentes nõ
poſſent carcerari nec ꝯdemnari ad mortem,aut aliter puniri, &
ꝙ citati ad iudicium,minimè tenerentᷓ ꝯparere allegantes metũ,
q̃ penitus falſa ſunt, & a iure reprobata,iuſte igitur Cardinalis
fuit detentus & condemnatus,ac priuatus,& ſi Leo decimus uo
luit erga ipſum uti liberalitate, clemẽtia & benignitate,nec tra
dere eum ultimo ſupplicio, & hanc ob cãm, Stephanus frater
ceſsit & renunciauit,nõ propterea allegare põt feciſſe iſta p me
tum ſed ob cauſam & charitatem iuſtiſsimam,ut a morte libe-
raret fratrem,illam merentem,ſuis flagitijs,ut ipſemet Stepha-
177 nus fateᷓ hanc ob cauſam illam feciſſe.† Cuius ꝯfeſsione, non
datur maior probatio iuxta gl.& doc.in l.cum te.C. de tranſac.
178 & p Mod.in rub.extra de probatio.† Non.n.Leo decimus car
cerauit Cardinalem odio Stephani,& ad effectum. ut ipſe Ste-
phanus cederet iuri ſuo & penſioni,quo caſu procedere poſſent
adducta in ꝯtrium, uerſamur enim in caſu penitus ꝯtrio, in quo
ipſe libertate plena gaudens ceſsit ut fratrem iuſte carceratum
& condemnatum a morte redimeret, & ob hanc cauſam da-
tum,non põt recuperari,tanquam metu oblatum d. l. accuſatio
179 nis,& l.cum te.C.eo.tit.† Aduertendum inſuper eſt,congrega-
tionem ipſam nullum metum intuliſſe Stephano nec ex ſua ceſ
ſione eam reportaſſe commodum aliquod,quia penſio deben
da Stephano tranſlata fuit in alias perſonas,quo fit ut ſi etiã me
tu per pontificem illato ipſa congregatione inſcia, & iſtud mi-
nime procurante Stephanus id feciſſet, quod utique a ueritate
alienum eſt,tamen minime poterit agere contra congregatio-
nem,nullum inde commodum conſecutam,maxime nulla præ-
cedente annullatione uel declaratione ipſius ceſsionis. l. ſi cum
exceptione.§.in hac.& §.ſeq.ubi gl.& ſcrib.tradunt,ut ẽt faciũt
180 in l.metum.§.fin.& in l.ſi ipſa res.ff.quod met.cau.† Et ſi ipſe
Stephanus fuiſſet carceratus,ex quo actum non geſsit cũ carce-
rante & eum detinente,ſed cum alijs minimè ꝯ illos agere põt
per querelam metus per traditu in l.metũ.§.licet.& in d.l.q car
cerem.ubi Bar.& alij notant.ff.quod met.cau.& in l.non inte-
reſt.C.eodem.& Abb.conſi.lx.col.j.uol.j.& Ang in l.nemo car
cerem.C.de exactori.trib.lib.x.per l.ſi.C.de capt.& poſtlim.re-
uer.& per Imo.in d.l.qui a latronibus.& Bal.in l.nam & ſeruus.
in princ.ff.de nego.geſt.& in dicta deciſ.conſi.Neapo. cxlix.&
alia deciſione.ccxlvj.quidã maritus.in fi. Et licet Leo decimus
uoluerit ipſum Stephanum cedere & pręſtare conſenſum, iſtud
fecit non quod neceſſario requireretur, nam priuatio & decla-
ratio per eum facta ſatis erat ſufficiens,ut ſupra deduximus,ſed
id curauit fieri ad oſtendendam eius enixam uoluntatem,ut ip-
ſe Stephanus redderetur omnimodo priuatus,& ut de hoc ap-
pareret & conſtaret etiam ſua propria uoluntate,ut in poſterum
omnis cauſa & occaſio altercandi eſſet penitus ſublata,& ſua ceſ
181 ſio redderetur proprio iuramento magis ualida & firma.† Vir
tus cuius operatur,ut uere paſſus metum,non poſsit de facto &
propria auctoritate uenire ꝯ & aduerſus geſta per eum non pe-
tita & obtenta prius abſolutione a iurameto,& maximè quãdo
agitur

agitur contra tertium,qui metum non adhibuit,ut proprie con
tingit in caſu præſenti,& quando de metu & ui, adhuc non con
ſtat,ut p Abbatē & poſt alios Fely. in ca.ij.col.j.& nu.iij. & xj.
& in ca.ſi uero.nu.vij.& x.de iure iur.& eſt ampla deciſio toni.
Neap.cclxiij. In cā Lucreliæ. & ex iſtis ceſſant obiectiones fa-
ctæ,quoniā Cardinalis nō fuit condēnatus nec carceratus odio
Stephani,prout loquuntur deciſio.in oppoſitū adductę,quādo
renunciatio fit metu conſanguineorū,&c.& Leo decimus libe-
rando Cardinalem ad abundantē cautelā uoluit quod Stepha-
nus renunciaret & cederet.non aūt quod neceſſario requirere-
tur,cum iā ipſum priuaſſet omni iure,& hoc facere potuiſſet.ut
ſupra oſtenſum,& ſi Stephanus ſucceſſiuē ceſsit & ɔſenſit trāſla-
tioni,non fecit iſta metu,ſed amore,& charitate fraterna, ut ip
ſemet ɔfeſſus eſt, & ita factum non pōt annullari ex capite me
tus,ut diximus , nullus igitur metus iuſtus aut ɔſiderabilis fuit
182 in ipſo Stephano.† Et quod dictum eſt de precibus potentū,
procedit in Principe Seuero rigoroſo & iniuſto, quod minime
uerificari poterit in Leon: x.benigno, & humano, ut re ipſa in
præſenti caſu apparuit, cum Cardinalē ultimum ſuppliciū me-
rentē liberauerit,nec in dubio p̄ſumitur principē male tractare
ſubditos,ſm Io.Andreā,& Abba.in c.inſinuāte,in ſi. qui cleri-
ci,uel uouentes,& p Fely.in c.j.col.ij.nu.ij.de offi.deleg.& ta-
lis qualitas ſeueritatis,& ꝙ princeps ſolitus ſit iſta facere,neceſ
ſario probāda eſt,ſm Bar. in d.l. de pupillo.§. ſi quis ipſi p̄tori.
q.vj.ubi alij ɔcor.adducūt maximē Alex.nu.xix.& alijs ſeq.ſo
la enim dignitas ſuprema.& ſuperioritas,nō probāt metum, ut
ſu-deduximus,nec in præſenti diſceptatione aliquid facit d. c. ſu-
per hoc,& d.c.ſollicitē,ut ēt minus nō probatis.quis renuncian
do beneficio uideatur metu renunciaſſe cum nō ſit ueroſimile
183 ſponte uelle renunciare quęſito tot laboribus,& expēſis.† Nā
dicta iura ɔſiderant cām renunciationis, & uolunt , ꝙ ſi appa-
reat eā non eſſe factā ui,uel metu illā ualere,& ſubſiſtere,quod
bene adaptatur ad caſum p̄ſentē,cum aperte cōſtet ex ſua pro-
pria ɔfeſsiōe Stepha. eā feciſſe nō metu, ſed charitate fraterna,
& ut ipſum iuſte carceratū,& iuſtiſsime condēnatum liberaret,
& qñ hac de cā aliquid factū eſt,iuſte libere,& ſpōte factum di
citur,nec p querelā metus ueni: reſcindendū,ut ſuperius ɔcluſi
184 mus.† Eo ēt quoniā.d.c.loquuntur.in caſu lōge diuerſo a pre-
ſenti,nā in illis ſpoliū,& res ſuper qua fuit cōmiſſum tēpore re-
nunciationis erāt penes ſpolian.ē , qui agenti poſſeſſorio recu-
perandæ nō poterāt obijcere excep.renunciatiōis,ea ratiōe quia
nō cadit ueroſimile, &c. quæ qualitates ceſſant in caſu noſtro,
185 nā penes ɔgregationē nihil aderat neq; adeſt.† Prout ēt nā di
ctis iuribus,& c.obſtare uř tex.in c.accepta.de reſt.ſpol.& ideo
Abb.in d.c.ſollicitē.col.iij.uer.ɔtra hanc lecturā,& uer.et ego
puto hoc uerū,dicit in illis renunciationē non ualuiſſe,ea ratio
ne,quia nō fuit facta in manibus ſuperioris , ſecus autē ſi facta
fuiſſet in manibus ſuperioris eā acceptantis, ut fuit p̄ſens, tunc
enim ualeret in caſu dubio,& ceſſaret illa uerisimilitudo dicti.
c.accepta,iunctis notatis in c.admonet , & in c.cū in dubijs. de
renuncia.& illud ſequitur Imo.in d.c.ſollicitē.col.ſi.uer.ideo ſi
186 excipiēs,& uer.in eadē gl.ibi in ſuo iudice.† Ad quod inſuper,
nā Lap.alleg.xxiiij.limita decretalē,dicit, dictū.c. ſollicitē non
procedere,qñ apparet notorius defectus proprietatis,in ipſo re
nunciāte,& Lapū ſequit̄ Benedictus Ca.in d.c.ſollicitē.uer.ſm
aūt,& uer.in eadem gl.ibi corā ſuo iudice , notorius enim defe-
ctus proprietatis excludit agentē.c ad decimas,ubi gl. & doct.
de reſti.ſpo.lib.vj.c.ſignificaſti.de diuor.& Alex.in l.ſi rem ali-
quam.col.ſi.ff.de acq.hær.quod aūt Stephanus nullū ius in ipſa
pēſione habeat,iā apertiſsimē oſtēdimus,unde ceſſant prorſus iu
187 ra p̄dicta.† Quæ et locum nō ſibi uendicāt qñ in inſtrumento
ceſsionis eſſent appoſita uerba illa , ꝙ ſpōte renunciauit nullo
metu,&c.ut poſt dom.Ant.firmāt Abb.in d.c.ſollicitē, col. ſi.
uer. non obſtat,& Imo.col.ſi.uer.idē ſentit,& Bened. Cap.uerſ.
qui dicit idē eſſe,& proſequitur Soci.ɔſi.lix.nu.xxviij. uolu.ij.
188 † Quando enim apparet aliqd propter quod diminuitur illa
p̄ſumptio,& uerisimilitudo de qua in dictis iuribus, ea non de-
bēt attendi, cū una præſumptio tollatur p aliam.l.nā ita diuus.
ff.de reſti.in integ.c.literas.de præſump.l.ſiue poſsidetis. C. de
prob.& firmant Abb.in d.c.ſollicitē. col.iij.uerſi. & hoc credo
uerū,& Imo.col.ſin.uerſi.ideo pōt, & q̄ a hic adſunt tot, & tātæ
præſumptiones tollētes metū do.Stephano omnino denegādus
eſt regreſſus nedum ex primæua collatione,ſed ēt ex noua, cum
ſus præſentis,ex quo dictæ decimæ & aſſictus ultra præbendas
diſtinctas ponuntur in groſſa communi , & ſemel in anno tan-
tum diuiduntur,inter canonicos tantum , & non actu ſingulis
13 horis.†Prout etiam quia de diſtributionibus proprie , quilibet
participat,prout intereſt in unoquoque actu , licet non interſit
omnibus,ut dicit Lap alleg.xliij.& Phil.Fran.in d.c.unico,uer.
ſtatuimus,in ſi.quod ſecus in caſu,noſtro,in quo participarunt
14 etiam actui non interuenientes.†Et per iſta tollitur, quod dicit
Oldr.conſi.cxviij.ex uirtute gratiæ . Nam ibi loquitur de ueris
diſtributionibus,quæ dantur ea redditibus poſitis in communi
ſingulis horis,actu interuenientibus,quod ceſſat in caſu præſen
ti,ubi ſemel in anno diuiduntur ; ergo non proprie diſtributio-
nes,ſed fructus,de quibus abſentes priuilegiati participare de-
bent,& quia etiam ultra hos fructus,ſunt aliæ diſtributiones in
dicta eccleſia quæ ſingulis horis actu intereſſentibus diſtribuun
15 tur.†Nec dicatur,quod dantur priuilegiatis,dum modo quod
interſint , ea quo debentur propter intereſſentiam , ut uidetur
ſentire conſtitutio dictæ eccleſię,unde tales fructus uidentur ſa
pere naturam diſtributionum quotidianarum , quæ debentur
propter intereſſentiam,& ſic non abſentibus priuilegiatis. d. c.
16 cum non deceat,& d.c.unico.†Nam tollitur obiectio ex nota:
per glo.in uer.perceperint,& in d.c.licet. Volentem,quod quan
do fructus in groſſa ſunt communes,debentur abſentibus priui
legiatis,licet in eccleſia diſponatur,quod de dictis fructibus nõ
detur aliquid non intereſſentibus,& ſic eſto ꝙ ſtatutum,ſeu cõ
ſtitutio requirat intereſſentiam in horis tamen quando non
ſunt propriæ diſtributiones,ſed fructus,in illis admittuntur pri
17 uilegiati,licet non interſint.†Et probatur ex alijs deciſi. ſupra
adductis,& facit ratio glo.poſitæ in d.c.unico. Volens, quod i-
ſti fructus,cum ſint ſeparati ab alijs quotidianis diſtributioni-
bus potius ſunt,ut fructus , quàm ut diſtributiones ; de quibus
18 etiam abſentes priuilegiati participare debent. † Præterea ad-
uertendum eſt,nam tex.in d.c.unico,uer.qui uero,diſponit , ꝙ
licet regulariter abſentes non debeant participare de ipſis di-
ſtributionibus,proprie,& ſtrictè capiendo . Tamen excipiun-
tur aliqui caſus in quibus de prædictis participiant,etiam abſen
tes,inter quos eſt ille caſus,quando quis abeſt propter utilita-
tem eccleſię,& ſic eſt caſus noſter. Taliter enim abſens habetur
pro reſidente,& taliter,quòd de dictis diſtributionibus proprie
participat,ut diſponitur in d.uerſi.qui uero,& per Card. in ele.
19 ut hi qui,q.ix.de ęta.& qual.†Quando enim ob talem cauſam
ſunt abſentes,talis abſentia excuſat ab intereſſentia diuinorũ.
taliter,quòd participare debent de dictis diſtributionibus. etiã
ſi actu ſingulis horis darentur intereſſentibus,ut eſt conſi. Fed.
de Sen.ccxivj de iure communi,& conſi. Calder.xvij.an Cano.
in titu.de pręben.Et a fortiori iſta comprobantur. Nam ſi quis
non poteſt intereſſe quia expulſus,& extitius,adhuc debet illas
percipere,etiam ſi ſui culpa eſſet expulſus , dummodo ad iſtud
non ſit ordinata,ita omnes ſcrib.in d.c.unico,& Cald.d. conſil.
20 xvij.†Et licet huic concluſioni uidearur obſtare tex.in d.c.cum
non deceat,& in d.c.ſi.& gl.in uer.utilitas,in d.c.unico, reſpon
deat duobus modis.ut per eam,& Gemin.ibi ponat longam di
ſtin.An canonici ſunt abſentes a ciuitate,uel loco , ubi eſt eccle
ſia ut tunc non participent , ſecus ſi abſunt tantum ab eccleſia,
& ſunt præſentes in locu,tamen Philip.Fran.ibi in uerſi. qui ue
ro,col.j.in fi.& col.ultima,uerſi. & etiam quando reprobat hu-
iuſmodi diſt.optimis rationibus,& concludit poſt Arch. quòd
qualitercunque Canonicus abſit,ſiue ab eccleſia,ſiue a loco,dũ
modo quòd abſentia ſit pro utilitate eccleſiæ,debet participare
de dictis diſtributionibus,ſtante conſuetudine , prout mihi re-
latum eſt ad eſſe,& hoc idem ſequitur ibi Benedic.Capra, & Pe
tr.de Anch.col.ij.in prin.& in quinto notabili,& in prima op-
poſitione,& in ij.q.Et tali caſu iſte caſus fictus intereſſentiæ ha
bebitur,pro uero,concurrente ſumma æquitate, ut declarat ibi
Phili.Franc.poſt Petr.de Anch.& bene faciunt no.per Cardin.
conſi.liij.uerſi.dico quòd iſtæ quotidianæ diſtributiones , poſt
Bal.conſi.cccxliiij.& pro iſta,uol.v.& quæ ponunt Moder.pap.
in d.c.cum omnes,in prin.ubi in iſtis diſtributionibus conſue-
tudo eccleſię attenditur,ut per Gemin.in d.ca.primo , uerſicu.
ſtatuimus & omnes alios,& per Dec.d.conſil. cclxxx. in princi.
21 † Et tanto magis procedunt prædicta attenta conſtitutione di-
ctę eccleſię.xj.in ordine,diſponente,quòd abſentes pro ſeruitijs
eccleſię poſſunt participare de oblationibus perinde ac ſi inte-
reſſent,quę oblationes ſunt proprie quotidianę diſtributiones,
& actu intereſſentibus dantur , quãto magis in iſtis fructibus q
ponuntur in groſſa communi,& non ſunt proprie diſtributio-
nes,ut ſup.dictum eſt.Et hoc idem ſuadet ex alia conſtitutione
eccleſię prędictę.xxiij.quę diſponit,abſentem pro utilitate ec-
cleſiæ

cleſiæ haberi ꝓ pſente & debere percipere de dictis diſtributio
22 nibus quo fit ut ſimus in caſu claro. † Nec obſtant uerba dictæ
conſtitutionis ibi, arbitrio capituli &c. ex quo uerſic. arbitriũ,
denotat arbitrium boni uiri & non uoluntarium. l. ſi libertus. l.
hæ demum. ff. de oper. liber. l. fideicommiſſa. §. quamquam de
lega. iij l. thais. §. ſorore. ff. de fideicom. liber. cum alijs uulgar.
23 † Et ꝙ bonus uir ita debeat arbitrari in fauorem abſentis pro
utilitate eccleſiæ probatur in d. c. de cætero. & in d. c. ad audien
tiam. & in d. c. unico. uerſi. exceptis. Et prædicta a fortiori proce
dunt in pecunijs de quibus abſentes tali caſu debent participa-
re, ex quo diuiduntur de menſe Decemb. & recolliguntur de af
fictibus. & ponuntur in communi groſſa, & nedum abſentibus
pro dicta cauſa debentur, ſed etiam hæredibus canonicorũ mor
tuorum, ut diſponit. xv. conſtitutio dictæ eccleſię, & comproba
tur, quia de menſe Iulij, uſque ad menſem Decemb. ipſe domi.
Paulus fuit præſens, in ciuitate Vicentina, & non interfuit eccle
ſiæ, prout etiam alij nõ interfuere, ea de cauſa quoniam eccleſia
24 erat interdicta. † Et ſi uoluiſſet intereſſe, minimè potuiſſet, ſtan-
te interdicto, quo fit ut canonicus debeat participare quando
propter aliquem effectum in eccleſia non poteſt fieri reſidentia
ut proprie dicit Feder. de Sen. in d. conſi. ccxlvj. uerſi. ſi ergo. &
Calder. d. conſi. xvij. uerſi. & hæc eſt ratio. ex quo etiam ſi noluiſ
ſet intereſſe diuinis non potuiſſet propter interdictum, quo ſtã
te, nihil poteſt ſibi imputari, & conſequenter participare debet
quod etiam ſuadetur, nam & alij canonici qui non interfuere
diuinis propter interdictum, participarunt de dictis pecunijs,
unde idem dicendum & iudicandum in ipſo. d. Paulo, per illam
regulam quod quiſque iur. ca. cum omnes de conſtitutionibus
toto tit. ff. quod quiſque iur. ꝙ modo ipſe domi. Paulus fuerit
abſens pro utilitate eccleſiæ notiſsimum eſt. Tum per ordina-
tiones reipublicæ Vicentinæ. Tum per literas reuerendiſsimi
Cardinalis Rodulphi, & aliorum prælatorum. Tum etiam per
literas reuerendiſsimi. d. Aud. Cameræ in quibus interdictum
dictæ eccleſiæ ſuſpenditur. Tum etiam propter litem, quã ſuo
periculo & expenſis agitare incepit in curia Romana, ut tale in
terdictum penitus tolleretur, quę omnia oſtendut notoriam &
25 neceſſariam utilitatem ipſius eccleſiæ. † Nec dicatur quòd inui
tis canonicis & cap. prædicta fecit & ſe abſentauit, nam non ap
paret de contradictione capituli, immo & ſi appareret adhuc
eius abſentia dicitur iuſtiſsima. Nam quilibet clericus in con-
cernentibus utilitatem eccleſię poteſt comparere, & proſequi
& capere eius defenſionem, maximè quando alij negligunt. Et
etiam alijs inuitis. Et nedum quilibet de clero poteſt illud face
re, ſed etiam quilibet de populo, ut no. per Moder. in ca. dilecti.
de maiorita. & obed. & per Rotam in nouis deciſio. cccxxxiiij.
Alias in ti. de iudicijs xj. & deciſ. ccvj. Alias in tit. de re iudic. ix.
Et habetur per ſcrib. Mod. in c. prælatorum. col. ij. de accuſatio.
& per Rot. in antiquis deci. clix. Alias in titu. de iudi. xiij. Et eo
maximè ipſe domi. Paulus participare debet de dictis decimis
& affictibus quã etiam alij concanonici, qui non interfuere di
uinis participarunt, per illam regulam quod quiſque iuris. Po-
ſtremo non habet obſtare illud quod obijcitur ipſi. d. Paulo, ꝙ
ceciderit a iure ſuo. Ex quo ſine licentia maſſarij exegit aliquẽ
ex affictibus ipſius capituli, ut uidetur eſſe diſpoſitum in ultima
26 conſtitutione dictæ eccleſiæ. † Nam ceſſat obiectio eo quoniam
decimas exegit non auctoritate propria ſed de mandato reuerẽ
diſsi. Legati, quo caſu iſtud fieri potuit, non enim propria au-
ctoritate ſibi ius dixit, & dicta conſtitutio non comprehendit
hunc caſum. Ex quo ſemper cenſetur eſſe excepta auctoritas ſu-
perioris, & conſtitutio debet intelligi quando propria auctori-
tate hoc faceret, & rebus ſic ſtantibus, ut plenè per Fel. in c. con
27 ſtitutus. de reſcri. & per Alex. conſi. lxxiij uol. iij. ¶ † Prout etiã
ceſſat obiectio, quia dicta conſtitutio eſt pœnalis & loquitur
de exigentibus affictum, & conſequenter, non de exigente deci
mas, regula in pœnis, regula odia. de reg. iur. li. vj. l. cum quidã
28 ff. de libe. & poſthum. ¶ † Prout etiam tollitur, quoniam talis
exactio fuit facta præſente maſſario dicti capituli & non contra
dicente, & ſic habetur pro cõſentiente, & licentiam dante, regu
la qui tacet de regu. iur. lib. vj. & pleniſsimè per Bar. & alios in l.
quæ dotis. ff. ſol. mat. & maximè quia contradicere de iure non po
terat, ut ſupra, minus etiam obſtat alia exactio per ipſum facta
de anno præterito, quoniam reuerſus patriam a ſtudio Bonon.
habuit licentiam a prædicto maſſario exigendi portionẽ ſuã mi
lij, & ſurgi tam de affictibus quàm de decimis, & pluribus uici-
bus licentiam illam conſecutus fuit, & uirtute illius exactionẽ
fecit, poſt quam exactionem, ſuper ea fuit facta concordia in-
ter ipſum & cæteros canonicos, quibus ſtantibus ceſſat diſpoſi-
tio dictæ conſtitutionis, tum attenta dicta geminatione iuxta
nota. in l. baliſta. ff. ad Treb. & per Mod. in l. j. in prin. ff. de offi.
29 eius cui. ¶ † Tum etiam attenta concordia & remiſsione ſubſe
cuta, arg. no. in l. tranſigere. C. de tranſac. & cap. pen. de iniur. &
30 damn. da cum alijs uulgar. ¶ † Poteſt enim quiſque iuri ſuo re-
nunciare. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. & in terminis no
ſtris eſt deciſ. Card. in clem. ij. in prin. q. pen. in fi. uerb. de ui. &
huneſta. cler. ubi multa adducit maximè glo. in uerſic. utilitas.
in d. cap. unico. & bene faciunt quæ habentur & dicuntur de ca
ducitate, quæ poteſt remitti tacitè, & expreſſe, ut no. in cap. po-
tuit. de locatio. & per Modern. in l. ij. C. de iure emphyteutico.

Pariſius Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Diſtributiones quotidianæ introductæ ſunt in fauorem cultus diuini*
2 *Et debentur intereſſentibus tantum.*
3 *Et pro ſeruitijs labore & onere impenſo cultui diuino.*
4 *Diſtributiones appellantur reddituus caſuales, & incerti, & ſunt extra corpus præbendæ, & non computantur in ualore nec in fructibus.*
5 *Nec computantur in decimis papalibus.*
6 *Nec ueniunt appellatione beneficiorum.*
7 *Diſtributiones quotidianæ ualde differunt a fructibus præbendarũ, & ab alijs diſtributionibus.*
8 *Percipientes diſtributiones quotidianas, illas faciunt ſuas, ut ueri domini.*
9 *Maximè quando actualiter fuerunt habitæ, & receptæ.*
10 *Percipientes tales diſtributiones, poſſunt de illis eorum arbitrio diſponere teſtandò. & inter uiuos, & nu. 11. & ſeq.*
12 *Quæruntur enim ex labore, & perſonali ſeruitio, & ex induſtria, de quibus ita quæſitis quiſq; diſponere poteſt.*
13 *Etiam, & per actum inter uiuos.*
14 *Et donando inter uiuos, & nu. 15.*
16 *Ver. diſponere, nedum per ultimam uoluntatem, ſed per actum inter uiuos uerificatur.*
17 *Qui omne dictũ nihil excludit.*
18 *Dictio, quibuſcunque, ampla eſt, & generalis, & complectitur omnem actum.*
19 *Verba in contractibus, non debent cenſeri appoſita ſine effectu.*
20 *Ver. habet tempus præſens complectitur.*
21 *Expreſſum uerbis generalibus, dicitur comprehenſum in diſpoſitione.*
22 *Idem dicendum eſt, quando diſtributiones quotidianæ, fuere debitæ, licet actu non fuerint datæ, & aſsignatæ.*
23 *Inſeruiens eccleſiæ pro tempore quo inſeruiuit, eſt uerus creditor diſtributionum ſibi debitarum.*
Idem ſi fuerunt ſibi promiſſæ.
Soluere, & promittere uidentur à pari procedere.
24 *Obligatio non impeditur propter difficultatem actus.*
25 *Concluditur contra Decium in conſilijs ſuis, dubitantem de iſtis.*
26 *Clericus ab inteſtato, habet ſucceſſorem in bonis quæſitis ex induſtria, labore, & intuitu perſonæ.*
27 *Opinio obſeruata communiter, in iudicando tenenda eſt.*
28 *A communi ſententia non eſt recedendum,*
29 *Clerico ab inteſt. morienti, qui debeat ſuccedere, & nu. 30.*

CONSILIVM XXXIII.

IN ECCLESIA Cathedrali Bergomi in qua numerus canonicorum, & præbendarum eſt diffinitus, uiget ſtatutum ſeu conſuetudo, quòd diſtributiones quotidianæ dentur ſeu diſtribuantur, ſolum canonicis intereſſentibus diuinis officijs, & partes nõ intereſſentium cedant lucro, & accreſcant intereſſentibus, & ꝙ canonicus de nouo intrans, teneatur reſidentiam facere per duos annos, antequam aliquid percipiat de ipſis diſtributiõibus quotidianis, & dicitũ talis actus incanapaito. In tertio poſtea anno quo reſidet ſeu perfecerit, incipit percipere diſtributiones primi anni ad ratam reſidentiæ ſeu perſeruitutis illius anni, & ſic ſucceſsiue de anno in annum, ita quòd canonicus remanet ſemper creditor. d. meoſe diſtributionum quotidianarum, pro perſeruitute. ij. anno. immediate præcedentium ita ꝙ tempore eius mortis, debet habere pro reſidentia, & pro ſeruitute ſua, diſtributiones

butiones,ij.anno.præcedentium ſuam mottem.Iſtas tamen di-
ſtributiones quotidianas incanapatas.ij.an.quilibet canonicus
poteſt in uita exigere,ſi poſt duos annos poſt incanapationem
non reſideat, & ſi poſtmodũ reſideret de nouo habet inſeruire
per.ij.ann.antequam incipiat percipere diſtributiones quoti-
dianas,de quibus etiam prælati canonici,& minores prædeceſ-
ſores teſtati ſunt,ſi teſtari uoluerunt.Quidam modo do. Toni-
nus canonicus reſidens in p̄fata eccleſia,deceſsit apud conſan
guineos ſuos inteſtatus,ann.1518.qui tamen iam multis annis
ante fecerat donationem inter uiuos do.Io.Pet.fratri ſuo nomi
natim de omnibus bonis ſuis,reſeruato tamen ibi uſufructu in
illis,cum adiectione iſtius clauſulæ generalis,uidelicet, & dona
tionem facit p̄fatus do.Toni.prætato do.Io.Pet.de omnibus
alijs,& quibuſcunque creditis,quæ habet ipſe do.Toni.donans
cum alijs perſonis,& contra alios quoſcunque, nulla facta men
tione de diſtributionibus quotidianis,quæritur modo cum tē-
pore donationis prædictæ ipſe do.Toni.iam haberet creditum
cum menſa capitulari diſtributionum quotidianarum duorum
annorum,an illud includatur ſub illa generali clauſula donatio
nis,de qua ſupra,ita ut peti poſsit eius uigore,& ſi ea dicta dona
tione peti non poteſt,quæritur ſecundo an ſaltem uenientes ab
inteſtato qui ei ſuccedunt in reliquis bonis non donatis,debeãt
ſuccedere in iſto credito diſtributionum.An uero capitulũ, ſeu
1 eccleſia ipſa.¶ †Huiuſmodi diſtributiões introductæ ſunt in fa
uorem cultus diuini,ut facilius canonici & alij minores conue-
nirent ad diuina,& in d.eccleſia dictus cultus augeatur, ut tra-
dit Abb.in c.licet.in ij.notab.de præbend. & bene facit text.in
2 clem.j.in fi.de reliquijs, & uenera.ſanct. † Et ideo inductum &
ſtatutum fuit,ut intereſſentibus tantum dentur, ut in d.c.licet.
& in c.unico.de clericis non reſidentibus lib.vj.& in c. de cæte
ro.eodem titu.in antiquis,& per gloſſ. in cap. fin.extra de mag.
3 ¶ †Intereſſentes ergo & reſidentes,ſuſtinentes onus & laborem
& diuino cultui inſeruientes , illas conſequi debent, eo modo
quo inſeruiunt & interſunt,& pro ſeruitio & labore ipſis conce
duntur,ſicuti militantes alij conſequuntur ſtipendia, & alij ope
rantes & laborantes ſalarium diurnum,ut dicit Guliel.de Mon.
Laud.in extrauag.Ioan.xxij.Suſcepti.ſuper uerſi. conſueuit, &
ſuper uerſi.in totum.& Hoſt.& reliqui ſcrib.in c.fi.de pecu.cle
ri.& Oldr.conſi.cxviij.Virtute gratiæ,&probatur in d.c.unico.
de cler.non reſid.in vj.ubi omnes ſcrib.iſtud firmant.Prout etiã
facit Card.in clem.fi.q.xiij.de præben.& Gemi.conſi.lxxxv.Su-
per.j.dubio,col.iij.uerſic.certe hæc declaratio, & uerſicu.ſequ.
4 † Hinc eſt cum dentur pro ſeruitio & labore,ꝙ dicantur reddi-
tus caſuales, & incerti,nec attinent ad corpus præbendæ,& non
computantur in ualorem præbendarum,nec in ualore fructuũ.
ut dicit Oldra.dicto conſi.cxviij.& Ioan.Andr.in rubr.de con-
ceſsio.præben.& Ioan.de mil.in repertorio.in uerſic.gratia. q6.
vij.cum alijs adductis per Fely.in c.ad aures col.pe. nu. xxxviij.
de reſcrip.ubi adducit plures deciſ.do.de Rota.prout etiam fa
5 cit Mod.in tracta.de charita.ſubſi.q.lxxvj.† Concludentes tales
diſtributiones non computari in redditibus beneficij,nec in e-
jus ualore,ita ut non ueniant quando imponitur decima papa-
lis,ut etiam firmat Gemin.in d.conſi.lxxxv.col.iij.uerſi.ſed ap-
6 pellatione,& uerſi.& ſeq.†Volens etiam illas non uenire appel-
latione beneficiorum,prout etiam firmat Mil. in dicto reperto
7 rio,in uerſi.diſtributiones.† Hinc eſt huiuſcemodi diſtributio-
nes multum differre a fructibus præbendarum,& etiam a diſtri
butionibus,quæ aliter conceduntur,ut probatur in ca. olim de
uerb.ſig.iuncto d.c.de cætero.& utrobique per docto.&iuncto
d.c.licet. ubi Abb.& reliqui,& ponit Fely.in c.Iacobus.in prin.
de ſimonia.& clare colligitur ex his quæ tradunt omnes ſcrib.
in d.c.unico.& in c.præſenti.de offic.ordi.lib.vj.& in d.c. fi. de
pecul.cleri.ubi pleniſsimè And.Barba.refert uarias opi.docto.
diſputantium,an & quando clericus faciat fructus ſuos, & poſ-
ſit de illis diſponere,tam inter uiuos,quàm per ultimam uolun-
8 tatem.†Et licet quo ad alios fructus,diuerſimodè doctores fue
rint locuti,tamen quo ad huiuſmodi quotidianas diſtributio-
* nes * communiter concludunt ꝙ illas percipientes faciunt ſuas
proprias,& ipſarum nanciſcuntur uerum dominium,ut eſt tex.
expreſſus in d.c.unico.quem adducit ibi Gemi.in uerſi. qui ue-
ro. in iij. notab.& Phil.Francus ibi,in ult.notab.dum text.ille
uult,ꝙ non reſidens percipiens diſtributiones non facit ſuas,
nec habet ipſarum dominium,ergo reſidens facit ſuas,& ipſarũ
nanciſcitur dominium,ut firmat idem Gemin.in d.conſi.lxxxv.
9 col.iiij.uerſi.in caſu.in prin.†Et demum in diſcurſu dicit, pro-
culdubio iſtud procedere,quando tales diſtributiones, re ipſa
& actualiter fuerunt realiter habitę, & receptæ,dubitat tamen
ibi quid quando non fuerunt realiter habitæ,& reſidentes erant
10 creditores ipſarum, de quo ſtatim dicetur.¶ †Adeo enim tales
diſtributiones efficiuntur propriæ intereſſentium,ut de ipſis eo
rum arbitrio poſsint teſtari, ut dicebat Gulielmus de monte
Laud.ubi ſupra relatus a Geminiano in d.conſi.lxxxv.col.iij. &
d.c.unico.§.qui uero.in ij.notab & ibi hoc firmat Philip. Fran.
in ultimo not.allegando conſi. Oldrad.& deciſ.domi. de Rota.
prout facit idem Fran in d c.præſenti.col.vj.uerſi.ſed bene po-
terit teſtari.& Benedict.Capra,utrobique, & Card. in d. clem.
fi.q.xiij.& Pet.de Anch.in d.c. unico.in ſexto not. dum ſe re-
mittit ad not.per ipſum in d.c.præſenti.ubi diſtinguendo.colu.
fi.uerſi.ſed hic occurrit dubium.iſtud firmat.Prout etiam facit
Barba.in d.c.fi.col.antepen.& Dec.d.conſi.cclxxx.in princip.
11 † Et licet Nicolaus de Vbal.in ſuo trac.de ſucceſ.ab inteſt.cler.
col.xiij.& ſeq.uerſi.vj.quæro adducat aliqua contra hanc com
munem concluſionem. Tamen ipſemet ibi fatetur hanc opinio
nem in iudicijs teneri,& communem obſeruantiam eſſe ſecun-
dum hanc opinionem,quod poſsit teſtari,& de illis diſponere,
ut refert & ſequitur Soci.conſi.xcj.Caſus ſuper quo col. iij. nu.
iij.Et in præſenti non oportet de hoc dubitari,cum ea themate
& facti narratione de qua ſupra,pro abſoluto iſtud habeatur, &
12 alias fuerit obſeruatum.†Et ꝙ de iſtis diſtributionibus ipſi cle
rici poſsint teſtari,& aliter diſponere ipſorum arbitrio,ſatis ſua
detur,nam ex labore & ſeruitio perſonali propter reſidentiam
& intereſſentiam illas quærunt,& ſic ex induſtria,& intuitu per
ſonæ & laboris ac ſeruitij,quo fit ut de illis poſsint eorum arbi-
trio diſponere,ſicuti poſſunt de alijs bonis ita quæſitis,eſto cętera
lia quæſita dependerent a dignitate clericali.c.quia nos.ubi ple
ne not.& in c.relatum.el ſecundo extra de teſtamen.tradit Bal.
& alij in auth.licentiam,C.de epiſ.& cler.Card.& Imol. in d.c.
fi,de pecul.cler.in pen.notab.& ibi Barba.col.j. & ad id faciũt
nota.per omnes,in d.c.in præſenti.& plura accumulaut Alexã.
conſi.cxvj.Viſo chirographo.colu.fi.nu.v.uol.vij.prout etiã fa-
cit Soc.in d.conſi.xcj.col.iij.in j.dubio,nu.ij.& tertio,& col. v.
uerſi.circa ſecundum,nu.vj.Prout etiam plura adducit Cor. cõ
ſi.cccxiij. Videtur in præſenti.col.iij.& ij.uol.iij.Sequitur ex i-
ſtis,quod ipſe dominus Toninus poterat de dictis diſtributio-
nibus duorum annorum incanepatis,ſibi debitis, pro præterito
ſeruitio teſtari,& a fortiori inter uiuos,de illis diſponere, & il-
las donare prout dedit,conſequenter talis donatio erit ualida
& firma, ſicut ualida & firma eſſet diſpoſitio, ſi teſtatus eſſet.
13 † Valet enim argumentum & illatio de contractibus ad ulti-
mas uoluntates,& de ultimis uoluntatibus ad contractus,quan
do utroque caſu eadem militat ratio,& de uno ad aliud non po
teſt diuerſitatis ratio aſsignari , prout eſt in caſu præſenti, & eſt
tex.& ibi omnes tradunt in l.quæ de lega.de lega.j. cum cõcor.
14 † Quinimmo & fortius,clerici magis de fructibus poſſunt di-
ſponere inter uiuos donando quàm teſtando,ut dicit Car.in d.
cap.fi.de pecul.cler.quem refert ibi Barba.col.mihi aj.uerſic. ſi
uero uult diſponere,& etiam firmant doctores in d.c.præſenti.
unde ſi permiſſa eſt teſtamenti factio,in iſtis quotidianis diſtri-
butionibus a fortiori,& proculdubio,permiſſa erit,& ipſa do-
natio inter uiuos,authentica multo magis.C.de ſac.ſan. eccleſi.
15 ca.cum in cunctis de electio. † Et quod inter uiuos de talibus
diſtributionibus & alijs quæſitis ex induſtria perſonæ , clericus
poſsit donationem facere,& donatio ualeat,tenet expreſſe Soc.
in d.conſi.xcj.col.v.uerſi.circa ſecundum,uol.iij.illa ratione q̄a
de iſtis pōt ad libitum diſponere,& rei ſuæ quilibet eſt modera-
tor & arbiter,item quia ſi poteſt teſtari de illis ergo & eas dona
re,cum facilius clerico permittatur donatio , quàm teſtamentĩ
factio,ut patet ex nota.in c.ad hæc, extra de teſtamen. & de do
natione eſt tex.in auth.præsb.la.j.C.de epiſ.& cler. & alia ad-
ducit ibi Soc.dicens hoc procedere ſine aliqua dubitatione, &
ꝙ clericus poſsit iſta donare expreſſe tenet Corn.d.conſil.ccc-
xiiij.col.ij.& per totum,uol.iij.& ſentit Alex.d.conſi.cxvj. uol.
16 vij.†Et confirmantur iſta,nam docto. loquentes de iſtis diſtri-
butionibus dicunt quod clericus poteſt de illis teſtari & diſpo-
nere,ut affirmant in d.c.unico.& Gemi.d.conſi.lxxxv.col.iij.&
Card.in dicta clem.fi.q.xiij.Et ly.uerb.diſponere , referendum
eſt ad actum inter uiuos , Nam de teſtamento dictum erat per
illud uerbum teſtari,alias uerbum diſponere,fruſtratorium eſ-
ſet contra nota.in l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.ut leg.no, caue. &
ita in terminis noſtris ſuadetur. per tex.in d.c.ad hæc in illo uer
bo

bo diſponere,ut ſentit Soc.d.conſi.xcj.nu.vj.Nec prædictis ob-
ſtat,ſi dicatur de plano ſuperius dicta procedere, ſi tales diſtri-
butiones fuiſſent expreſſe donatæ uerum in donatione de illis
nominatim nihil dicitur,ergo donatę non uidentur.Nam ceſſat
obiectio ex illis uerbis,& quibuſcunque creditis , quæ ipſe do.
Toninus donans habet cum alijs perſonis,& contra alios quoſ-
cunque,per quæ uerba patet aperte do.Toninum fratri ſuo de-
diſſe quæcunq; credita quæ tunc habebat iuter q̄ inficiari nō po
17 teſt fuiſſe creditum præſens,ꝯſequeoter illud datum fuit. † Nā
qui omne dicit,nihil excludit.ca.ſolitæ.de maio. & obed. ca.ſi
Romanorum,uerſi.dicendo,aia.diſtin.uulg.l.Iulianus . de leg.
iij.& ſic iſtud creditum non uidetur exclusum,quinimmo inclu
18 ſum,in ipſa donatione.† Tum etiā,quia illa uerba quibuſcunq;
& illa contra alios quoſcunque,ita ampla & generalia, tale cre-
ditum complectuntur,ut in ſimi.dicunt Moderni.allegan. plo-
res deciſ.io l.quædam.§.nihil.ff.de edendo,& in l.j.§.nunciatio.
ff.de no.ope.nunc.per Aret.& Moder.in l.Gallus. §. etiam ſi pa
19 rente.ff.de libe.& poſth. † Et etiam quia in contractibus nullū
uerbum poteſt nec dēt cenſeri appoſitū ſine effectu operandi,
ut tradit Bal in rub.C.de contrah.empt.in ix.q.& Moder. pap.
20 plura accumulant in l.ait prætor.in prin.ff.de iur.iur.† Et etiā
quia ipſe do.Toninus tempore dictæ donationis , habebat tale
creditum,in quo illa uerba quæ habet denotantia tēpus pręſens
optimè uerificantur & conſequenter iſtud creditum includunt
ita punctaliter in terminis noſtris concludit Soc.d. conſi.xvj.co
lu.v.& vj.nu. vij.viij.& ſeq.ubi plurib. rōnib. & deciſ. iſtud fir
mat,quæ uideri poſſunt & ulterius iſta confirmantur,nam cum
de iſtis diſtributionibus clericus uel canonicus poſsit ſuo arbi-
trio diſponere per teſtamentum,ut eſt communis concluſio, de
qua dictum eſt ſuperius,& iſtud procedat generaliter dummo-
do quod teſtamentum ſit factum , nec diſtinguitur an in teſta-
mento nominatim ſit prouiſum de iſtis diſtributionibus uel ne,
nam ad hæredem uniuerſalem deferuntur,ſi de illis aliter nomi
natim teſtator non diſpoſuit , & nullus iſtud inficiatur , pariter
ergo dicamus,quando facta eſt generalia donatio, ſub qua attē
tis uerbis comprehenditur tale creditum,ut illud donatum ui-
deatur,licet nominatim de eo non ſit dictum,prout eſt quando
fit teſtamentum.Et ualidum ſit argumentum de teſtamento ad
21 donationem,ut dictum eſt.† Et quia expreſſum uerbis generali
bus comprehenſum etiam dicitur ad plenè notata,per Barto.&
alios in l.j.in ij.q.ff.de uulg.& pup.& per eundem,in l.ſi quis in
prin.teſtamenti,de lega.iij.argumento etiam eorum quæ habē
tur in l.j.§.& generaliter.ff.de legatis præſtandis.& in l.in frau-
22 dem.§.ſi.ff.de teſtamento militari.¶ † Nec contra ſuperius cō-
cluſa habent obſtare ea quæ circa has diſtributiones actu & re
ipſa fuiſſent datæ,& aſsignatę,prout dicit Dec.d. conſi. cclxxx.
nu.j.& per totum,nam quando realiter & actualiter non fuerūt
aſsignatæ,ſed ſolum canon.& clericus deſeruiens remanſit cre-
ditor ipſarum ut eſt in caſu præſenti ipſe concludit conſideran-
do argumentum a nomine,ꝙ non debeantur,ſi redditus groſſę
non ſufficerent pro illis,qui de præſenti inſeruiunt , ex quo nō
debentur diſtributiones ultra redditus qui percipiuntur ex cō-
muni menſa,& ad dictos redditus diſtributiones debent limi-
tari & reſtringi,ita ut ſi non ſufficerent pro ſolutione illorum
qui de præſenti inſeruiunt & aliorum creditorum de præterito
ſeruitio non ſit ſatisfaciendum , ſed illis ſolum qui in præſenti
inſeruiunt,ne alias cultus diuinus deſeratur , ut diffuſius per eū.
23 † Nam dico in caſu noſtro canon.inſeruientem fuiſſe effectum
uerum creditorem illarum diſtributionum pro duobus annis
præteritis,quo caſu illi debentur,cum a pari procedant ſoluere
uel promittere.l.ſi.C.ad leg.Falc.l.ſi patronus.§.j.ff.de don. &
paria ſint,ꝙ actu fuiſſent ſolutę,uel ꝙ debeant ſolui dummodo
ꝙ ſeruitium fuerit præſtitum ſecundum ordinationem eccleſię.
24 † Difficultas enim exactionis non impedit ipſam obligationē.
l.continuus.§.illud.ff.de uerb.obl & procedunt iſta quando in
ter prædicta non poteſt congrua ratio diuerſitatis aſsignari , ut
eſt iſto caſu,ut etiam ſentit ipſe Dec.d.conſi.clxxx.in prin.& ab
ſurdiſsimum eſſet ac rationi incongruum,ꝙ qui ſeruitium præ-
ſtitit debeat ſuo ſeruitio fraudari cōtra omnia iura communia,
quo fit,ut licet actualiter non ſint ſolutæ diſtributiones, tamen
peti poſſunt & ſolui debent,prout alias fuit obſeruatum in d.ec
cleſia,ut patet ex themate ſuperius annotato,quādo cano. poſt
duos annos,quibus inſeruiuit ſi non reſidet,poteſt in uita exi-
gere dictas diſtributiones inexactas duorum annorum præ-
teritorum,unde ſi non exegit poteſt eius ſucceſſor uel donata-
rius illas exigere qui ſuccedunt in ius canonici . & quo ad hanc
exactionem illum repræſentant,& ſicut canonicus poterat ita &
& ipſi ut auth.de iureiu.a moriente præſtito.in prin.& per totū
ff.C.& extra de don.& in caſu præſenti ceſſant rationes addu-
ctæ per Dec.in d.conſi.nam menſa communis eccleſiæ Cathe-
dralis Bergomi eſt ſoluendo & ſufficient ut ſoluatur illis qui de
præſenti inſeruiunt & interſunt,& etiam ut ſoluantur diſtribu-
tiones creditoribus ipſarum,qui deſeruierunt pro annis duob.
præteritis,cum tales diſtributiones annorum præteritorum fue
rint inexactę & ſic extenſ,ita ꝙ ipſarum facta ſolutione cre-
ditoribus non propterea defraudabitur cultus diuinus , ex quo
inſeruientibus de præſenti poteſt ſatisfieri,cum in menſa com-
muni adſint redditus ſufficientes,& pro ipſorum ſatisfactione,
& pro exactione creditorum præteritorum qui inſeruierunt, &
quibus pro duobus annis præteritis debentur diſtributiones
pro dicto tempore inexactæ. ¶ † Quo fit ut cum in caſu præ-
ſenti ceſſent omnes rationes adductæ per Dec.dicēdum ſit eius
conſi.non obſtare,quinimmo potius facere pro hac concluſio
ne ac ceſſantibus rationibus , quibus motus fuit ad conſulen-
dum.uulg.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patron.cap. cum ceſ-
ſante.extra de appel.& ipſemet Dec.iſtud ſentit in d.conſi ma-
xi.in fi.& patet ex alio conſi.doct.piſani,poſito inter conſi. De
ci.in ij.uol.in fi.quod ab ipſo Deci.fuit confirmatum in d. ſuo
conſil. Et licet diſtributiones ab actu nomen ſumpſerint , non
propterea ſi actu , & horetim non dantur , ſequi debet, ꝙ non
poſsint exigi, & ꝙ non debeantur , & ꝙ non debeat ſequi effe-
ctus qui reſultaret ſi actu darentur , ut experientia nos docet ,
nam non dietim nec horetim actu dantur,ſed in fine menſis uel
ebdomadæ , uel quatuor uel ſex menſium , ſecundum eccleſia-
rum conſuetudinem,& obſeruantiam , quæ tanquam optima
rerū magiſtra attendenda & ſeruāda eſt.c.quam ſit de elec.lib.
vj.ex quibus remanet abſolutum primum dubium , & quæſtio
25 formata in themate. ¶ † Quo uero ad ſecundum , & ultim.du-
bium & quæſtionem ſecluſa donatione prædicta dico , ꝙ ue-
nientes ab Inteſt.& domi.Tonino ita ſuccedentes, poſſunt etiā
in iſto credito diſtributionum illi ſuccedere,nam cum tales di-
ſtributiones fuerint quæſitæ ex induſtria perſonali , & labore
diuturno,& intuitu perſonæ,in illis domi.Toninus habet ſucceſ-
ſores ab inteſt. quos habet in alijs bonis per eum quæſitis eius
induſtria ſeruitiu & labore , etiam ſi haberent dependentiam a
26 dignitate clericali † vt habetur in c.j.ij.& iij.de ſuc.ab inteſta.
ubi doct.omnes & in cap.ſi.xij.q.ulti.& in c.quia nos.& ex te-
quiſiti.ubi gl.& omnes docto. plenè tradunt extra de teſtam. &
plenè habetur in d.c.ſi.de pecul.cleri.ubi doct.omnes iſtud fir
mant adducentes iura & deciſ.concluſ.hanc probantes, ratio-
ne etiam uallatas concludentes eas tranſmitti , ad ſucceſſores
ab inteſt. & ad id plura adducit Corne. conſiderando rationes.
& deciſ.adductas per alios,in d.conſ.cc xiiij.col.ij & per totū,
& magis in ſpecie iſtud firmat Soc.in d.ꝯſi.xcj.col. v.uer. circa
tertium.uol.iij.& bene faciunt quę accumulat Alex.in d.conſi.
cxvj.col.ſi.uol.vij.& q̄ hīr per illum text. in auc.licentiam. C.
27 de epiſ.& cler.& in.§.presb.in auc.de eccleſ.titu. ¶ † Et opin.
iſta in indicando teneri debet,nam ſecundum ea eſt communis
obſeruantia,quæ minimè alteranda eſt l.minimè . ff.de legibus
ut punctaliter dicit Nicolaus de Vbal, in d. tract. de ſucceſ. ab
inteſt.cler.col.xiij.& duab.ſequent.in ſexta quæſt.princip. uer-
28 ſicu. & hæc diſputationis cauſa. ¶ † Et licet ibi aliqua dicat in
contrarium , tamen non eſt ab iſta recedendum ut punctaliter
dicit Socin.in dicto.conſil.xcj.column.tertia.nume. tertio . Et
facit illa trita & communis regula , ꝙ in iudicando non eſt a
communi opinion.& obſeruantia recedendum,ut per Abba. &
alios Modernio.in capitu. primo de conſtitu. column. penulti.
& in capit.nouimus . de uerborum ſignific.per Alexand.in con
29 ſili.xcv.Viſis.colum.ſecunda uolum.quinto.¶ † Nec prædictis
obſtat textus in capitu. relatum. de teſtamen.& quæ tradit gl.
& doctor.in dicto cap.præſenti cum concordan.quibus uidetur
caueri,quòd clerico,ab inteſt.decedenti,debet ſuccedere eccle
ſia,ſeu collegium clericorum. ¶ Nam procedunt in fructibus
præbendarum & aliorum beneficiorum,& in alijs acquiſitis in-
tuitu eccleſiæ , non autem in huiuſmodi diſtributionibus quo-
tidianis,& alijs ſimilibus quæſitis canonico uel clerico ſuo la-
bore , ſeruitio perſonali , eius induſtria , & intuitu perſonæ , ut
dictum & concluſum eſt ſuperius rationibus . & deciſion. qui-
bus ſupra.

Pariſius Paduæ.

S V M.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an poßit uiſitare fraternitates, & loca pia, & per totum.*
Epiſcopus habet fundatam intentionem, quo ad omnes eccleſias, & loca religioſa, & pia, exiſtentia in eius dioceſi.
2 *Fallit niſi contrarium oſtendatur.*
3 *Epiſcopus poteſt uiſitare locum pium.*
4 *Fraternitas an dicatur locus pius.*
Locus pius dici uidetur in quo exercentur opera pietatis,
5 *Relicta alicui fraternitati pro animabus defunctorum, dicuntur relicta ad pias cauſas.*
6 *Fraternitas tenens hoſpitalitatem, an ſubſit epiſcopo.*
7 *Perſonæ commorantes in loco fraternitatis, uidetur miſerabiles, et ſuppoſitæ Epiſcopo.*
8 *Collegium leproſorum, eſt religioſum, & ad epiſcopum ſpectat ipſum uiſitare, & cognoſcere an bona deputata ad uſum perſonarum miſerabilium diſtribuantur ſecundum uoluntatem relinquentium.*
9 *Fraternitas constructa per laicos, non ſubeſt epiſcopo.*
Laici propria auctoritate, poſſunt conſtruere locum & fraternitatē & apponere modum & formam illam gubernandi.
10 *Locus prædictus, & fraternitas, non dicitur locus ſacer nec religioſus.*
11 *Epiſcopus in illo non habet inſtitutionem nec deſtitutionem.*
12 *Locus prædictus poteſt deſtrui ad nutum laicorum ædificantium, etiā ſi ibi eſſet oratorium ſeu altare.*
13 *Locus prædictus eſt priuatus non publicus.*
14 *Locus prædictus, non eſt ſacer nec religioſus, & nu. 18. & ſeq.*
15 *Etiā ꝙ in tali loco, eſſet campanella, uel altare portatile.*
Locus religioſus, ſeu ſacer non conſtituitur ex prædictis.
16 *Locus prædictus dicitur priuatus, nec uenit appellatione pij loci.*
Nec poteſt uiſitari.
17 *Dicitur enim locus prophanus.*
18 *In tali loco ceſſant priuilegia conceſſa locis re[ligi]oſis, & pijs.*
19. *Talis loci bona poſſunt ad libitum alienari, [ſin]e ſolennitate, & numero. 25.*
20 *Fraternitates ita constructæ non dicuntur loca pia.*
21 *De iſtis locis iudicandum eſt, ut de alijs prophanis,*
22 *Nec illis conceditur in integ. reſt. quæ locis pijs ſolet concedi.*
23 *Fraternitatis prædictæ non ſunt loca pia, & relicta illis in ultima uolun. neceſſario requirunt ſolennitates iuris communis, nam non ſunt loca pia.*
24 *De legatis factis iſtis fraternitatibus, pōt detrahi quarta trebelli.*
26 *Sunt. n. loca ſecularia, licet legata eis facta ſint ad pium uſum.*
27 *[Fra]ternitates battutorum, an ſint loca pia, & quo ad qua.*
[Epiſco]pus ſuper iſtis locis, & bonis ipſorum, & adminiſtratoribus, [n]ullam habet iuriſdictionem, & nu. 35.
Subijciuntur enim iudici ſeculari.
30 *Epiſcopus non poteſt ſe intramittere ſuper redditibus dictorum locorum, nec contra adminiſtratores, & nu. 31.*
31 *Adminiſtratores dictorum locorum poſſunt ipſorum arbitrio diſtribuere bona, nec poſſunt ab aliquibus iudicibus etiam ſecularibus moleſtari.*
32 *Epiſcopus, ſuper dictis locis, non poteſt deputare nouos adminiſtratores.*
33 *Epiſcopus non habet ius uiſitandi dicta loca, nec exigendi procurationem.*
34 *Nec in dictis locis habet iura epiſcopalia.*
Viſitatio qua lege concedatur epiſcopo.
35 *Viſitatio an poſſit fieri in loca in quo non eſt deputatus rector, ſeu capellanus perpetuus.*
36 *Iuriſdictio contra aliquos, an cenſetur ex obſeruantia per aliquos actus adminiſtrata.*
37 *Collegium non moritur.*
38 *Epiſcopus an poſſit uiſitare talia loca mortuo ædificante priuato, ad effectum uidendi an relicta dictis locis bene diſtribuantur.*
39 *Loca prædicta dicuntur loca approbata, & collegia licita.*
Et ſunt capacia recipiendi relicta, & oblationes.
40 *Potiſſimum ſtante longæua conſuetudine.*
41 *Epiſcopus dominus temporalis, non poteſt ſe in iſtis intromittere.*
42 *Capitulum primum, de cenſib. lib. vi. Paragrapho deinde, cum ſ. in quo loca pio uerificentur.*
43 *Epiſcopus habet facultatem in iſtis locis priuatis uiſitandi, & inquirendi, ad effectum, ut uideat an ibi fiat illud propter quod locus ſunt constructus, & an ibi exerceantur ea, ſecundum uoluntates relinquentium.*
44 *Quod procedit mortuo illo qui ædificauit, ſecus ſi uiuit.*
45 *Item procedit data negligentia deputatorum, & nu. 47.*
46 *Item procedit quando loca eſſent constructa auctoritate epiſcopi, uel eſſemus in dubio, alias ſecus.*
47 *Item procedit prout poſſet epiſcopus ſe intromittere pro alijs legatis relictis pro anima, & non aliter.*
48 *Et quid ſi legata ſunt relicta fraternitati ſimpliciter.*
49 *Quid etiam ſi adeſſet præſcriptio tanti temporis, in cuius contrariū non extaret memoria.*

CONSILIVM XXXIIII.

1 CIRCA † Reſolutionem præſentis conſul. uidetur
primo dicendum ꝙ ipſe. d. epiſcopus poſſit uiſitare
tare dictum locum, de iure communi habet fundatam
tam intentionem id poſſe facere, cum omnes eccle
ſiæ, & alia loca religioſa, & pia exiſtentia in eius diœceſi. ad ipſum,
ſum, & eius adminiſtrationem pertineant. c. ſi quis epiſcoporū.
xvj. q. ij. c. omnes baſilicæ. xvj. q. vij. & magis proprie habetur in
c. de xenodochijs. & in c. ad hæc. de religio. domi. & in cle. quia
contingit. eo. ti. in clem. & no. in clem. per literas, de præben. cū
2 ſimi. † Qua diſpoſitione ſtante, niſi in oppoſitum aliud oſtenda
tur, ut in c. cum dilectus. de reli. domi. & in c. cum non liceat. de
præſcri. ipſe do. Epiſcopus poterit in dicto loco iura epiſcopalia
3 exercere. † Et ꝙ poſſit talem locum pium uiſitare, uidetur tex. in
c. j. §. deinde ibi, & alia religioſa & pia loca. de cenſi. lib. vj. & no.
4 Abb. in c. ſopitæ. & in c. uenerabili. & in c. fi. de cenſi. † Et ꝙ iſta
domus ſeu locus dicatur pius ſatis patet, quoniam ibi exercen-
tur opera pietatis, ut dicit Spec. in ti. de inſtrum. edi. §. nunc ali-
qua uer. & ſciss. & ponit Abb. proprie loquens de fraternitate
in conſi. xxxj. Ad claram reſolutionem, uol. j. cum alijs adductis
per Fel. in c. de quarta. nu. xiij. de preſcrip. & per Dec. conſ. lxxij.
5 col. iij. uerſi. iij. principaliter. uol. j. † Et potiſſimè iſtud ſuadetur
quoniam illa quæ relinquuntur dictæ fraternitati, pro animab.
defunctorum relinqui ſolent, conſequenter relicta dicuntur ad
6 pias cauſas, ut dicit glo. in l. ſi quis Titio. de leg. ij. † Et etiam quia
dicta fraternitas tenet hoſpitalitatem, ut dicit Corn. conſi. ccc-
viij. Pro deciſione. col. iij. & iiij. uerſi. prout alias. uol. iij. & cōſi.
7 xviij. Circa hanc. col. v. uerſi. ideo ex his. uol. iiij. † Præterea per
ſonæ commorantes in dicto loco, & fraternitates ſunt perſonæ
miſerabiles, & conſequenter talis locus uidetur ſuppoſitus po-
8 teſtati epiſcopi. c. ij. de eccl. ædifi. ubi Inno. & alij dicunt, ꝙ col
legium leproſorum eſt religioſum, & ad epiſcopum ſpectat ui-
dere inquirere & etiam uiſitare, ut bona dicti pij loci deputata
ad uſum miſerabilium perſonarum diſtribuantur iuxta uolun-
tatem relinquentium, & an ita fiat, epiſcopus inquirere & uiſita
re poteſt, ut dicit Fede. de Sen. conſi. ſuo. cxj. Quæſtio talis eſt.
col. ij. & Abb. in d. c. ſopitæ. in fi. & in c. fi. de cenſi. & in c. inter di
lectos, in fi. de don. ¶ Iſtis tamen non obſtan. In caſu præſenti,
ſtante ſupra ſcripta facti narratione contrarium eſt ipſa ueritas.
9 † Nam talis domus non fuit cōſtructa auctoritate epiſcopi, ſed
per ipſos priuatos laicos, qui propria auctoritate iure permittē
te, potuerunt ipſam ædificare & apponere modum & formam
prout appoſuerunt, ut eſt tex. formalis in c. ad hæc. & ibi Abb.
in j. nota. poſt Inno. de religio. domi. ubi adducit plura iura idē
probantia, & idem Abb. hoc firmat in d. c. inter dilectos. de do
na. & facit dicta clemen. quia contingit, cum alijs concordan.
10 † Ex quibus patet, talem locum nō eſſe ſacrum nec religioſum,
ut etiam not. communiter Can. in d. clem. per literas. de præbē.
& Bal. in auth. hoc ius porrectum. colu. ij. C. de epiſcop. & cler.
11 ¶ † Volens ꝙ in tali loco, epiſcopus non habeat nec inſtitutio-
12 nem, nec deſtitutionem. ¶ † Cum talis locus poſſit ad nutum
deſtrui ut dicit Abb. in d. c. ad hæc. & in alijs locis ſupra addu-
ctis, & glo. in d. cle. quia contingit. & Bal. in l. orphanotrophos.
C. de epi. & cler. dicit, ꝙ hoſpitale ita fundatum auctoritate pri
uati, non eſt perpetuum nec publicum, nec etiam firmatum, li-
cet ibi ſeruet hoſpitalitas de facto, ex quo poteſt dominum pœ
nitere, & idem uult Bal. in l. ſi quis ad declinandam. uer. ſed iux
ta hic quæro. C. de epiſ. & cler. cum alijs adductis per Alexan. in
conſi. ix. Viſis in prin. uol. ij. & conſi. xc. Super eo. col. ij. uol. iiij.
uolentem talē locum eſſe priuatum, & non publicum potiſſimè
quia in eo nulla ſunt ſigna facientia publicum & religioſum.
13 † Et etiam ſi ibi eſſet oratorium, uel altare tamen adhuc dica-
tur priuatum attenta conſtructione certa per priuatos facta.

† Et

14 † Et ꝙ talis locus non ſit ſacer nec religioſus ſuadetur ex his
quæ dicit Abb in c.fi.col.j.uerſi.ſed qualiter.de cenſi.& in c. pa
rentibus.de priuil.& in d.c.inter dilectos.& in c.officij.col. fin.
extra de teſtam. ubi uult ꝙ locus eccleſiaſticus ſeu ſacer conſi-
deretur ex deputatione principaliter facta ad celebrandum , itē
ex conſtructione eccleſiæ, etiam & per erectionem campani-
lis & appoſitionem campanarum publicarum,ut etiam per Ab.
15 in c.Ioannes.in prin.de homi.† Quæ omnia ceſſant in caſu præ
ſenti,& eſto ꝙ in iſta domo & fraternitate ſit campanella & al-
tare portatile,& quandoque celebretur ibidem diebus feſtiuis,
tamen iſta non faciunt locum religioſum & ſacrum , ſed adhuc
remanet priuatus , & prophanus , ut etiam ſentit Feder.de Sen.
conſi.cxxx.Factum tale eſt.& Abb.in d.c.patentibus . & in d.c.
inter dilectos.cum alijs alleg.per Dec.conſi. cxlviij. Reueren-
de pater col.j.& per Cald.conſi.iiij in ti.de religio.domi.& per
Fel.in d.c.de quarta.nu.xiij.& per Abb.in d.c.ſopitæ.& p Petr.
de Peruſi.in trac.de quar.canon.epiſcopali.in iiij.artic. prin.in
ij.q.pri.uer.ſed ei qđ eſt dictum,& per Io.đ Imo.in d. c.officij.
de teſtam.col.viij.& ſeq potiſsime.col.x.uerſi.item non obſtat.
& col.xiij.uerſi.quid ſi reperiatur.&per Card.conſi.cxxj.Ad pri
16 mum.† Quæ etiam bene comprobantur,ex dictis per Abb. in d.
c.fi.in prin.& in d.c.patientibus.in ult.notab.& per Bal.in l.il-
lud.col.j.C.de ſac.ſan.eccle.& per Abba.in d.conſi. xxaj.& per
Benedict. Cap.conſi.liiij.Circa primum.& conſi.xcvij.Et ſi uiſo
col.ij.circa fi.& per Card.conſi.xj.Quædam ſocietas.& d. con-
ſi.cxxj.ubi uolunt ꝙ talis locus ita gubernatus a laicis eſt locus
priuatus nec continetur appellatione pij loci,& in iſto non ha-
bebit locum diſpoſitio.c primi.de cenſib.lib.vj. quod etiam ſe-
quitur Dec.in d.conſi.cxlviij. col.j.ſentientes ꝙ non poſsit uiſi
tari tanquam locus pius,cum dictum.c.primum loquatur de ui
17 ſitatione.¶ † Et ꝙ ſit locus prophanus,ſatis probatur ex his quę
dicunt Moder.in tract.de epiſco.in j.parte,q.vj. uerſi. nunc ue-
18 nio.col.iij.& col.ix.in fin.& colu.x.† Et etiam ex his quæ dicit
Cor.conſi.ccvj.Licet.uol.j.col.ij.uerſi.his tamen non obſtanti-
bus . uolens talem locum non eſſe religioſum nec ſacrum ſed
priuatum, & in eo non habere locum priuilegia conceſſa reli-
19 gioſis locis & pijs.† Et ꝙ bona talis loci poſſunt ad libitum a-
lienari,non ſeruata ſolennitate.c.ſine.xlj.q.ij.& tit.de reb.eccl.
20 non alien.† Et idem Corn.conſi.cxix.Circa primum . col.vij.&
viij. uol.ij.adducendo plures deciſ.Bal.& aliorum doc.dicit ta-
les fraternitates conſtructas auctoritate priuata , non iudicari
pia loca,taliter ꝙ in ipſis non habent locum priuilegia conceſſa
pijs locis,nec etiam comprehenduntur ſub conſtitutionibus &
legibus loquentibus de pijs locis,enumerat ſigillatim plures ef
21 fectus,maximè de detractione quartæ canonicæ.† Concluden
do ꝙ iura loquentia de pijs locis non comprehendunt has fra
ternitates,quia de eis iudicandum eſt,ut de alijs locis propha-
nis ,& idem Corn.conſ.lvij.In cauſa uertenſe.uol.iij.circa prin.
& in uerſi.ex ſecundo capite.col.j.& col.ij.uerſi. quod & tertio
deducitur.& col.j.uerſi.nec obſtant.dicit has fraternitates con
ſtructas ſine Epiſcopi auctoritate,non iudicari loca pia,nec gau
22 dere priuilegijs piorum locorum.† Priuata enim ſunt.nec reſti-
tuuntur in integrum,ut alia loca pia ponendo alios effectus,qui
bus clarè colligitur,tales fraternitates non gaudere priuilegija
23 piorum locorum.† Et apertius hoc idem uoluit ipſe Corn. con
ſi. xviij.col ij uerſi.quinimmo ceſſantibus,ubi dicit tales frater
nitates non eſſe loca pia,ita ut in relictis in ultima uoluntate eiſ
dem factis ſeruari debeat ſolennitas iuris communis, licet conſi
derando relictum poſsit dici illud pium , tamen locus non erit
pius nec gaudebit priuilegijs conceſsis pijs locis , ut ipſe decla-
rat ibi col.v.uerſi.ideo ex his.& etiam idem ſequitur in conſil.
ccxvij. Videtur ꝙ dicta fraternitas , ubi uult tales fraternitates
24 non eſſe loca pia.† Quod etiam confirmatur in conſi. cccvij. In
hac conſultatione.uol.iiij.in fi.ubi uult ꝙ de relictis iſtis frater
nitatibus poteſt detrahi quarta trebel. ex quo tales fraternita-
tes non ſunt loca pia,ſed ſolum in eis eſt ſimplex collegium ſe-
cularium,& priuilegia conceſſa pijs locis non comprehendunt
25 tales fraternitates.† Prout etiam plenè dicit Fely.in d.c.de quar
ta.nu.v.col.ij.uerſi.tamen quantum,& nu.vj.uolens bona taliū
fraternitatum poſſe alienari ſine ſolennitate,& ꝙ priuilegia cō
26 ceſſa locis religioſis non comprehendunt has fraternitates.† Ad
quod etiam glo ordinaria in c.quidam . xviij.qō.ij.& Zabar. in
clem.ij.de præben.& in d.clemen.quia contingit.& Alex.conſi.
lxxj. Hilarius uol.iiij.& Soc.conſi.lxxij.In cauſa uertente. col.
pen.uerſi.pro parte uero.uol.iiij.ubi allegando deciſi.dicit, ta-
les fraternitates non eſſe loca pia,ſed ſecularia,licet legata dicā
27 tur eis relicta ad pium uſum.† Et iſtæ fraternitates battutorum
an ſint loca pia,& quid ad quæ tradit Bald.conſi.clxij. Quidam
28 Franciſcus,uerſi.iiij quæritur.in v.parte. † Ex quibus infertur
ꝙ epiſcopus nullam habet iuriſdictionem ſuper iſtis fraternita-
tibus & ſuper hominibus adminiſtrantibus eas,& ſuper illis nō
poteſt exercere iura epiſcopalia,ex quo non ſunt de ſua iuriſdi-
ctione,ut dicit Card.in d.conſi. xj.& conſi.xiij.In ciuitate Viter
29 bien.& d.conſi.xxxj.† Vbi uult quod talia loca non ſunt de iu-
riſdictione epiſcopi , ſed ſub iudice ſeculari ſubijciuntur , & ꝙ
epiſcopus non poteſt detrahere quartam,prout etiam dicit Car
di.in d.conſi.cxxj.& dicunt omnes ſcriben.in d.clem. quia con
tingit.& plenè Imo.in d.c.officij.& per Fely.in d.ca.de quarta.
nu.xij.& xiij.& per eundem in c.ij.col.fi.in fin. de ſo.compe.&
per Abb.in d.c.officij.& in d.c.inter dilectos.& in d.c.de xeno
dochijs.& in c.ad hæc.de religioſis domibus,& in d.c.ſopitæ.&
c.fi.de cenſi.cum alijs adductis per Feder.de Sen.in dicto. conſ.
cxxx.& per Petrum de Peruſ.in d.tract.de quarta canonica epi
ſcopali,loco,& uer.præalleg.& latius per Dec.in d.conſi. lxxij.
ubi bene loquitur & in dicto ꝯſi.cxlviij.& per Roch. de Curt.
in tracta.de iure patrona.in uerſi.in eccleſia.col iij.& iiij.& per
Moderniores in dicto tract.de epiſcopis,loco & uerſi.præalleg.
30 † In quibus locis ſpecifice uolunt & dicunt ꝙ epiſcopus non po
teſt ſe intromittere ſuper bonis dictorum locorum , nec ſuper
redditibus ipſorum,nec etiam habet aliquid agere cū admini
ſtratoribus & gubernantibus dicta loca,taliter ꝙ non poteſt co
gere adminiſtratores ad reddendum rationem,& ſi ageret con-
tra illos,proceſſus eſſet nullus,ita Federi.de Sen.in dicto conſi.
31 cxxx.& Petrus de Peruſia,ubi ſupra.† Poſſunt enim dicti admi
niſtratores diſtribuere,prout eis uidetur,ut dicit Imol.in d.cap.
officij.col.xv.uerſi.unde aduerte,uolens quod cura epiſcopalis
dicitur eſſe remota a tali fraternitate laicorum,& a miniſtris ip
ſius,quod etiam ſequitur ibi Andrea. Barba.col. iij.& Calder.
in dicto conſi. undecimo.& xiij.& Felyn.in d.capitu.de quar-
ta nu.v.& melius & plenius per Dec.d.conſi.lxxij.col. j. uerſic.
unde dicit,& uerſi.illi enim,& uer.& ita ſemper,ubi uult quod
tales adminiſtratores non poſſunt moleſtari , nec a ſecularibus
nec etiam ab epiſcopo quia non poſſunt auferre tale regimen
ab ipſis,& col ij.uerſi.nam epiſcopus,idem firmat,& et in dicto
ꝯſi.cxlviij.& bene facit dicta clem.quia ꝯtingit.& ibi ſcrib. oēs
firmant,& Abb.dicto conſi.xxxj.& in dicto cap.inter dilectos.
32 † Et conſequenter ex prædictis apertiſsimè conſtat , epiſcopū
non poſſe deputare , nouos adminiſtratores ad gubernandum
dictum locum,& ipſius bona,& ad diſpenſandum legata relicta
dictæ fraternitati . Omnia enim iſta ſpectant ad collegium di-
ctæ fraternitatis,& ad deputatos per dictum collegium,ut in di
cta clem.quia contingit.ubi textus expreſſus,& in alijs locis ſu
33 perius adductis.† Infertur etiam ex prædictis,quod ipſe epiſco
pus non habet ius uiſitandi dictum locum,nec habet ius exigen
di procurationem,ut eſt tex.& ibi Abb.in c.fi.& in c. ſopitæ. de
cenſib.& in d.c.de xenodochijs.& in d.c.inter dilectos . & per
Maria.Soc.in trac.de uiſitatio.in vj.libello.q.xj.& in libello.xj.
q.v.uer.& non ſolum.& per Gemi.Pet.de Anch.& Phil.Fran.in
c.j.de cenſib.lib.vj.ſuper gl.in uer.pia loca.& Imo.expreſſe hoc
uult in d.c.officij.nu.xx.ꝙ etiam ſequitur ibi Barba. col. iiij &
Cac.in d.cle.quia contingit.& ibi Pet.de Auch.col.iij.&Pet.de
Peru in d.tract.ubi.ſup.& Deci.in d.conſi.lxxij.& cxlviij.& Ro
ch.de Cur.in d.trac.de iure patr.in uerſi.in eccle.colu.iij.& iiij.
34 † Cum enim epiſcopus non habeat iura epiſcopalia in dicto lo
co.qui ei non ſubeſt,nec.l.diœceſana,nec. l.iuriſdic. merito non
poterit talem locum uiſitare,cū remota.d.l.remoueatur omnis
35 eius ſpecies.c.j.de priuile.lib.vj.† Et tanto magis procedunt p̄-
dicta,cum in dicto loco & fraternitate,nō ſit deputatus rector
ſeu capellanus perpetuus , ꝙ expreſſe conſiderant doc.in locis
ubi.ſ.ad effectum uiſitationis,ut etiam ſentit Fede.de Sen. in d.
conſi.cxxx.& Cardi.in d.cle.quia contingit.qō.xij.& q.xiiij.&
creati,& ēt ſi diu inſimul habitaſſent, & ibi doc.ēt iſtud firmāt
& eſt gl.pe.in c.ij.e.ti.& firmat Io.An.& d. præpoſ.in d.c.acce-
piſti.de ſpō.duo.& probaē in c.ſuper e.ti.& ponit Car.ī d. c.ij.
& doc.in diuerſis locis,ut tāgit.d.Ant.in d.c. ſignificauit uerſi.
21 obſtat ſecundo,e.ti. † Et ꝙ iſta ſecunda fuerit cōſcia,& habue-
rit ſciam,ipſum.d. Pet. priua cōtraxiſſe cū d.d.Fr.ſatis a pte pōt
oſtēdi, eo qm̄ in facto pñt uerificari illa p quę eius ſcia in caſu
p̄nti pōt p̄bari,ut tradit Hoſt.ī d.c.ueniēs,in uer.inſciā, & Io.
An.in d.c.ſi.& Ant.de But.in d.c.ſignificaſti.& d.p̄poſi. in d.c.
ueniēs.col.ij.uer.ab extra.& in d.c.j.col.ij. uer. & per p̄dicta,&
22 in c.ſi.col.ij. uer.ab extra. † Data igiē ſcia ſecundæ ceſſabit coa
ctio,& diſpō.d.c.j & licet.d.c.j.e. ueniēs.& c.cum hēt,& ſi lo-
quanē in ſecunda corrupta, & carnaliter cognita,ut data eius
ſcia non poſſit cogere maritū ad cōſentiendū mortua prima,&
uideaē dicendū iſtud nō procedere qm̄ ſecunda nō fuit polluta
nec cognita,per d.c.ſi.& per alias deciſ.quas.ī. adduxi, uolētes
23 ſecūdā ēt cōſciā poſſe remanere in mat̄ium mortua prima. † Tñ
aduertendū eſt,qm̄ c.j.& c.ueniēs.& c.cū hēt,& ſimi.expſſe uo
lunt ꝙ ſi ſecunda fuit polluta,& ɔſcia, ꝙ nullo mō mat̄ium pōt
ſubſi-

ſubſiſtere, mortua prima etiam conſentiente uiro, & ſic utroq;
& à fortiori ipſa non poſſet cogere maritum ad conſentiendũ,
quando autem ſecunda nõ fuit cognita, nec polluta, etiã q̃ fue
rit ſciens mortua prima, licitè poteſt remanere in matrimonio.
d.c.fi.cum alijs ſ. adductis, interueniente tñ nouo ꝯſenſu ſaltim
tacito, ut ſuperius fuit conchiſum, ſed q̃ iſta ſecunda ꝯſcia non
polluta, poſsit cogere mortua prima maritum recuſantem, & ꝯ-
dicentem ad conſentiendum, illud minimè dr̃ in d.c. fi. ſed ſolũ
põt hoc prætendere per d.c.j. quod nullo modo põt procedere
in conſcia, & in ſciente, ut apertiſsimè fuit ſuperius deductum.
24 †Prӕtereà obiectio q̃ poſſet cogi, procederet, qñ ipſe d.Pet. ſuiſ
ſet in dolo, & fraude. ex quib. lucrũ reportaſſet, ut apertiſsimè
dicit tex. in d.c.j. ceſſante igĩ dolo, & fraude non poterit cogi,
* ut concludunt * cõiter omnes per illum tex. in d.c.j. ſe fundan-
tem ſuper prӕdictis qualitatibus, ut patet ibi, ſcienter, & ibi, de
ſuo dolo, & ponit Spe. eo. tit. in ij. ſor. libelli, & ponunt oẽs ma-
ximè Ant. de But. in d.c. cum in apoſtolica. & Hoſt. in ſum. eo.
tit. in prin. cũ ꝯcor. & quia d.Pet. caret dolo, & fraude merito a-
25 ſtringi non poterit. † Vtrunq; n. & copulatiuè dẽt interuenire,
ut tex. ille locũ ſibi uendicet, ignorantia. l. ſecundę, & dolus do.
Pe. qui cum eſſet, ceſſabit, & ipſius diſpoſitio uulg. l. ſi hi di plu
res. ff. de ꝯd. inſt. cum ſi.c. cũ ceſſante. extra de app. l. adigere. §.
26 quãuis. ff. de in. pat. † Et d. qualitas a lege requiſita, ut ꝓcedat ip
ſius diſpoſitio, oĩno probanda eſt, ut tradit Io. An. in c.j. de ho-
mi. li. vj. & Alex. ꝯſi. j. uol. iij. & conſi. iij. uol. iiij. & Fran. de Cur.
27 conſ. xvj. & duob. ſeq. & Fely. in c. licet cãm. de prob. † q̃ mõ ip
ſe d.Pet. non fuerit in dolo, nec in fraude, oñdit ea plurib. & pri
mo qm̃ in dubio dolus non prӕſumiť cũ ſonet in delictum. uul.
l. merito. ff. pro ſoc. l. quotiens. §. qui dolum. ff. de dolo, & l. quo-
28 ties. §. qui dolo. ff. de prob. † ꝑ quẽ tex. inductũ eſt, dolũ & frau
dẽ debere probari ab eo, qui illum deducit, & alleg. ut in l. dolũ.
29 C. de dolo. † Prout ẽt qm̃ d. ſecundӕ ſcienti dolus non põt dici
30 cõmiſſus. l. cũ donationis. C. de tranſ. l. j. ff. de ac. emp. † Prout ẽt
qm̃ dolus, & fraus minimè prӕſumiť qñ interuenit in actu, ꝯſen
ſus, & auctoritas ſuperioris, uti interuenit hic diſpenſatio. l. Põ
tifi. & ſnia ipſius delegati. l. j. & ibi no. doc. C. de prӕd. cur. li. a.
l. fi. in prin. ff. quod me. cã. & adducit Alex. conſ. xcij. Perſpectis.
31 nu. xv. uol. vj. † Ad quod ẽt qm̃ palam, & publicè ipſa d.Pet. prӕ
dicta geſsit. l. non exiſtimo. ff. de admi. tut. cum alijs allega. per
32 Alex. ꝯſi. xxxj. habita. in fi. uol. vij. † Et eo ẽt qm̃ a dolo excuſať
qui fidedigno credidit, ut fecit ipſe do. Petrus, fidem adhibens
aſſertӕ diſpenſationi, & ſententiӕ delegati, & alijs probis, & fi-
dedignis uiris, ut tradit gl. in uer. actiones, circa fi. & in l. Titio
fundus, & ibi not. doc. ff. de condi. & demon. & per Bar. & alios
33 in l. Celſus. ff. de uſucap. † Prout ẽt quia licet dolus, prima facie
prӕſumatur in his quӕ ſunt de genere prohibitorum. l. j. ad leg.
34 Corn. de ſicar. & ſim. † Tñ ceſſat iſtud qñ ille actus cõiter repu-
tatur licitus, ut tradit Bar. in l. quid ſit fugitiuus. §. apud Labeo
nem. & ꝑ illũ tex. ff. de ӕdil. edic. prout hic communiter licitus
reputatur ſtante diſpenſatione pontificis & ſnia delegati, & a-
35 lijs circunſtantijs ſuperius adductis. † Ex quibus ꝯiecturis, ꝑꝑ
quas dolus põt prӕſumi interueniſſe uel non, ut traditur. in c. ij.
de renunc. li. vj. & in c. j. de re. perm. eo. lib. & in l. dolum. C. de
dolo. & per Alex. conſi. cxliij. nu. vj. uolum. vj. cum alijs uulgat.
36 † Apertiſsimè colligitur ipſum d. Petrum nõ fuiſſe in dolo, nec
uſum fuiſſe fraude, eo etiam quoniam quӕlibet cauſa etiam in-
iuſta, excuſat a dolo, ut hẽ in l. j. in fi. & ibi not. Ang. & alij ſcrib.
ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & eſt caſus, in l. igitur. §. pater.
ff. de libe. cau. & tradit Soc. conſ. lix. nu. xxxj. in fi. uol. iij. & Pau.
de Caſt conſi. cxcij. In cauſa. col. ij. uer. ij. cum ſi. Conſequenter
ab ipſa ſecunda cogi non poterit ad perſeuerandum in dicto
nullo matrimonio, tum maximè cum ipſa ſecunda hoc non pe
37 tat, & ſi peteret repellenda erit ut concluſum eſt. † Eo etiam cũ
ipſa & d.Petrus ſint conſanguinei, & in tertio conſanguinitatis
gradu conſtituti, & ſic prohibiti matrimonium ꝯbere. c. non de
bet. cum uulg. de conſang. & affi. Nec diſpenſatio pontificis ſu-
per iſto impedimento poterit prodeſſe dictӕ ſecundӕ ea qua in
ea nulla facta fuit mentio primi matrimonij per ipſum. d. Petrũ
38 ꝯcti, cum dicta d.Franc. † Et talis diſpenſatio ſtrictiſsimè intel
ligenda eſt, & interpretanda, cum ſit odioſa, iuxta. c. ij. de fi. pre
aby. lib. vj. nec debet ad iſtum caſum non expreſſum extendi, ut
dicit Pau. de Caſ. conſi. ccxxj. Super puncto. col. ij. & iij. uer. nec
obſtat. & eſt optimum ꝯſi. Geml. xxaiij. & firmat Card. ꝯſi. liij.
Dico q̃ iſte, col. j. uer. item diſpenſationes, & Barb. ꝯſi. liiij. col.
39 xij. uol. j. † Tum etiam quia aſſerta diſpenſatio, fuit & eſt obre-
ptitia. & ſurreptitia, ꝯſeť nulla, ut plenè deduxi in alio ꝯſi. & diſ
40 fuſè proſequitur Gem. d. conſi. xxxiij. † Et quia matrimonium
inter conſanguineos ꝯctum per uerba de prӕſenti non tenet, &
ita ꝯhens, põt aliam capere ſine aliqua licentia, & iudicio eccle
41 ſię, ut tradit Bal. conſi. mihi cxviij. Verba matrimonij. uol. j. † Et
matrimonium ꝑ uerba de pſenti inter ꝯiunctos ꝯctum, non te-
net ẽt ſi papa diſpẽſaret, qñ unus nõ uult expectare nec uti d. di-
ſpẽſatione, ſed uult cũ alia ꝯhere, ut tenet Bal. ꝯſ. mihi lx. tractať
42 parẽtela. uol. ij. † Et qñ Papa diſpẽſat ad petitionẽ alteri⁹, arbi
trio alterius partis, erit illa uti uel nõ, & ſi ea nõ uult uti, põt cũ
alia ꝯhere, ut dicit Pet. de Anch. ꝯſi. ccxxxi a Parum dubitatio-
nis, cir. fi. quӕ bene adaptanť ad caſum prӕſentem, cum ipſe d.
Petrus non fuerit ad plenum uſus dicta diſpenſatione, & prote-
43 ſtatus ſit mortua Franc. nolle ea amplius uti. † Et ꝯprobanť qm̃
ipſe d.Petrus liberè põt cum alia tertia matrimonium ꝯtraha-
re, non obſtante morte d. Franciſcę relicta dicta ſecunda ut fir-
* mat gl. fi. * cõiter ab oĩbus approbata, in d.c.j. de eo qui dux. &c.
& tenet Hoſt. ibi, & collectar. circa prin. uer. quid ſi, & Hoſt. ibi
uerſi. quid ſi pẽdente, quem ſequitur Io. An. ibi uer. & ſm̃ Hoſt.
44 † Vbi dr̃, q̃ ẽt pendente compulſione poterit liberè ꝯtrahere,
cum alia tertia, quӕ erit uera uxor, inferentes ad quӕſtionem
bene facientem ad caſum nr̃m, q̃ poſsit liberè cum tertia ꝯhe-
re, ut per eos, quos ſequitur ibi Ant. de Bu. circa fi. & d. Prępoſ.
col. ij. uerſ. & per prӕdicta, & q̃ poſsit cũ tertia ꝯhere uult Hoſ.
per illum tex. in d.c. ſignificauit. §. mandamus. & in d.c. ex litera
rum uer. prima mortua. & Spe. eo. tit. in ij. ſor. libelli. in uerſi. ę-
quum eſt. expreſsè iſtud firmat, & Abb. idem uult, in d.c.j. ſeqñ
do gl. ibi, & idem Abb. in d.c. ex literarum. in ult. not. & in c. fi.
eo. tit. uer. ſed hic quӕro, ubi apertiſsimè iſtud tenet, prout etiã
uult Hoſt. in ſum. eod. tit. col. ij. uerſ. ſed quid ſi, ubi ad id addu-
cit iura & rationes, & d. Prӕpoſ. idem ſequitur in d.c.j. col. fi. &
45 in d.c. ex literarum. in ſum. † Et eo magis ipſe d. Petrus põt cum
alia ꝯhere, cum ualde ſua, & aliorum nobilium ſtatus ipſius in-
terſit habere prolem ad pleniſsimè not. in l. j. cũ conco. ff. ſolu.
46 mat. † Et ualde ſuſpiceť ob ӕtatẽ, & aliud quoddã corporis ui-
tium, ipſam ſecundã eſſe cariturã ſobole, & nõ aptã ad prolem,
ꝯũt eſſe ſterilẽ, ꝯ quã ſterilitatẽ uideri poterunt adducta ꝑ Bar.
& alios oẽs, in d. l. j. ff. ſol. mat. Concludiť ergo iſtis cõſideratis,
matrimonium nulliter cum ſecunda ꝯctum, non ſubſiſtere nec
reualidari per mortem d. Franciſcӕ, & ipſum d. Pet. nõ poſſe co
gi per ipſam ſecundam ad perſeuerandũ, & conſentiendum d.
nullo mr̃imonio, & q̃ ſecuta morte d. Franciſcӕ poterit cũ alia
tertia liberè mr̃imoniũ ꝯhere, relicta dicta ſecunda. Pariſ. Pad.

SVMMARIVM.

1 *Clandeſtinitas, non reddit matrimonium nullum.*
2 *Ad probandum matrimonium clandeſtinum duo teſtes ſufficiunt.*
3 *In dubio pro matrimonio iudicandum declaratur tamen quando ꝓ*
cedat. num. 32.
4 *In dubio illud ſequendum eſt, quòd partibus eſt minus damnoſum.*
5 *Scandalum eſt euitandum, ſed declaratur. nu. 33.*
6 *Vbi ueritas de facili haberi non poteſt teſtes inhabiles recipiuntur,*
ſed declaratur. nu. 34.
7 *Teſtis inhabilis, ſuppleť per habiles, quod declarať, n. 35. 36. et 37.*
8 *Cauſa matrimonialis grauis eſt & ardua.*
9 *In qua teſtes eſſe debent omni exceptione maiores.*
10 *Qui dicantur omni exceptione maiores.*
11 *Teſtimonium de auditu, quo caſu recipiatur.*
12 *Pauper, an & quando ſit teſtis idoneus.*
13 *Amicus, an & quando ſit teſtis idoneus.*
14 *Inimicitia cauſatur ex eo quia aſtabat cum aduerſario, & nu. 16.*
15 *Socius & particeps criminis, repellitur à teſtimonio.*
16 *Inimicitia capitalis, repellit à teſtimonio.*
17 *Affectans & deſiderans uictoriam pro eo, pro quo deponit non eſſe*
idoneus.
18 *Procurator & ſollicitator, non ſunt idonei teſtes.*
19 *Cõtrarius ſibi ipſi repellitur, & nu. 13. & 24. ubi de uario ſibi ipſi.*
20 *Falſus in uno, prӕſumitur in omnibus falſus.*
21 *Presbyter, prohibetur nuptijs clandeſtinis interuenire.*
22 *Non ualet teſtimonium, ſi incertum eſt quo loco ſuit prӕſtitum, &*
iuratum.
25 *Singulares non probant.*
26 *Decoctor & debitor fugitiuus, non eſt idoneus teſtis, quia infamis.*
27 *Inimicitia capitalis, repellit etiamſi procedat culpa illius contra*
quem deponit.

28 *Et ſatis eſt, quòd inimicitia ſit tempore quo iurat ſeu deponit.*
29 *An qui non debet admitti, admiſſus probet, & quando, & numero 30. & 31.*
30 *Et quid ſi fuit oppoſitum.*
31 *Et quid ſi fuere oppoſitiones reſeruatæ.*
37 *Quando teſtes ſunt coniungendi, & quando non.*
Imperfecta quomodo iunguntur.
38 *Iuramentum ſuppletorium non datur, quando nullus teſtium eſt idoneus.*
39 *Nec præſtatur in cauſa matrimoniali in qua agitur de ſtatu, & ſeruiente.*
40. *Semel teſtis productus, & approbatus, non poteſt reprobari à producente.*
41 *Matrimonium metu contractum non ſubſiſtit, & nu. 50. plenius.*
42 *In omni actu, conſenſus requiritur.*
43 *In matrimonio, actus debet eſſe purus liber & mutuus, & nu. 46.*
44 *Vbi in actu requirit̃ aliqua qualitas illa dēt neceſſario interuenire.*
45 *Qualitas informat ſubiectum cui inhæret.*
47 *Metus quid ſit.*
48 *A quo fuerit inductum, metu geſta, non eſſe rata.*
49. *Metus contrariatur uoluntati & libertati.*
51 *Metus iuſtus, qui dicatur.*
52 *Et ſi dubitat uulnerari iuſtus eſt, nam uulnus expectare non debet, & num. 57.*
53. *Palliditas metum arguit.*
54 *Voluntas ne dum uerbo, ſed facto datur intelligi.*
55. *Proteſtatio declarat animum.*
56 *Per actus ſequentes, declaratur uoluntas quæ fuerit in præcedẽtib.*
57. *Metus iuſtus eſt etiam ſi actualiter ius nõ inferatur, & n. 58. et 59.*
58 *Ex quibus iuſtus metus arguat̃, & nu. 51. 52. 53. 57. 59. 60. et 66.*
60 *Arbitrio iudicis remittitur, quis metus iuſtus dicatur.*
61 *Metus in ſe dolum continet, qui ex coniecturis probatur.*
62 *Magis creditur duobus de metu deponentibus, quam pluribus deponentibus de ſpontanea & libera uoluntate.*
63 *In his quæ ſunt difficilis probationis, lex contenta eſt coniecturis.*
64 *Validum eſt argumentum à ſolitis.*
65 *Quod non eſt uериſimile debet reijci, & non admitti.*
66 *Quando non ſit quod ueriſimile eſt, metus præſumitur.*
67 *Habetur pro probato id cuius contrarium non eſt uero ſimile nec credibile.*
68 *Metus attenditur, etiam ſi ſua culpa, quis in metum inciderit.*
Culpa non ordinata ad actũ, non tollit remedium, quod competebat.
69 *Et in matrimonio, ut non ualeat, culpa habet excuſare.*
70 *Quando & ex quibus, metus dicatur purgatus.*

CONSILIVM LIII.

1 QVAMVIS † Canones deteſtent matrimonia clã
deſtinè ɔ̃cta. ex hoc tñ non uitiatur mr̃imoniũ, qm̃
ſola clandeſtinitas ipſum non reddit nullũ dũmõ
ɔ̃ctum probet̃ per mutuum ɔſenſum & liberũ, il-
lud ꝓnciente. l. nuptias. ff. de reg. iur. & tradit Abb. ꝑ illũ tex. &
2 alij ſequunt̃ in c. j. de clãd. deſpõ. in prin. † Et ad ꝓbandũ mr̃imo
niũ ita eſſe ɔ̃ctum ſufficientes erũt duo teſtes, ſiue maſculi ſint
ſiue fœminæ. c. ſuper eo. el ij. de teſti. & Abb. & alij ibi firmant,
& ꝑ gl. ij. qõ. v. in ſum. & in c. ꝓſul. Ex quib. inferri põt. d. Mari-
nam in præſenti iudicio obtinere debere, cũ per duos teſtes pro
batum inter ipſam & Io. Mariã, mr̃imonium fuiſſe ɔ̃ctum licet
3 clãdeſtinè. † Ad cuius opinionis corroborõnẽ illud adduci poſ
ſet, traditũ in c. fi. de re iudi. ut in dubio, iudicandũ ſit pro matri
4 monio. † Et quia in caſu dubio, illa pars eligenda eſt, ſm̃ quã mĩ
nus ꝑiudicium partibus inſert, ut tradunt Pau. de Ca. Alex. & a-
5 lij in l. j. ff. ſi qs cau. † Eo magis, cũ ſi tale mr̃imonium nõ demã-
det̃ executioni, ſcandalũ de facili poſſet oriri ex quo d. Marina
fuit ut dr̃ carnaliter cognita ab ipſo Io. Maria. arg. tex. in c. j. in
fi. de cogn. ſpir. & in c. ſuꝑ eo. & not. ꝑ gl. & alios in c. lj. de ꝓſcr.
6 † Et quia uidemur uerſari eo caſu in quo ueritas aliter nõ poſ-
ſet haberi, quo fit ut teſtes alias inhabiles debeant admitti. l. cõ
ſenſu. C. de repud. c. ueniens. il lj. de teſti. per Spe. eo. tit. §. j. uer.
item ꝙ eſt domeſticus, & per doct. in c. tertio loco, de probat.
7 † Prout etiam quia fides & depoſitio unius teſtis etiam inhabi
lis, ut̃ ſupplenda per habiles & idoneos, per quos reintegrat̃, ut
in fi. traditur per Bald. & alios in l. ſi quis ex argentarijs. §. j. ff. de
eden. & per Rom. conſi. cccclxxxvj. In caſu. in fi. ¶ Iſtis tñ mini
mè obſtantib. ɔſiderata facti ueritate ɔ̃ria ſententia uerior eſt,
ut ipſe Io. Maria, omnino liberandus, & abſoluendus ueniat. Et de-
clarandum ſit inter prædictos, mr̃imonium nullum uel ſaltim
8 fuiſſe ɔ̃ctum. † Illud. n. certũ eſt præſentẽ cãm matrimonialẽ eſſe
grauẽ & arduã, ſm̃ d. Abb. & alios in c. ſi pro debilitate, cã de
oſſ. deleg. & in c. cãm matrimonij. & per Spec. in tit. de reſcr. ꝓ-
ſen. §. rõne formæ. ver. nunc ad deſtructionẽ, & per Dec. ɔſ. 133.
9 Viſo proceſſu, col. j. in fi. & ɔſi. cccx. Viſis. colu. j. † In qua cã ꝓꝑ
ſui grauitatẽ requirunt̃ & debent eſſe teſtes oĩ exceptione ma-
iores, ut hr̃ in c. j. de conſang. & affi. ibi. circunſpectas, omni ex-
10 ceptione maiores, & Abb. ibi in iij. notab. † Et alij doc. poſt gl.
10 dicunt, illos omni exceptione eſſe maiores, qui nulla legitima
exceptione poſſunt repelli, ut tradit gl. in uerſ. idoneos, inſti. de
inut. ſtip. §. item uerborum. & Bal. in l. optimã. col. ij. C. de ɔ̃hẽ.
& commi. ſtip. & Alex. conſi. xviij. Viſo. col fi. vol. j. & magis a-
pertè in terminis noſtris. conſi. cxlvj. In cauſa. col. vij. uer. præ-
terea teſtes. uol. v. & And. Barb. ɔſ. liiij. col. iij. in fi. & ɔſi. xlv. col.
j. vol. j. & per Dec. d. conſi. cxxxiij. & ccca. Et poſita pro firma &
ualida præſenti ɔcluſione, uti uera eſt, ɔſiderando oẽs probatio
nes adductas per ipſam do. Marinam, minimè inuenio, eius in-
tentionẽ ſufficienter fuiſſe probatam, nam hucuſq; duo tantum
teſtes per ipſam apparent producti, & poſtmodum examinati,
primus eſt Tadæus, minimè idoneus, nec omni exceptione ma
ior, ex quo quãplures legitimas pati exceptiones. Et primo il-
lã ſatis urgentẽ, quia ſuper interrogatorijs, atteſtat̃ uerum eſſe
non recordari de hmõi facti contingentia, propter quam obli-
uionem, die præcedenti hora ſerotina ſe ipſum contulit ad ple-
banum S. Cantiani, ut dicto aſſerto teſti in memoriam reduce-
ret facti ueritatẽ, ipſumq; plebanũ eidem narraſſe factum, redu-
xiſſeq; ad ſuam memoriã, rem ita ſe hr̃e, prout ipſe plebanus ſi-
bi dixerat. Quibus ex uerbis, apertiſsimè colligit̃, d. Tadæum il
la quæ dixit, non depoſuiſſe ex uera & propria ſcientia, ſed ſolũ
illa depoſuit ex relatione & narratione eidem facta ꝑ ipſum ple
banum & ex eo quia, illa audiuit narrari & referri a d. plebano.
11 † Teſtimonium autem de auditu, & relatione alterius, poſt litẽ
motã nullã facit præſumptionẽ. & minimè eſt recipiendum ex
quo non ſumus in antiquis, ſed in negocio de recenti geſto. c. ꝓ
terea. c. tam literis. de teſti. c. teſtes. iij. q. ix. l. ſi arbiter. ff. de ꝓ-
ba. & per doc. in c. licet ex quadã. de teſtib. & in l. ij. §. itẽ Labeo.
ff. de aqua plu. arc. & Alex. ɔſi. lxxxij. In cã, uol. j. & Dec. conſil.
cccxxj. In cã. col. iij. nu. vij. & alijs ſeq. & apertius cõſ. lxxxij. Vi
ſo proceſſu. nu. j. ubi adducit Archi. Abb. & Rom. ferè in termi
nis nr̃is loquentes, qñ teſtes deponunt de relatione facta poſt li
12 tem motam. † Ad quod ẽt quia ut ipſemet aſſerit, pauꝑ eſt & ni
hil habet in bonis, ut not. in l. iij. ff. de teſtib. & per Spe. eo. tit. §.
j. uer. item ꝙ eſt pauper, & per Io. And. Imo. & alios, in c. ſi qs te
ſtium. ex̃ de teſtib. & Alex. ɔſi. xv. Viſo proceſſu. uol. iij. cũ ɔcor.
13 † Prout inſuper qm̃ Tadæus ipſe magna amicitia, ut ipſe dicit
coniunctus eſt Aloyſio fratri do. Marinæ, qui ipſum Io. Mariam
coegit ut aſſerit̃ eandem Marinam eius ſororẽ deſponſaſſe, & ꝙ
Aloyſius fuit & eſt capitalis inimicus d. Io. Mariæ, & talis amici
tia minimè leuis, teſtem repellit. l. iij. ff de teſtib. l. data culpæ. §.
amicos. ff. de verb. ſigni. c. quoties. eo. tit, & per Spe. in tit. de te-
* ſte. §. j. circa princ. & eſt * cõis opi. ut refert Albert. in trac. de te
ſtib. col. vj. uer. dicto de Inimico. Vbi etiam adducit aliquas de
ciſ. concludentes etſi ab initio nõ ueniat amicus repellẽdus, tñ
ipſum minimè poſſe dici idoneũ concurrentibus inſuper alijs
qualitatibus fidem diminuentibus, ut quamplures in ipſo Ta-
14 dæo concurrunt. † Quartò ob. ipſi Tadæo odium & inimicitia
cauſata inter ipſum & d. Io. Mariã, ex eo quia ipſe Tadæus una
cum Raphaele eius fratre aſſociarunt do. Aloyſium, ut ipſemet
fatet̃ & aſtabat cũ eo ꝓſtans illi fauorem, eo met tpe quo dr̃ ip-
ſum Aloyſium coegiſſe eundem Io. Mariam ad deſponſandam
15 d. Marinam. † Et certiſsimum eſt, ɔſociũ, & participẽ dictæ coa-
ctionis in teſtem non debere recipi, ſicuti non recipit̃ particeps
& ſocius criminis l. qm̃. C. de teſtib. & ibi plenè Bal. & alij, & ꝑ
Spec. eod. titu. § j. uer. item quod eſt ſocius, & iiij. q. iij. §. libe-
ri. & in c. ueniẽs. ubi doc. de teſtib. & hr̃ in l. fi. C. de accuſa. per
Saly. poſt alios, & per Albe. in tract. de teſtibus. car. mihi. viij. co
lum. ij. verſi. conſequenter pro declaratione. & Petr. de Ancha.
conſi. xxiij. Viſa. Fulgo. conſi. cxxxvij Super eo. col. fin. & conſi.
16 clxxiij. In cauſa. col. j. & Io. de Ana. conſil. lix. Viſa. † Et meritò
ex cã prædicta cauſata & orta fuit inter d. Tadæum & Raphae
lem ex una, & d. Ioã. Mariam ex altera capitalis inimicitia, quæ
prorſus a teſtimonio reddendo ipſos hēt repellere. l. iij. in prin.
ff. de teſtib. & ibi gl. allegans concor. c. per tuas. §. nos uerò, de
ſimo. ubi poſt gl. & doc. alia adducunt, & hr̃ in c. cum P. Manco
nella.

nella.& in c.meminimus.de accuſatio. & per Alex.conſ.cxxvij.
17 uol.j.† Prout etiam ipſe Tadæus nullam prorſus fidem facit,ex
quo vt ipſemet aſſerit,affectat & deſiderat uictoriam præſentis
cauſæ in fauorem d.Marinæ,ut in ſum.dicimus de aduocato.l.ſi
18 na.ff.de teſti.c.ſi.eo.tit.lib.vj. † Et de procuratore & ſollicita-
tore,ſecundum d.de Rot.in antiq.deciſ.xj.& deciſ.ſequẽ.& per
Ang.conſi.ccxxxiij.In cauſa.col.iij. & Alex.in terminis noſtris
conſi.cliiij.col.ij.uer.præterea.uol.v.& Alberi.in d.trac.in rub.
19 quando teſt.repell.rat.affect.col.iij. † Ad quod inſuper quia in
eius depoſitione, ſibi ipſi ɔ̃rius reperit̃. Nam interrogatus,ſup
xxv.interrogato.& xxxij.dicit nulla uerba minatoria fuiſſe di-
cta p ipſum Aloyſiũ & tñ ſuper tertio interrogato. apertiſsimè
depoſuit Aloyſiũ erga ipſum Io.Mariam imperatiuè loquendo,
dixiſſe uelle tale matrimonium celebrari illomet ſero,& ꝙ Ioã.
Maria inſtabat,ut ſinerent ipſum abire , & Aloyſius recuſauit,
qui poſtmodum vt percepit a d. Marina eius ſorore eã fuiſſe ꝓ-
gnantẽ & grauidã, dixit erga Ioã.Mariã potius ſeipſum uelle in
terficere,quã ipsũ abire ꝑmittere, q̃ uerba,nedũ minatoria,uerũ
metum inducentia ſunt & oſtendunt, & ideo tanquam uarius,
& ſibi ipſi ɔ̃rius nedũ repellendus uenit , verum puniri debet.l.
ij.l.qui uaria.ff.de teſti.l.eos.ubi pleniſsimè Barto. ff. de falſis.
& per Alex.in l.inter ſtipulantem.§. ſi Stichum.col.v.ff.de uer.
ob.& Tindar.in tract.de teſt.uarian.& Dec.conſ.viij.num.viij.
20 †Et qui in uno falſus reperitur, in omnibus redditur falſus.c.ſi
ſcripturas,& ibi gl.ix.diſt.& per pract.Pap.car.xxxj.col.j.uer.
ſed quid dicemus.& Alex.conſi.cvj.uol.iiij.& Corn.ɔſ.ccxvij.
Viſa.uol.ij.& Soc.conſi.lvj.nu.xiij.uol.iiij.& Iaſ.in l.ſi ex falſis.
in ſi.C.de tranſact.& Io.Crot.in tract.de teſti. nu. ccclxxxviij.
21 ¶ †Secundus teſtis per d.Marinam productus eſt quidam ple-
banus, & presbyter,qui prohibitus eſt intereſſe nuptijs clande-
ſtinis,conſequenter ſemiplenam probationem minimè facit,vt
per illum tex.no.do.Præpoſi.in c.cum inhibitio. colu.j. & ij.de
clande.deſponſa.prout ẽt fidem non facit,nã & ſi nominatus &
ꝓductus p ipſam Marinã appareat, tñ illo tpe nõ erat præſens,
22 nec iur̃m præſtitit ipſo Io.Maria ꝓſente ſeu ad id citato.† Et in
quo loco ſuum teſtimoniũ explicauerit ſeu iur̃m præſtiterit, in-
certum eſt,quo fit ut eius depoſitio nulla prorſus reddat̃.cap.in
nomine,ubi diffuſè doc.de teſti.per gl.Bar.& alios,in l.ſi quñ.C.
eo.nu.viij.& xiij.& Lanfran.c. quõ ɔ̃.de prob.in uer.teſtiũ de-
23 poſitiones.col.iij.uerſ.quæro ſexto,nu.xiij.† Et quia ſi uerba de
poſitionis conſideramus uarius , & ɔ̃rius ſibi ipſi reperitur, nã
ſuper vigeſimo interrogatorio dicit pro ſuo cognoſcere, Io.Ma
riam non fuiſſe in aliquo timore,& tñ ſuperius in alijs interro-
gatorijs aperte dicit d.Aloyſium , & Io. Mariam fuiſſe alterca-
tos,nã ille volebat diſcedere,& Aloyſius recuſabat,qui poſtmo
dum percipiens ſororẽ eſſe grauidã erga Io.Mariam dixit poti⁹
ſe velle interficere,q̃ uiuere cũ tali ignominia,& ꝙ permitteret
ipſum Io.Mariã abire,imperatiuè ẽt dicendo,velle illo ſero ma-
trimoniũ celebrari,quæ uerba minatoria,& iratè dicta an me-
tũ inducant quiſq; dijudicare põt, ex quib.infert̃,ipſum pleba-
nũ fuiſſe,& eſſe uariũ,& ſibi ipſi ɔ̃riũ, ɔ̃ñr repellendũ,ut ſupius
deduximus.Nec ẽt caret affectione erga Marinã,dum in xxv.in
terrog.dicit ſe perſuaſiſſe Io.Mariæ,ut tale mr̃imoniũ ɔ̃heret,&
ſeipſum poneret in locum Aloyſij, & affectans cãm,fidẽ mini-
mè facit,vt oñdimus. ꝓterea in multis plebanus iſte ɔ̃riatur Ta
dæo,& uarij reperiunt̃ in eorũ dictis. Nã iſte plebanus dicit ſta
tim ſibi ingreſſo domũ,Aloyſium dixiſſe,ꝙ faceret verba ɔcer-
nentia mr̃imoniũ cuius ɔ̃rium aſſerit Tadæus,ſecundo dicit ſe-
creto fuiſſe allocutam Marinam primo,& demũ Io.Mariam,cu
ius oppoſitum dicit Tadęus, tertio plebanus aſſerit verba con-
cernẽtia mr̃imoniũ,ſemel tm̃ dixiſſe, Tadęus verò affirmat bis
& geminatè,illa verba fuiſſe per eum prolata, & vlterius pleba-
nus atteſtat̃ dicta verba primo dixiſſe erga Marinã,& demũ er-
ga Io.Mariam, cuius oppoſitum refert Tadæus ꝙ ulterius dicit
poſt uerba,Marinam,& Io.Mariam inuicem tetigiſſe manus,&
oſculũ dediſſe , de quo oſculo plebanus uerbũ aliquod minimè
facit,qui poſtremò dixit omnes maſculos tunc temporis ibi eſ-
ſe ſtantes , & tamen Tadæus aſſerit Io. Mariam ſedentem ſuper
24 puteo.† Vnde cum in tot,& tantis uariantes ſint, & ſibi ipſis ɔ̃-
trariantes,integri dici minimè poſſunt, quinimò repellẽdi ueniũt.
d.l.eos.& d.l.qui uaria.cum alijs.ſ.allega. & plenè per Mod.in
c.per tuas.de prob.& per pract.Papien.car.xxxij. col.j.uer.ua-
rij,& in uer.inuicem contrarij,& per.do.Ant.& Abb.in c.nihil
25 obſtat.de uerb.ſig.† Et conteſtes minimè dici poſſunt, ſed ſin-
gulares,quo caſu minimè probant.c.cũ dilecti.c.bonæ.de elec.

c.licet cauſam.de prob.l.ut iuſiurandi,& ibi Bal.C.de teſti.& p
Mod.poſt alios in c.tam literis.extra co.cum vulg.Rapha. autẽ
alius teſtis nominatus,minimè autem productus,nec adhuc e-
xaminatus ex pluribus recipi non debet,nec receptus fidẽ facit.
26 † Tum quia pauper ut diximus ſupra & debitor fugitiuus,& de
coctor,& ɔ̃ñr infamis,ut dicit Bal.citatus per Io.Bap. de S.Se-
uer.in trac.de debitor.fugit.& a teſtimonio repellit̃ infamis,vt
per Cy.Bar.& alios in l.j.C.de ſum.Tri.& ẽt in l.iij.§.de lege Iu
lia.ff.de teſti.& plenè per Alb.in d.tract. de teſt. in rub.quñ teſt.
repel.rat.inf.Tum quia eſt amiciſsimus Aloyſij, ut deduximus.
ſ.Eo ẽt quia eundem Aloyſium aſſociauit, & cum ipſo erat præ
ſtando fauorẽ uocando plebanũ, & ibidem aſtando, ut Io.Ma-
ria deſponſaret Marinam, & affectat, & deſiderat uictoriam in
pñti cã pro ipſa Marina,quæ ſingula faciunt ipſum inhabilẽ, ut
deduximus ſuperius erga Tadęũ,prout ẽt penitus eſt repellen-
dus,quñ ea cã prædicta fuit,erat , & eſt capitalis inimicus ipſius
Io.Mariæ,vt ſ.ɔcluſimus. Eo ẽt quia poſt dictã cãm inducentẽ
capitales inimicitias,ſuperuenit, & alia,nã ipſe Raphael tribus
vulnerib.lęthalib.vulneratus fuit inculpãdo Io. Mariã fuiſſe au
ctorẽ,& cãm dictorum vulnerum,& minatus eſt d.Io.Maria vel
27 le de vulneribus vindictã facere.† Quæ inimicitiæ ipſum pror-
ſus repellunt,ẽt ſi proceſsiſſent culpa , & cauſa ipſius Io. Mariæ
vt firmat Ant.de But.in c.ueniens.il ij.de teſt.& Alex.ɔſi.xcix.
In cã.uol.j.& Iaſ.in l.hæreditas,nu.iiij.C.de his quib.ut indig.
28 † Et in caſu pñti,ſatis eſt ꝙ talis inimicitia vigeat,& ſubſiſtat tẽ
pore quo teſtis iurat,licet ꝓ antea non fuiſſet,vt hr̃ in l.ſi arbi-
ter.C.de ſent.& in l.j.C.de teſta.& ibi Iaſ.col.iiij. uer.ult.ante-
quã,& p Dec.in terminis nr̃is ɔſi.clxiij. In cã,col.pen.nu.xj.v-
bi allegando plures alias deciſ.firmat qualitatẽ teſtis,an ſit ha-
bilis idoneus uel ne , eſſe conſiderandam tpe quo teſtificatur .
29 †Nec iſtis obſtat ſi diceret̃ iſtos teſtes ſemel fuiſſe admiſſos,ɔ̃ñr
debere facere aliquã probationẽ eſto ꝙ non deberent admitti,
ſm̃ Bart.in l.maritus.ff.de quæſt.& per Abb.in c.de cętero. de
teſti.& per Felyn.in c.cum dilecti.de accuſ.col.pen.Nam ceſſat
obiectio, quñ examinatur ille cui lex reſiſtit, tunc eñ nullã facit
fidem nec indicium,& admiſſus nihil probat, ſm̃ Fel. in d.c.cũ
dilecti.in iij.limi.& Alex.d.cõſ.cliiij.vol.v.& Dec.d.ɔſ.cxxxiij.
30 Et d.ɔſi.cccx.† Item tollitur obiectio quñ ɔ̃ teſtem fuit oppoſi-
tum,vt factũ apparet in cã præſenti, tunc.n.receptus nihil pro
bat,ut dicit Aret.in c.ex parte.car.v.de teſti.quẽ refert & ſequi
31 tur Fely.adducens ɔcor.in d.c.cũ dilecti.in v.limita.† Eo ẽt quia
tales oppoſitiones ɔ̃ teſtes factæ fuerunt reſeruatæ , vt tradunt
oẽs in c.ꝓſentium.de teſti. & diffuſè p Iaſ.in l.admonẽdi. ff.de
iu.iur.col.viij.primo,licet regula ſit,& faciunt tradita p Alexã.
ɔſi.cxviij. Viſa,& duobus alijs ſeq.vol.iiij. Ex quibus infert̃ ne-
ceſſario,tale aſſertum mr̃imoniũ minimè fuiſſe probatum. Et in
ɔ̃ñtiam.d. Io. Mariam debere abſolui,& declarandũ eſſe in ſui
fauorẽ,cũ actrice non probante,reus uenit abſoluẽdus &c. ſm̃
iura vulga.& cõia . Quibus non obſtant adductæ ſuperius in ɔ̃-
rium. Nam mr̃imoniũ clandeſtinè ɔ̃ctum , tunc demum tenet,
quñ eſt probatum ſufficienter,& ɔcludentur,fuiſſe ɔ̃ctum, & ſic
per conteſtes,& omni exceptione maiores,ut probat̃ in iuribus
ibi alleg. quæ penitus ceſſant in iſtis teſtibus per ipſam Marinã
32 productis , ut ſuperius apertè fuit oñſum & deductum . † Nec
obſtat.c.ſi.de re iudi.nam non ſumus in dubio ſed in caſu aper-
tiſsimo & claro,in quo probationes adductę p Marinã ſunt in-
ſufficientes & inconcludentes, & iudicandũ eſt ſuper caſu cla-
ro & verò,cum requirantur probationes apertiſsimę & clariſ-
ſimę necnon,& ɔcludentes,ut deduximus ſuprà,& firmat Dec.
d.ɔſ.cxxxiij.nu.iij.& col.ſi.& alibi ſæpius, & quia ſumus in cla-
ro & non in dubio,pars iſta clara eſt eligẽda,qua ſtante,Io.Ma
ria inuitus cogẽdus non eſt,ad tale mr̃imoniũ,nec tali ſeruituti
adijciendus cum matrimonia debeant eſſe libera, ut ſtatim di-
33 cemus.† Nec ob.illud de ſcandalo.Nam Alex.ɔſi.clij.col.ij.vol.
v.& Dec.d.ɔſi.cxxxiiij.in ſi.allegantes alias deciſ.rñdent a ueri
tate nõ eſſe recedendũ rõne ſcandali,eo magis cũ hic nullũ im-
mineat ſcandalũ,nec ɔſtet,ipſum Io.Mariã, fuiſſe amore proſe-
cutũ d.do.Marinã,nec ꝙ ipſã carnaliter cognouerit,& aſſertio
34 ni.d.Marinę minimè eſt ſtandũ,iurib.uulg.† Minus ob.qđ dice
bat̃ tales teſtes inhabiles debere recipi,ex quo aliter ueritas hr̃i
non põt.Nã procederet obiectio,quando eſſemus in caſu,& a-
ctu, ex cuius natura alij teſtes ueriſimr̃ nõ poterant interueni-
re,ſecus in actu & caſu ꝓſenti,in quo ueriſimr̃ alij poterãt inter
uenire & habiles,ut poſt gl.dicit do.Ant.ĩ d.c.iij.loco,de ꝓb &
Fel.ibi col.ij.& in c.de cętero.col.ij.e.ti.& Alc.ĩ termi nis nr̃is,

conſi.cl. &clij.& cliiij.uol.v. & Soc.ꝯſ.xvij.col.iij.uol.j.& Dec.
35 d.conſi.cxxaiij.nu.vj.& d.conſ.cccx.nu.iij.† Poſtremò non ob
ſtat ultimum in quo dicebat, fidem unius teſtis poſſe ſuppleri
p alios teſtes habiles, nam ſumus extra illam doctrinā ex quo
in caſu pſenti nullus adeſt habilis,& idoneus,& oēs ſunt imper
fecti,& non entium non poſſunt conſiderari qualitates aliquæ.
36 l.eius,In prin.ff.ſi cer pet.† Prout ceſſat obiectio ea quo hic ad-
ſunt in uno quoq; teſte quamplures defectus, ꝯ quos non fuit
oppoſitum ut apertè deducit allegando deciſ. Dec.in d.conſil.
37 cxxaiij.col.ij.in fi.& col.iij.& d.conſ.cccx.col.ij.in prin.† Nec
iſto caſu teſtes iſti ſunt coniungendi, cum nullus de per ſe con
ſideratus aliquid probet, & multa de ſe imperfecta,non pñt v-
num perfectum conſtituere,nec ad id pñt coniugi, ſm Bal.in l.
ſi quis ex argentarijs.§.j. de eden.& in l.Spadonem.§.quarta.de
excuſ.tut.& Alex.d.conſi.cl.col.fi.& conſi.ſeq uol.v.& Fely.in
d.c.ueniens.& in d.c.cum cauſam. & plura adducit Iaſ.in l.ad-
monendi,de iu.iur.car.xxiiij.col.j.uer. iſtam ꝯcluſi.notabiliter
38 limita.† Nec in ſupplementum poteſt eſſe locus delationi iura-
menti,cū nullus adſit teſtis idoneus,& oēs ſint ſingulares inha-
biles,minimè integri,ꝯrij,& penitus repellendi,ad plenè tradi-
39 ta,in d.l.admonendi.cum ꝯcor.† Et quia uerſamur in cā matri-
moniali graui & ponderoſa,& in qua agit̄ de ſtatu & ſeruitute
hominis,pp quæ iurm̄ deferri non pōt,ſm gl.& ibi doc.in c.fi.
de iur.iur.& Imo.in c.mulieri.eo.tit. Bal.in l.bonæ fidei.col.ij.
C.de reb.cre.Pau.de Ca.& Alex.in l. iij. in prin.ff.de iur.iur.&
Alex.conſ.cxliij. Qm̄, uol.ij.& ſequitur Dec.d.ꝯſ.caxxiij.col.
40 ij.nu.ij. ¶ † Secundò principaliter ipſe Io.Maria abſoluendus
eſt,& in eius fauorem pronunciandum eſt, qm̄ per eoſdemmet
teſtes per ipſam Marinam productos, & quos ſemel approba-
uit,& ulterius reprobare non pōt, ut hr̄ in l.ſi quis teſtib. C.de
teſtib.& Doct.oēs ibi not.adducentes concor. Apertiſsimè pro
batum apparet,ſi quod matrimonium tunc fuiſſet ꝯctum illud
41 per metum ꝯctum fuiſſe per ipſum Io.Mariam. † Et illud cer-
tiſsimum eſt,matrimonium ꝯctum per metum non tenere, nec
ſubſiſtere ſed eſſe ipſo iure nullum,ut firmant ſac. Theol.in iiij.
ſenten.diſt.xxix.& eſt tex in c.cum locum.de ſponſ.ubi Ab.col.
iij.& reliqui ſcrib.iſtuā firmaui,allegātes ꝯcor. & hr̄ in l.Titio,
in prin.ff.de verb.oblig.& in l.ſi mulier.§. ſi dos. ff.quod met.
cau.& tradit Abb.in c.Abbas,col.ij.uer.iiij. quod met.cauſa.&
Iaſ.poſt alios in l.interpoſitas,in j.fal.C.de tranſac.& hr̄ in c.de
muliere.& in c.ueniens,il ij.& in c.conſultationi. de ſponſ.& p
42 do.de Rot.in no.in tit.de renunc.deciſio.v.cum ſim.† Nec im-
meritò,quoniam licet in omni actu requiratur conſenſus, & ſi-
ne eo factus non ualeat l.ſi per errorem.ff.de iuriſd.om.iud.l.j.
43 ff.de pact.cum concord.† Tamen in matrimonio nedum requi
ritur conſenſus mutuus & purus quinimò in eo adeſſe debet &
interuenire conſenſus cum plena libertate,& ſecuritate,ut dicit
tex.in d.c.cum locum.& in c. cum ſignificanit,de eo qui dux.in
44 matri.&c.† Et confirmatur,nam ubicunq; ad ſubſtantiā actus
requiritur diſpoſitio qualificata, non dr̄ iuri ſatisfactum,niſi in
teruenerit actus ille qualificatus,ut dicit gl.in c.norificalti. axx-
45 iij.q.v.¶ † Nam qualitas informat ſubiectum cui inhęret. c.ſta-
46 tutum,de elec.lib.vj.c.ubi periculum.§.cæterum.eod.titu.† Et
quia in matrimonio requiritur uoluntas cum plena libertate,&
ſecuritate ut deduait & tenet Abb.in d.c. Abbas,infertur neceſ
ſario ꝙ uolūtas,& libertas, neceſſaria ſunt in ipſo matrimonio.
Et ſi adeſt uoluntas & non libertas, non pōt dici ſatisfactū di-
ſpoſitioni iuris,nec matrimonium ita celebratum poterit ſubſi
47 ſtere,iuribus & deciſ.quibus.ſ. ¶ † Metus .n.ut traditur in l.j.
ff.quod met.cau.eſt trepidatio mentis,periculi inſtantis uel fu-
48 turi,& tollit libertatem.† Qua de cā Spiritus ſanctus,in ore prę
toris poſuit ut geſtū per metū, non eſſet ratum & firmū ſed nul
lum,toto tit.ff.C.& extra quod me. cā. ut dicebat Raymun. de
pe.ſanc.quē refert & ſequit̄ Bald.in rub.de controuer.inueſti.
49 † Nihil.n.ſub cœlo eſt ita ꝯrium uoluntati,& libertati,ſicut me
tus.l.nihil ꝯſenſui.ff.de regu.iur.c.ſuper hoc,& ibi Abb.de re-
50 nun.† Et ꝙ mtrimoniū metu ꝯctum ipſo iure reddatur nullū tra
dit Bal.aſsignans aliam rationem in trac.ſciſmat.col.xij.uerſic.
ubi eſt conſiderandum,& aliam adducit Barb. ꝯſil.liiij.col.vij.
uol.j.& Alex.plura accumulat conſi. acix. Quoniam.& conſil.
c.In caſu,uol.iij.quæ conſilia repetita ſunt in iiij. uol.in ordine
xlvj.& ſeq.& etiam tradit Alex.conſi.nlt.uol.iij. & ꝯſi.clvj. Vi-
ſo proceſſu.uol.v ut etiam facit Corn.conſi.alj.Videtur,uol.ij.
& Barb.conſi.liiij.Illud afferam,& conſi.ix. Sapienter.uol.j. &
alij quamplures conſuluerunt iſtud firmantes citati in locis ſu-
51 perius allegatis.† Et in materia præſenti,iuſtus metus,& cadēs
in conſtantem uirum eſt metus mortis, uel cruciatus corporis,
ut per illum tex.dicunt Bat.& alij,in d.l.interpoſitas.& gl.in l.
metum.la j.ff.quod met.cauſa,& probatur in l.continet. in fin.
52 eo.tit.& in c.cū dilectus.extra eo. † Prout etiam iuſtus metus
eſt,quando quis dubitat uulnerari ſecundum Bal.in l.fi.in prin.
col.j.uer.ij.noto.C.de iure delib. cum alijs traditis per Abb.&
alios in c.j.& in c.ad audientiam.quod metus cauſa,& in d.c.ue
niens.& d.c.conſultationi.& per glo.& docto.in d.c. cum locū.
& per Bald.in c j.§.item ſacramenta,de pace iura.firm.& diffu-
sè per Alex.Corn.& Barba.in conſil.ſupra cita.Cum igitur ipſe
Ioan.Maria,ut teſtes per Marinam producti deponunt,tempo-
re nocturno,ſolus in diploide,& ſine armis fuiſſet repertus in do
mo in qua Marina habitabat per Aloyſium fratrem ipſius Ma-
rinæ,aſſociatum a prædictis Raphaele & Tadæo,& armatū vna
daga,& in qua domo erāt alia arma haſtata,& in ſuperiori par-
te domus adeſſet pr̄ dictæ Marinæ homo ſubitus & terribilis.
53 † Et ipſe Ioan.Maria aſconditus eſſet ſubtus ſcalam, & demum
coactus inde exire pallidus & tremens, quæ ſigna timorem ar-
guunt,ut traditur in diffinitione metus, & citando alios refert
Par.de ſyndic.in uerſi.tortura.col.mihi iiij.uer. repertus in cri-
mine,& col.ix.uerſi. & adde. & quæſierit pluries inde exire,&
eidem non fuiſſet conceſſum, nec permiſſum, & ipſe Aloyſius
feciſſet uenire plebanum eique dixiſſet,ut faceret uerba concer
nentia matrimonium,& ipſe Io.Maria apertè diceret ſe non fa-
cturum uoluntariè ſed per uim,& coactè,& peteret dimitti,& in
de exire,& dom.Aloyſius imperatiuè loqueretur uelle illo ſero
matrimonium celebrari,& ulterius cum percepiſſet a do.Mari-
na eius ſorore eam eſſe prægnantem,iratus dixerit, potius uelle
ſe ipſum interficere,quàm dimittere ipſum Io.Mariam abire,&
quàm uiuere cum illa ignominia, uerbo facto & re ipſa oſten-
dendo eius animum, & incutiendo metum iuſtum & cadētem
in quemcunq; ꝯſtantem uirum, ita repertum, nedum in ipſum
Io.Mariam,pacificum,quietū,natura debilē, minimè rixoſum,
pauidū,timidum,ſolū,ſine armis,necnon mercatorem,& modi
54 ci animi,& ſpiritus.† Et quia uoluntas nedum uerbo,ſed re ip-
ſa & facto datur intelligi.l.de quib.circa fi.ff.de legi.l.Pan.ff.rē
rat.hab.l.reprehendenda.C.de inſtit.& ſubſtit. & Aloyſius ipſe
uerbo & facto armatus & aſſociatus apertè,& geminatis uicib.
dixerit,uelle tale matrimonium tunc tpis ꝯhi,& ꝙ nullo modo
uolebat permittere ipſum Io.Mariam inde abire ſed potius mo
ri.Minimè dubitandum erit Io. Mariam per metum,tale aſſer-
55 tum matrimonium ꝯxiſſe. † Tum conſiderata dicta facti ſerie.
Tum quia id proteſtatus eſt,declarando animum ſuum,ad ple-
nè tradita in d.c.j.quod met.cā.& in c.cum M.Ferrarien.de cō-
ſtit.& in c.ſollicitudinem.de app.per Bar.& alios,in l.qui in u-
tiena.§.fi.ff.de acquir.hære. & diffuſè per oēs in l.non ſolum.§.
56 morte.ff.de nō.ope.nuncia. † Tum etiam conſideratis actibus
poſtmodum ſubſequentibus, per quos poſtquam inde ipſe Ioā.
Maria exiuit,perſiſtens in ſua primæua uoluntate, dicto aſſerto
matrimonio ſemper contradixit,prout contradicit, & nunquā
illi conſenſit, per quos actus ſubſequentes, declaratur quis &
qualis fuerit eius animus in præteritum. l.ſed Iulianus.§.ſed ſi
ab initio.ff.ad Macedoni.l.ſi qui.C.de adult.§.Pauonum.inſtit.
de rerum diuiſione.& probatur in c.conſultatione. & in c.ad id
de ſponſa.& per Alex.dicto conſi.xcix.in fine, & conſi.c.col.fi.
57 uol.iij.† Nec ipſe Ioan.Maria debebat ulterius expectare quòd
interficeretur, ſeu uulneraretur a do. Aloyſio ſeu eius patre, ſi
ipſum uocaſſent,ut ſunt apertiſsimę deciſio. infra citandæ. Ad
inducendum enim iuſtum metum ſufficientes fuerunt actus ſu
perius annotati,ut dicit Barto.in l.j.§. ſi quis tamen.ff.quod ui
aut clam,& Bal.in d.trac.ſciſma.col.xiij. & Alex.Corn. & Bar-
ba.ubi.ſ.& Abb.conſi.lx.Quoniam ſatis.col.pen.uer.iiij.uol.j.
firmans ꝙ etiam ſi actualiter uis non inferatur, tamen ſufficie
probabiliter timeri hoc inferatur,per tex.ſingularem in l.nouiſ-
ſimè.in prin.ibi,qui enim.ff.quod ſal.tuto.anct. & quamplures
alij ſequunt̄ relati p Fely.in d.ca.cum M.Ferrar. col.x. & in c.j.
58 col.j.de offi.deleg.& in c.fi.in fi.de re iud.† Et quia ipſe Io.Ma-
ria,erat inermis ſolus,modici ſpiritus & animi & ita repertus & #
du.Aloyſius armatus,& aſſociatus prędictis Tadęo,& Raphae-
le inſtabat, ut matrimonium contraheretur imperatiuè loquen
do & uerbo & facto ad id oſtendens eius animum,nec permit-
tēdo Io. Mariam inde abire Iuſtiſsimo timore ductus tale aſſer
tum matrimonium ꝯxiſſe dicitur,ut etiam probatur in l.j.§.qui
armati,ubi Ang.& alij not.ff.de ui & ui ar.& per Alex.Corn.&

Barbat.

59 Barbat.plenè in conſi.ā.allegato.† Eo etiam quia ipſe Io.Maria
cuſtodiebatur & obſeruabatur ne inde recederet, ut punctaliter
dicit Alex.conſi.c.col.ij.& Barb.d.ꝯſi.liiij. col.avj.& Cor.d.ꝯſ.
60 xlj.col.ij. † Et uerè nullus iudex aliter poterit arbitrari, niſi ta-
lem metum multipliciter fuiſſe iuſtiſsimum,cum id ciuaſano ar
bitrio remittatur.l. iij.in fin.ff. ea q.cau.& per Inn.in c.cum di
lectus.quod met.cau.& Bal.in d.§.item ſacra. & Anch.ꝯſ.cxax.
alias.cexcix. Viſa ſupradicta,& Cor.d.ꝯſi.alj.col.iij.uerſi.prout
61 ad iudicis.& Dec.ꝯſil.ccxix. Viſo puncto.num.iij.† Metus enim
continet in ſe dolum,qui ex coniecturis,indicijs & circūſtantijs
probatur.l.dolum.C.de dolo.c.ij.de renun.li.vj.& per Bal.in d.
§.Item ſacra.col.j.& iiij.& Anch.d.ꝯſi.cexcix.col.j.& faciūt no
62 ta.in c.ſuper his.de preſumpt.† Hinc dicimus magis credendū
duob.teſtibus aſſerentibus de metu,quā decem deponentib.de
ſpontanea uoluntate,ſm Ang.in l. nō eſt uериſimile. ff.qđ met.
cau.& tradit Alex.in terminis noſtris.d.ꝯſi.acix. col.iij.& d.ꝯſ.
c.col.ij.& in alio ꝯſi.clvj.in prin.& col.ij.uol.v.& Corn. d.cōſi.
xlj.col.ij.& Barb.d.ꝯſi.liiij.col.j.& ij.& conſi. la.col.v.& Dec.
63 d.ꝯſi.ccix.col.j.& fi.† In his enim quæ ſunt difficilis probatio-
nis lex ꝯtenta eſt indicijs & coniecturis,ſm Barto.in l.ſi quis id
hoc.C.de epiſ.& cler.& in caſu noſtro tradit Alexā.d. ꝯſi.acix.
col.pen.& d.ꝯſi.clvj.col.j.& ij.& bene faciunt tradita per Abb.
in c.j.quod met.cā.per tex.in d.c.conſultatione & Cuma.conſi.
lavij.In præſenti.col.ij. ubi pulchrè loquitur cum alijs alleg. p
64 Dec.d.conſi.ccxix.nu.iij.† Et confirmantur iſta. Nam quando
matrimonium ꝯhitur liberè, non interueniunt qualitates,& a-
ctus ſuperius expreſſi. qui clarè oſtendunt contrahentem libe-
rè non ꝯaiſſe ſumpto argumento a ſolitis, & communiter acci-
dentibus.l.neque natales. C.de prob.l.certi conditio.§.ſi num-
65 mos.ff.ſi cer.pet.cum ſi.† Et illud quod non eſt uеroſimile reij
ci debet & non admitti,tanquam ſit imago falſitatis,ſm Bal.in
l.j.C.de ſeru.fug.& in rub. C.de prob.ubi repet.plura accumu
lans ut in caſu nro facit Barb.d.ꝯſi.liiij. col.iij.& ꝯſi.alvij.Præ-
66 clarè.col.j.uol.ij.& Alex.d.ꝯſi.clvj.col.pen.uol.v.† Hinc Bald.
in d.l.interpoſitas.in prin. dicebat, metum præſumi, qn̄ fit ali-
67 quid,quod non eſt uеroſimile fieri.† Et idem Bal ꝯſi.cciiij.Lō-
gum thema.in fine,uol.iij.aſſerit haberi debere pro probato id
cuius ꝯrium non eſt credibile,nec perſuaderi poteſt alicui bono
uiro,& ualidum eſt argumentum a uеroſimili.l.nuptura.in fi.ff.
de iu.dot.l.fi.ff.quod met.cau.c.quia uеriſimil. de prẹſump.Ea
quibus infertur ualida & firma conclu.tale matrimoniū ſi quod
ꝯctū fuit per ipſum Io. Mariam fuiſſe meticuloſè & coactè ꝯ-
68 ctum & ꝯſūr nullum & inualidum nec ſubſiſtere mō aliquo.† Et
prædictis obſtare non habet.ſi diceretur talem metum non ha-
bere prodeſſe.d.Io.Mariæ, ea quo ſua colpa incidit in actum di
cti metus,argu.eorum quæ hn̄r in l.ſi mulier.in prin.ff.qđ met.
cau.& in regu.damnum.de regu.iu.lib.vj.qm̄ ceſſat obiectio ex
eo quia talis colpa non fuit ad id ordinata, ſm glo.in uer.ſuſpē
ſus.in c.quia diuerſitatē,de conceſ.præb.& per Fely. & Moder.
69 latè in c.cum inter.nu.xxxij.de except. † Prout etiam ceſſat,nā
& ſi probata eſſet eius culpa,& quod fortius eſt,ſi fuiſſet reper-
tus cum do.Marina in actu uenereo,tñ non propterea culpa il-
la inducit ualiditatem matrimonij per metum ꝯcti, eſtoq; de-
diſſet cām actui meticuloſo ita tex. apertus in c.ueniens.il ij.de
ſponſ.& poſt alios do.Præpo.ibi col.fi.iſtud firmat,reſpondens
ad d.l. ſi mulier. ut iſto caſu non procedat, ex quo matrimonia
debens eſſe libera, & colpa præcedens non reddit illa per metū
contracta ualida,& magis in terminis iſtud tenet Alex. in d.ꝯſ.
c.col.j.uol.iij.& eſt gl.& ibi nota.Archi.& do.Præpoſi.in c.cle-
ricum.l.diſt.& idem Præpoſi.poſt alios in ca.ad eius,in fi.v.di-
70 ſtinc.ubi obiectioni alio modo reſpondet. † Minus poſtremò
obſtat ſi diceretur, talem metum fuiſſe purgatum, ex quo poſt
deſponſatam Marinā,tetigit eius manum. & eam fuit deoſcula-
tus,& una cum alijs, poſtea aſſociauit plebanū ad ipſius domū,
argu.nota.per Bar.& alios per illum tex. in l.ij.C. quod me.cā.
& in c.ueniens.el j.& c.conſultationi. & c.ad id quod.de ſpon.
Nam ceſſat obiectio, quoniam talis tactus manus & oſculū aſ-
ſertum,geſta fuerunt eo inſtanti,& eo tpe,& durante eadē cau-
ſa metus,& fortius ſi eo tunc carnaliter cognouiſſet do.Marinā,
non propterea metus præcedens,& qui durabat, diceretur eſſe
purgatus,ut in ſimili dicunt Bar.& alij in d.l.ij.& Pet.de Anch.
d.conſi.ccacix.Et in terminis noſtris tradit Abb.in d.c.conſul-
tationi.& in d.c.ad id quod.ubi pleniſsimè do.Præpoſi.& idem
Abb.& Prẹpoſi.in c.peruenit.col.ij.xviij. diſt.& ſequitur Alex.
d.conſi.xcix.col.pen.& fin.& ꝯſi.c.col.pen. & fi.uol.iij.& Cor.
d.conſi.xlj.col.pen.uol.ij.& Barb.d.conſi.liiij.col.xvij.uol.j.&
conſi.ult.col.xiij.uol.ij.& multa accumulat Dec.d.conſi.ccxix.
col.pen.& fin.nu.viij.& ſeq.Et illa aſſociatio plebani nullam ha
bet ꝯſiderationem cum tendat ad actum penitus & proſus ex-
traneum & diuerſum,ex quib.minimè infertur ſm iura uulg.&
cōia.Conſequenter omnibus ꝯſideratis ꝯcluſio erit ualida & fir
ma aſſertum matrimonium non eſſe ſufficienter & ꝯcludenter
probatū. Et ſi aliqua minus ſufficiens ipſius coniectura dedu-
cta appareret. Tamen ex teſtibus per ipſam Marinā productis,
apertè ꝯſtat,meticoloſè & coactè per ipſum Io.Mariā fuiſſe fa-
ctum & celebratū,& ſic nulliter & inualida. Ex qua inferī pro-
nunciandum eſſe in ſauorem. d. Io. Mariæ confirmando ſniam
pro ipſo primo loco datā & declarando male fuiſſe iudicatū ſe-
cundo loco,ꝯ illam primā. Eo magis cum aſſerta ſnia ſecunda
apertiſsimè & notoriè,ex ſuperius deductis appareat iniqua,&
iniuſta,ꝯtinens apertiſsimā,& manifeſtā iniuſtitiā, ac iniquita-
tē, de cuius nullitate in præſenti aliquid minime dico ex quo,
q̄plures deductæ fuerunt per peritū.d.aduocatū,& procurato-
rē ipſius Io.Mariæ. de quarum nullitatum ueritate diſcuſsio re
mittiī ſano, & integro iudicio integri & peritiſsimi bn̄tis iudi-
care. Et iſtę ſatis in p̄ſenti erunt, quo ad cōmodū & uictoriam,
necnō & optimum ius.d.Io.Mariæ oſtendendum. Pariſ.Pad.

SVMMARIVM.

1 *Sententia euidenter iniuſta,& manifeſtè iniqua,ex eiſdem actis,nō eſt confirmanda nec exequenda.*
2 *Vxor petens ſeparationem thori,& dotis reſtitutionem,ſuccumbit ſi non probat,quæ opponit marito.*
3 *Separatio thori non conceditur propter paupertatem mariti.*
4 *Paupertas non priuat maritum fructibus rerum dotalium.*
5 *Et ſi dos conſiſtit in rebus ſtabilibus, non uenit ex hac cauſa reſtituenda ſi maritus illas bene adminiſtrat.*
6 *Paupertas mariti formiter probanda eſt, ut conſtante matrimonio dos reſtituatur.*
Quando diſpoſitio requirit aliquam qualitatem illa probanda eſt.
7 *Matrimonium ſeparatur quo ad thorum propter ſæuitiam & ſeueritatem mariti,& dos uenit reſtituenda uxori iſto caſu & cōſtante matrimonio,& nu.12.*
8 *Maritus & uxor ſunt ſocij diuinæ,& humanæ domus.*
9 *Thorus ſeparatur ſi maritus uerberat uxorem, ſed contra numero 33.& 39.*
11 *Semel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere.*
12 *Fit ſeparatio thori quando maritus capitalis odia proſequitur uxorem.*
13 *Et propter ſæuitiam fit ſeparatio, etiam ſi uxor dederit cauſam timori.*
14 *Cauſa ſeparationis thori & matrimonialis grauis eſt & ardua.*
15 *Et in ea requiruntur probationes concludentes.*
16 *Et teſtes in illa deponentes debent eſſe idonei, & omni exceptione maiores.*
17 *Teſtis deponens de auditu,non probat.*
18 *Teſtis ſingularis,minimè probat.*
19 *Teſtis deponens per uerbum credo,non probat.*
20 *Et idem ſi deponit de indicto ſuo.*
21 *Et idem ſi de uiderī ſuo.*
22 *Teſtis deponens de confeſſione extraiudiciali facta parte abſente non probat.*
23 *Teſtes debent in eorū depoſitione neceſſario, concludere,& nu.50.*
24 *Religioſus deponens ſine licentia ſui ſuperioris,quando probet.*
25 *Teſtis bis examinatus, & referens ſe ad primam depoſitionem illam probat.*
26 *Conſanguinei & affines non ſunt idonei teſtes.*
27 *Paupertas an & quando repellat teſtem.*
28 *Infamis infamia falſi non eſt idoneus teſtis.*
29 *Affectantes cauſam,& ſollicitantes,non ſunt idonei teſtes.*
30 *Bona fama,& uita ſatis probat.*
31 *Teſtes domeſtici idonei ſunt ad probandum geſta in domo.*
32 *Minæ parum conſiderantur,quando calore iracundiæ procedunt.*
33 *Maritus cum cauſa poteſt uerberare uxorem & uinculare.*
34 *Et licita eſt marito correctio uxoris, etiam poſt præſtitam cautionem.*
35 *Ceſſat ſæuitia quando maritus præſtat ſatiſdationem.*
36 *Et an ſit talis, cui non poſſit prouideri per ſatiſdationem remittitur iudicis arbitrio.*
37 *Separatio thori, & reſtitutio dotis procedere debent ex cā iuſta.*

38 *Nec concedenda eſt, propter fictam ſæuitiam, & timorem vxoris.*
Alijs enim remedijs poterit eſſe conſultum.
40 *Moneri debet maritus, ne oſtendat ſæuitiam erga uxorem.*
41 *Eccleſia ex officio, ut coniuges inſimul redeant cogere poteſt.*
42 *Propter fornicationem mariti, conceditur uxori ſeparatio thori, et dotis reſtitutio.*
43 *Etiam ſi maritus, fornicetur cum ſoluta.*
44 *Licet uxor non poſſit accuſare maritum de adulterio, tamen poteſt petere ſeparationem thori, & reſtitutionem dotis.*
45 *Et mulier adultera non perdit dotem, ſi maritus fornicatur.*
46 *Vxor tenetur probare fornicationem, quam opponit marito.*
47 *Non ſufficit proponere, ſed neceſſe eſt probare.*
48 *Mulier confitendo ſe eſſe cognitam ab aliquo, non probat, & alijs ſequentibus.*
49 *Meretrix eſt infamis infamia facti.*
50 *Socia criminis repellitur à teſtimonio, & non probat.*
51 *Adulterium uxoris, & fornicatio mariti compenſantur.*
Maritus committens fornicationem, non debet pati ſeparationem thori, & reſtituere dotem ſi mulier etiam adulterium commiſit.
52 *Vxor temerariè diſcedens è domo mariti, dicitur eum ſpoliare, & antea, illi reſtituenda eſt.*
53 *Maximè ſi maritus id petat.*
54 *Argumentum à uerosimili ualidum eſt.*
55 *Attendi debent proſecuta & probata, & ſecundum illa iudicandum eſt.*
56 *Vxor propter adulterium perdit dotem, et donationem pp nuptias.*
57 *Et illi non ſunt præſtanda alimenta, nec expenſæ.*
58 *Etiam ſi per uiam exceptionis, adulterium ſit probatum.*
59 *Adulterium dicitur notorium, poſtquam eſt probatum, licet ab initio non eſſet.*
60 *Et uxor adultera, non poteſt ſe iuuare propter ſæuitiam mariti.*
61 *Adulterium probatur ex præſumptionibus, coniecturis, & indicijs, & alijs ſeq.*
63 *Quæ non poſſunt directò probari, probantur per coniecturas.*
64 *Literæ amatoriæ, dant coniecturam adulterij, ſi fuere recognitæ.*
65 *Coniecturæ legales, manifeſtam probationem inducunt.*

CONSILIVM. LIIII.

ASSERTAE ſententiæ ꝯ Cæſarem de Dulcinis
prolatæ in fauorem Diemantis de Dulphis, euiden
tem iniuſtitiam, & manifeſtam iniquitatē ex actis
1 apparentem continent, † quãr nullo modo ueniunt
approbandæ, nec exequendæ, potiſſimum cum ab illis fuerit p
ipſum Cæſarem legitimè appellatum & procuratum, ad plene
ſtimonio reijciantur, ſi eñ qualitas alia ꝯcurreret ultra ꝯſan-
guinitatẽ,tunc erimus in regula cõi de qua in d.l.parẽtes.cum
ꝯcor.Ex quo ꝯcurreret duplex impedimentũ,ꝙ eſt fortius, ut
punctaliter tradit Fely.ad id allegãs deciſ.in d.c. ſuper eo.col.
31 pen.uerſ.ſed cũ prima opinione. † Et ſuadetur quoniã ſi fauo
re matrimonij ʒ cões regulas fuit inductũ ꝙ ꝯſanguinei admit
tãtur qñ eſt ſolũ impedimentũ ꝯſanguinitatis, & ꝯcurrit pari-
tas.certè nõ debemus hoc ius ſingulare, & exorbitans trahere
ad alios caſus,& in illis corrigere ius cõe. l. ius ſingulare.ff. de
leg.l.ꝑcipimus.cũ uulg.C. de appel. & hoc apertè firmãt doct.
oẽs.in d.c.ſuꝑ eo.dũ tex.ille ꝯſiderat diſparitatẽ in altero illo-
rũ quatuor caſuũ,qua data,teſtimonium matris,& ꝯſanguineo
rum ruit, quoniã ꝓꝑ unã ex illis qualitatibus in iſtis ꝑſonis de
ponẽtibus, cadit affectio qua data, teſtimonium reddit ſuſpe-
32 ctum,& inualidum. † Et tex.ille cã exẽpli ponit illos quatuor
caſus,q̃ exẽpla nõ habẽt reſtringere alios ꝯſimiles, ꝑ quos in-
duceret affectio,uel alia qualitas,reddẽs teſtimoniũ ſuſpectũ,
uulga.§.hactenus.inſti.de gradi.& l. dãni infecti ſtipulatio.ff.
de dam.infe.& tradit Soc.d.ꝯſ.xvij.col.iiij.uol.j. & Dec.d.ꝯſi.
33 cccx. col.j. † Eo ẽt quoniã tex.ille ponẽs dicta exẽpla,loquitur
alternatiuè,quo fit ut ſatis ſit ꝙ in uno uerificeĩ, regula in al-
ternatiuis.de reg.iur.li.vj.cũ uulga.& tradit Spe.in tit.de teſti.
§.j.uerſ.ſed nũquid.& Soc.& Dec.ubi ſ.& Fel. poſt alios.in d.
c.ij. in ij.notabi.& Henri.boyc.in d.c.vr̃.uerſ.& Hoſt.† Quod
34 mõ in matre & ſororib.cadẽt ſuſpitiones & affectiones ꝑ quas
a teſtimonio repellanĩ, & reddãĩ teſtimoniũ ipſarũ ĩualidũ,ut
ſentit Abb.& oẽs in d.c.ſuꝑ eo.& Hoſ.in ſum.relatus ab Abb.
in d.c.ſuꝑ eo.nu. viij.in fi.col.ij.uerſ.an aũt idẽ.& Are.d.conſ.
xiij.col.vj.uerſ.his præmiſsis.& col.pen.uerſ.uel poſſumus dice
re.& Ant.de But.in d.c.vr̃ & Alex.cõſ.cliij.Viſis.col.v. in prin.
uol.v.& per Dec.d.conſ.cccx.nu.iij.Satis ſuadeĩ,& oſtenditur,
cũ ipſa actrix,mater,& ſorores,euocauerint in ius ipſum reum
abſentẽ,& ʒ ipſum deduxerint cãs imaginatas,& nõ ueras, de
35 quibus in ipſo proceſſu.† Prout & fortius,quoniã nõ carẽt ſini
ſtra ſuſpitione,ſi tale matrimoniũ ad effectũ nõ ꝑduceretẽ, cũ
palã habeatur,& oẽs ipſę fateantur, actricem captã eſſe amore
rei ꝯuenti,& ad ipſum pluries tranſmiſiſſe internunciã, epiſto-
las,annulũ,ſertũ,& cordulã, matre & ſororibus ſcientib.& per
mittentibus & ſuadentibus iſta fieri, q̃ q̃tũ ꝯueniãt uirgini, &
pudicis matronis,quiſq; ſuo arbitrio poterit ꝯprehendere,nec
in hoc mater et ſorores carẽt culpa,& uolentes ſe ipſas ab illa
exonerare finxerunt habuiſſe literas de matrimonio ʒhendo,
quas reus penitus inficiatur,ꝑ quã negotiationem,mater & ſo
rores iã affectæ ſunt iniuria,ultra ipſam actricem,cuius ꝯditio
ex ꝑdictis in nubendo,reddita eſt durior & deterior,quo fit,ut
oĩo appetãt,& affectent matrimoniũ tale debere ʒhi & effectũ
ſortiri,& ꝯ̃ñr ipſarũ teſtimoniũ erit ſuſpectũ,& inualidũ,deci-
ſionibus quibus ſupra iunctis traditis ꝑ Bar. & alios in l. lege
Cor.ff.de iniur.& ꝑ Bal.in l.j.in v. notabili. C. de raptu uirgi.
& Alex.conſ.cliij.Viſo,col.ij.uerſ.ꝑterea.uol.v.& per Dec.ꝯſ.
cxxxiij.& cccx.& ſentit Are.d.conſ.xiij.col.vij.uerſ.Et ẽt redũ
daret.& per ea quæ tradit Bar.in l.deferre.ff. de iure fiſc.& per
Ant.de But.in c. cum oporteat. de accuſa. cum ſimi. † Prout
36 etiã quoniã mater,ſorores,& actrix,inſimul habitant & uiuũt,
domeſticitatem, familiaritatem, & ꝯtinuã ꝯuerſationem ha-
bent,& ideo oĩo a teſtimonio repellendæ, cõiter tradunt oẽs
in l.ij.C.de teſti.& in l.ij. & pen.ff.eo.& cõiter can.per illũ tex.
in c.in literis.extra de teſti.& per Abb.in terminis noſtris in d.
c.ſuper eo.in tertio notabili in fi.& per do.Ant.& Ana. in c.cũ
oporteat.de accuſ.et per Alb.in trac.de teſti.in c.qñ teſt.repel.
ratione domeſticita.et famil.et ponit Aret.d.conſ.xiij.col.pe.
et Soc.d.conſ.xvij.col.j.et ſeq.uol.j.et Dec.d.conſ.cxxxiij.col.
ij.in fi.et col.iij.uerſ.ꝑterea etiã et d.conſi.cccx.et Pet.de Anc.
37 conſi.ccxlvij.In cã agitata.col.ij.† Prout etiã teſtimonium prę
dictarum redditur ſuſpectiſsimum, quia per eademmet uerba
formalia præmeditata omnes deponunt, ꝯ̃ñe ſunt in euidentiſ
ſima repulſione,per tex. ĩ l.iij.§.j.ibi unũ eũdem ꝑmeditatũ ſer
monẽ attulerint.ff.de teſti.et doc.ibi iſtud firmãt.et tradit Bal.
cõſi.cxxxj.Quia melius.uol.ij.et Dec.cõſi.cccx.col.pen.uerſic.
primus eſt Bar.ubi allegat alias deciſiones.et per Alex.cõſ.liij.
Viſis col.iiij.uerſi.non caret.uol.v.et per Cor.conſi.lxiij.col.ij.
uerſi.immò ſi diceret.uol. j. Eo magis cum a tꝑe quo aſſerunt
legiſſe tales literas,uſq; ad tempus quo depoſuerunt decurſum
ſit fere biennium,nec uerosimile eſt, ꝙ ita tenaciter memoria
retinuiſſent talia uerba formalia per tm̃ temporis, cum literæ
38 præ manibus nõ haberentur,ut ipſęmet teſtantur.† Accedat ẽt
quoniam ut tales perſonæ in cauſa matrimoniali poſſint eſſe
teſtes, neceſſe eſt ꝙ ſint perſonæ honeſtæ,et talis qualitatis,ꝓ
pter ꝙ careant ſuſpitione peierandi, et ꝙ ſint bonæ famæ et ui

tæ,ut

tæ,ut tradit Hoſt.& Abb.in d.c.ſuper eo. in ſecundo notabili.
& col.ij.uerſ.& gl.iſtam nu.viij.& Henri.boych.in d.c.vl̃.uer.
39 requiriſ ꝙ parentes.†Et ideo ẽt data paritate,teſtimoniũ ipſa-
rum,in totum remittitur arbitrio iudicis, ut dicũt Hoſt. in d.
c.ſuper eo.& Abb.ibi col.ij.nu.viij.uerſi.hinc dicit. allegantes
iura,& Spe.ut per eos.& Fely.ibi col.fi.uerſi.& de alijs.& ſequi
tur Henri.boyc.in d.c.vl̃.uerſi.ergo quo ad totũ.& Are.d.cõſ.
xiij.col.vij.uerſi.nã ẽt & Alex.d.conſi.cliij.& cõſi.cliiij.in prin
40 ci.†Et huiuſmodi qualitas,ꝙ ſint bonæ uitæ,& ualde honeſtę,
deducenda,& ꝓbanda eſt,ut tradit Alex.conſi.cliiij.Viſo.col.
ij uerſi.nec prædictis obſtat.uol.v.& corroborat ex dictis Bal.
& Ang.in l.j.§.ſi quis neget.col.fi.ff.quemad.teſta.aper.& in
terminis nr̃is firmat Alex. conſi.cl.in cã.uol.iij.in fi.uerſi.& li-
cet Ant.uol.v. Poſtremo teſtimonium prædictarum non de-
bet eſſe in conſideratione,qm̃ non deponunt concludenter de
ueritate literarũ & epiſtolæ,ꝙ uere fuerint tranſmiſſæ per eum
ſed ſolum ex relatione Eliſabeth internunciæ, ꝙ teſtimonium
nullum eſt ut fuit dictũ,eo ẽt qm̃ atteſtatio ipſarum nõ probat
aſſertas literas fuiſſe ſcriptas ꝑ ipſum reũ, nec ipſum perſeuetaſ
ſe ut diffuſius dictũ eſt ſuperius,& ꝓ ueritate nõ poſſunt ↄſide
rari, ꝙ teſtimoniũ prædictarũ ẽt in minimo habeat nocere ipſi
reo ↄuento,ut ẽt deducitũ in d.conſi.in golſtadiẽ.in quo ẽt oſtẽ
ditur alios teſtes per ipſam actricẽ productos nõ obeſſe nec no
cere.d.reo, ſed potius illorũ depoſitiones tendere in ipſius fa-
uorẽ & excuſationẽ. † Et calores & amores iuueniles nõ habẽt
41 inducere probationẽ matrimonij, ut ibidem dr̃, & quia mini-
mè probatũ apparet ipſum ↄuentum in ipſam actricem depe-
riſſe,potiſſimum ↄſideratis actibus ſequentibus & cõtinua de
negatione ipſius per quos declaratur uoluntas præcedens.l.ꝗ
adulterij.C.de adulter.cum alijs allega.per Dec.in conſi.noui
ter impreſſo.xix.nu.xij. † Nec in caſu p̃ſenti põt eſſe in cõſide
42 ratione trãſmiſſio annulli,ita ut inducta fuerit ſubarratio,iux
ta gl.in c.fi.de ſponſ.impu.& in c.tenor. de re iud. & iuxta ea ꝗ
habentur in c.noſtrates.& in ca. fœminæ.xxx.q.v. & per ſum.
Aug.in uer.ſponſalia.§.vij.& per Mod.in trac.de matr.in prin.
uerſi.ulterius q̃ro.qm̃ minimè probatum appatet de tranſmiſ-
ſione anulli ad effectum de quo agitur,nã illa ſola internuncia
minimè probat,ut dictum fuit ſuperius. † Præterea tunc demũ
43 ſubarratio per immiſſionem anulli operatur talem effectũ qñ
ſm̃ conſuetudinem talis ſubarratio appellatur matrimonium,
per quã inducitur conſenſus utriuſq;,ut tradit per gl.Abb.& a-
lios in d.c.tenor.& diffuſius per Abb.& do.Præpoſi.in c. fi. de
ſponſa.impu.& per Abb.& alios.in c.illud.de præſumptio.col.
pen.& fi.& per do.Præpoſi.in rubr.de ſponſa.col. vj. & diffuſè
per Barb.conſi.vj.ſcriptum eſt.col.vj.& ſeq. uol. j. & per Lap.
allega.lvij.Viſa.& Are.d.conſi.xiij.col.iij.uerſi.circa ſecundũ.
44 † Quibus in locis concluditur,ꝙ per immiſſionem annulli fa
ctã a p̃ſente p̃ſenti, inducit illa præſumptio matrimonij,qñ præ
ceſſit aliquis tractatus,alias ſecus,ut ↄcordãdo opin.dicit Lap.
in d.alleg.lvij.col.fi.qñ aũt non præcederet tractatus,tunc nul
la inducitur præſumptio,ſed ſolum præſumitur facta quædam
donatio,quæ non põt dici ſubarratio,nec inducit probationẽ
ↄcti matrimonij.argu.l.ꝙ ſponſæ.ff.de don.int. uir. & uxor. &
& no.in c.j.de eo qui contrax.mat.ↄ̃ interd.eccl.& ꝑ doc. in c.
is qui de ſponſa.& per Alex.conſi.cliij.in fin.uol. v.& expreſſe
hoc tradit do.Ant.in d.c.fi.& Abb.in d. c.illud.col.pen. uerſic.
quandoq; nihil probat.quã ſequitur Fel.ibi col.fi.dicens.& ꝑ-
fectè Abb.loquitur, quãto ergo magis qñ annulus fuit miſſus
per abſentem abſenti,cuius ẽt delatio inducit ſignum equiuo-
cum,ut per Abb.& omnes in d.c.illud.in fi.& per Aret.d.cõſi.
xiij.col.iij.& Alex.d.conſi.cliij.in fi.& conſ.cl.col.vj.uerſi. itẽ
ſuper decimo.uol.v.nec habet obſtare ſi allegaretur, ꝙ prædi-
cti actrix,& reus nominarunt ſe coniuges, & ita confeſſi fue-
runt,item ꝙ de hoc matrimonio eſt fama & uox publica, & ꝙ
in dubio iudicandum eſt pro matrimonio,cũ ſit fauorabile.nã
iſta oĩa & ſingula in præſenti cã non ſunt in aliqua ↄſideratio-
ne,& perfectè euacuantur in d.conſi.ingolſtad.in quo ẽt eua-
cuatur illa alia obiectio in qua poſſet dici,ꝙ defectus teſtimo-
nij matris & ſororũ actricis,& illius Eliſabeth põt ſuppleri per
alios teſtes,ex quo uere non adſunt alij teſtes,ꝗ ad eãm faciãt
et alias, ut plenius in d. conſi. in quo inſuper penitus et fundi-
tus tollitur alia obiectio,et concludẽter,ꝗ ex parte actricis poſ
ſet fieri,dicendo ꝙ teſtimonium illarum mulierum deberet ad
mitti,ex quo ueritas alias haberi nõ poſſet,nã iſtud eſt falſum
cum de ſui natura, et a cõiter accidentibus talis actus poſ-
ſit per alios probari nec culpa dr̃ carere ipſa actrix,quæ potuit
alios habiles adhibere,& negocium iſtud honorificè, & ſm̃ ue-
ritatem tractare,& per perſonas ad id conuenientes, & ut ple-
45 nius in d.conſi.†Ad ꝗ faciunt deducta per Iaſ.in l.cunctos po
pulos.C.de ſum.Trin.& fi.cath. in fin. & per Crot. in trac. de
teſt.fol.v.nu.lxxj.& xvj.& per Mod.Bon.in ſing.xxiiij.& ꝑ Fe
46 ly.in c.tertio loco.de prob. col.iij.†Poſtremo minus obſtabit
ſi dicatur ꝙ licet ſingulæ probationes per actricem productę
ut unaqueq; de perſe ↄſiderata non inducant talem probatio-
nem,tñ omnia ſimul iuncta debent illam inducere, iuxta illud,
ut quæ non proſunt ſingula, &c.c. cum cãm. & ibi gl.allegans
concor.extra de proba.& per ſcrib.ibi, & eſt gl. & ibi ſcriben.
no.in l.inſtromenta.C.de prob.& tangit Bar.& alij in l.admo-
nendi.ff.de iuteiur.& Alex.d.conſ.cl.col.pe.uol.v.cum ſimi.al
47 legatis per doc.in c.ueniens el primo, extra de teſtib.† Nã pro
cederet obiectio,qñ unaqueq; ſemiplena ꝓbatio,& unũquod-
que ſingulare,deperſe eſſet in ſua ſpecie perfectũ, ſecus autem
erit,qñ unumquodq; deperſe eſt imperfectum, tunc enim non
48 iunguntur,nec ſimul iuncta probant. † Nec iſto caſu procedit
regula ſuperius allegata,uidelicet,ſi nõ proſunt ſingula,&c.ita
expreſſe tradit Bal.quẽ ſequuntur ibi ſcriben. in l.ſi quis ex ar
gentarijs.§.j.ff.de eden.& in l.ſpadonem.§.quarta. ff. de excuſ.
tut.& ita tenent do.Ant.& alij.in c.licet. de teſti.& in d.c.ue-
niens.& ibi Fely.& Alex.hoc idem ſequitur.d.conſ cl.in fin.&
conſi.ſeq.& in alijs conſi.quæ adducunt Mod.Bon.in l.nulus.
§.teſtes.col.ff.de quæſt. & hoc firmat Iaſ. allegans plures alias
deciſ.in d.l.admonendi.car.xxiiij.col.j.uerſi.iſtam concluſ.no
tabilius limita. dicens ꝙ unaqueq; ſemiplena probatio debet
de perſe eſſe perfecta qm̃ duo imperfecta nõ poſſunt iungi,nec
facere unum perfectum,nec iſto caſu habet locum regula præ
dicta,ut quæ non proſunt,&c.quibus omnibus conſideratis in
fertur neceſſaria & iuridica concluſio,ipſum reum debere ab-
ſolui,nõ obſtante ſententia contra ipſum lata. Pariſius Pad.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum contrahendi matrimonium inter conſobrinos & cõ-*
iunctos in ſecundo gradu conſanguinitatis, inductum eſt ſtatuto
canonico,& lege poſitiua.
2 *Põt tamen ſummus Pontifex ſuper tali impedimento diſpenſare.*
3 *Licet aliquid iure prohibeatur, non tamen cenſetur prohibita di-*
ſpenſatio ſuper illo.
4 *Iure antiquiſſimo canonico ſtatutũ fuit uſq; ad ſeptimũ gradum*
matrimonium non poſſe cõtrahi inter coniunctos & cõſanguineos.
Poterat tamen ſuper tali impedimento diſpenſari.
5 *Super iure poſitiuo,ſummus Pont.diſpenſare poteſt ſuo arbitrio.*
6 *Magna eſt poteſtas ſummi Pont.ita,ut non liceat de ea diſputare.*
7 *Poteſt ſummus Pontifex ſuper iure poſitiuo inducto conſtitutione*
diſpenſare.
Inferiores autem non poſſunt.
8 *Impedimentum contrahendi matrimonium inter duos conſobrinos*
& filios duorum fratrum,non eſt inductum iure diuino.
9 *Nec etiam eſt inductum iure naturali, ſed ex dictamine naturalis*
rationis,nec de iure ciuili.
In matrimonijs ſeruandum eſt ius canonicum,& non ciuile.
10 *Diſpenſatio per quam ſit reductio ad primæuum ius,facilius conce-*
di debet,cum hoc ſit fauorabile.

CONSILIVM. LVI.

DICITE ET Lege permittente poterit contra-
hi legitimum,& ſolenne matrimoniũ inter.d.Bal-
daſarem,de Keuring.& d.Anaſtaſiam de zelchin.
ſtante diſpenſatione apoſtolica, ſibiq; inde naſci-
1 turi legitimi,& naturales erunt. † Licet enim ſint conſobrini,
& in ſecundo conſanguinitatis gradu inuicem coniuncti,& cõ
ſtitutione canonica, & iure poſitiuo prohibiti matrimonium
ↄhere.c.cum igitur,in prin.et in fi.xxxv.q.j.et c.conſtitutiones
q.iij.et in c.non debet,de conſan.et affi.et in cle.j.eod. titu.in
cle.et per Theolog.ſuper quarto diſt. xl.et in proprijs termi-
nis tradit gl.in l.celebrandis.C.de nup.et ſequuntur doc.ibi,ut
2 etiam poſt gl.faciunt,in §.ductum.inſt.eo.ti.cum ſi.¶ † Tamẽ
ſummus Pontifex potuit ſuper tali impedimento diſpenſare,et
eius diſpenſatio firma,et ualida eſt,cum facta ſit inter coniun-
ctos per lineam tranſuerſalem in ſecundo,gradu,et æquali cõ-
ſanguinitatis,ut hr̃ in c.literas.de reſti.ſpol.per gl.Ab. et alios
& traditur in c.propoſuit,de cõceſ.præb.& poſt Old. ↄſ.cclvj.
Firmat

Firmat do.Præpoſi.in e.fin.eol.v.uer. Item diſpenſat, de ſpon.
duo.Quibus in locis cõiter coocludunt ſummũ Ponti.poſſe di
ſpenſare in ſecundo gradu cõſanguinitatis collateralium, & ut
inter conſobrinos,& filios duorum fratrũ,ſeu fratris, & ſoro-
ris legitimũ ꝯhatur matrimoniũ, & ꝯfirmantur iſta per tex. in
c.quo circa,de conſang.& affi.ubi oẽs firmant ualere diſpenſa
tionẽ Pontificis ꝯceſſam ſup gradu prohibito, iure poſitino,
dũmodo nõ ſit obreptitia,uel ſurreptitia.†Licet. n.iure aliquid
prohibeat̃ nõ propterea prohibita cẽſetur diſpenſatio circa ꝓ
hibitionẽ illã,ſm Abb.in e.innotuit,col.j. de elec.& diſpẽſan
do,tollit impedimentũ,ſm eundẽ Abb.ibi,col.v.ad id citantẽ
4 iura.†Et ſuadetur,nã ante.d.c. non debet prohibitio conſtitu
ta erat uſq; ad ſeptimum gradũ,ot probant iura ibi citata ꝑ gl.
& alios,& tñ ſuper tali prohibitione diſpenſabatur,& diſpenſa
tio illã tollebat,ut hr̃ in c.quædã lea.§ ꝙ ſcripſi.xxav.q. iij. &
in c.de gradib.q.viij.& in c.ꝙ dilectio.de conſang.& affin.ubi
poſt alios do.Præp.in iij.no.& col.ij.uerſi. oppono ꝯ tex.iſtud
5 firmat. † Et ꝯ talem prohibitionẽ iure poſitiuo inductam,ſola
uolutate ſummus Pont.diſpenſare põt,ſm Inn. & alios,in ca.
ad monaſterium,de ſtatu monach. & Abb. in c. tum ex literis,
de reſti.in ioteg.& in e.propoſuit,col.v.de conceſ.præb.& d.e.
Innotuit,ea quo eſt ſ.illud ius,ut ibidẽ hr̃,& tradit Io.And.in
c.per uenerabilem,qui fil.ſint legi.& cõiter Theolo.ſm ſanctũ
Tho.& Ricard.ſuper quarto,diſt. xxxviij. quos ſequitur frater
Ang.in ſua ſum.in uerſi.matrimonium tertio,io avij. impedi-
6 mento.§.ij.uerſi. ſimiliter dico. † Nec in præſenti opus eſt di-
ſceptare de poteſtate ipſius ſummi Ponti.c.ſi quis ſuadente, in
fi.avij. q.iiij.& l.ij.C.de crimi.ſacrileg. & alias diffuſè in cã ſa-
tis ardua multa deduxi eius poteſtatem ſupremam ꝯcernentia.
7 † Et licet tale impedimentum ſtatuto eccleſiæ,& ꝑ conciliũ ge
nerale inductum appareat dicto e.non debet cum ſimi.& infe-
riores ſummi ponti. non ualeant nec poſsint regulariter illud
tollere,nec ſuper eo diſpenſare,ut traditur in d.c.ꝙ dilectio.&
in d.c.quo circa.cum concor. Tñ ſummus pontifex proculdu-
bio põt ſuper illo diſpenſare,ut hr̃ in d.e.Innotuit.& per gl.in
c.ſunt quidam.axv.q.j.& ſatis hoe colligitur in d.c. non debet
iunctis his quæ habentur,in c.nullum.& in ca.progenie. xxav.
q.j.& iij.& per gl.& Abb in c.dilecti.& in e.dilectus. de ꝑben.
& per gl.Pau.de Lea.& alios in d.cle.j.& ꝑ Arch.in ſum.lxvj.
diſt.& Spe.in Rub.de diſpen.§.ꝯſr.uerſi.generaliter dico.& ẽt
no.in c.ſignificaſti.de elec.& in c.poſt tranſlationem.de renun
cia.& plenè proſequit̃ Ant.Roſel.in ſuo trac.de monarch. fol.
lxv.col.j.& ij.ner.minus fuit ligatus.& do.ꝑpoſ.i.c.qm̃ de natu
8 rali xv.diſt.†Et aduertẽdũ eſt tale impedimẽtũ minimè eſſe in
ductũ iure diuino , cum ſit in ſecundo gradu collateralium , &
in linea æquali,& filij fratris & ſororis exiſtant , & iudæi anti-
quitus,ac ẽt hodie tali grado coniuncti matrimonium ꝯhebãt
& ꝯhunt,ut dicit Sal.io d.l. celebrandis & probatur Geneſ.le-
uit.numeri,& Tob.locis infra citandis, & in terminis conclu-
dit & declarat Abb.in d.c.literas.de reſti.ſpol.& in ca. gaude-
mus.de diuort.col.ij.nu.aj.citans & declarans ad hoc tex.Leuit
in c.xviij.& per fratrem Ang.in d.ſua ſum.in uer. matrimoniũ
tertio,in vj.impedimento,& in §.j.& hoc ſtante minimè opus
eſt in præſenti attingere articulum illum, an & qñ papa poſsit
9 diſpenſare ſuper prohibitis dicto iure.†aduertendum eſt inſu-
per huiuſmodi impedimentũ non eſſe inductũ iure naturali,
nec ex dictamine naturalis rationis.Nam illo iure matrimonia
iſta noo erant prohibita, ut io ſortioribus terminis legimus in
filijs Adæ, Abraam,& Iacob,& alijs quãpluribus,ut geneſ.cap.
xiiiij.xj.in fi.& xxix.& numeri.c.fi.& Tob.c.vij. & alijs quam
plurib.& axxlj.q.iiij.c.q̃rit. & iure c iuili iſtud iam permiſſum
erat.l.iij.l.non ſolum.§.j.ff.de ritu nupt.& d.l. in celebrandis.
C.de nup.& inſt.eo.§.duorũ.Prohibitio itaq; iſtorũ matrimo-
niorũ ſolũ proceſsit ꝯſtõne canonica,& iure poſitiuo,ut ſ. pro
bauimus,& licet tale ius canonicum debeat obſeruari, ſm glo.
inſt.de nup.in prin.& in §.hactenus inſt.de gradi.& in l.j.C.de
ſec.nup.& per Abb.& alios in e.pen.& fi.eo.tit.& in c.fi.de ra
pto.cũ ſim. Tñ tali cõſtitutioni canonicæ , & iuri poſitiuo ſuo
arbitrio potuit ſummus pont.diſpẽſare, & diſpẽſando ceſſabit
impedimentũ dicto iure inductũ & diſpenſatio obſeruãda erit
10 ut ſuperius iã deduximus.†Potiſsimũ cũ talis diſpenſatio nego
ciũ ipſum reducat ad diſpoſitionem primeui iuris naturalis &
ciuilis,ꝙ quidẽ facilius cõcedit̃,cum ſit fauorabile.l.ſi unus.§.
pactus ne peteret.ff.de pac.&.eſt gl.ord.in uer.numerãdum.io
c.ſtatutum.de præb.li. vj. Et quoniã tale impedimentum non
fuit inductum iure naturali, nec ex dictamine naturalis rõnis,
minimè in præſentiarum opus erit attingere difficultatẽ illam,
an & qñ ſumınos põt.ualeat & poſsit ſuꝑ illis diſpenſare,uerſa
mur nanq; ſolum circa impedimẽtũ cõſtitutione canonica. &
l.poſitiua inductũ,ꝙ ipſe ſum. pont. ſuo arbitrio diſpenſando
potuit tollere ,ꝑut ſuſtulit,& eo ſublato,uerũ erit,inter ꝑdictos
nobiles.d.Balthaſſarum.& d.Anaſtaſiam, legitimum poſſe ꝯbi
matrimonium, & ex eo ꝯcto filios naſcituros eſſe legitimos &
naturales & ad oĩa habiles, prout ſunt alij ex legitimo matri-
monio,nullo impedimento ſtante contracto nati. Pariſ.Bou.

SVMMARIVM.

1 *Filij nati ex ſecundo matrimonio,ſtante primo,non poſſunt eſſe legitimi.*
2 *Nec prodeſt allegare ignorantiam primi.*
3 *Nec allegatio bonæ fidei ſecundi matrimonij, ex quo præſumitur ſcientia primi,& num.4.*
Clandeſtinum matrimonium dicitur illud,quod non eſt legitimè cõtractum,nec in faciem eccleſiæ.
4 *Clandeſtina matrimonia,non carent ſuſpitione.*
5 *Scientia ſecundæ uxoris,tollit bonam fidem.*
6 *Matrimonium primum præſumitur, ſi illa uxor prima fuit tranſducta tanquam uxor,nam per tacitum conſenſum præſumuntur uerba præceſsiſſe de præſenti.*
7 *Matrimonium primum præſumitur ex cohabitatione ſimultanea & ex fama loci.*
8 *Item & ex confeſsione ipſorum coniugum.*
10 *Matrimonium clandeſtinum probatur,quia factum in domo extranei,& ſi fuit occultum illis qui ſoliti ſunt ſcire, & nu.11.*
Item ſi fuit dictum,quòd ſecreto teneretur,& nu.11.
12 *Clandeſtinum etiam dicitur, quando procuratur ne ueniat in notitiam alterius,maximè illorum,quorum intereſt.*
Item quando actus qui publicè ſolet fieri,celebratur corã duobus.
13 *Item quando contrahitur inter illos,qui conſueuerunt palã,& non occulte contrahere.*
14 *Scientia primi matrimonij præſumitur ex publica uoce & fama quæ uiget in illa ciuitate.*
16 *Dubium an primus maritus uiuat,non excuſat ſecundo contrahentes quoniam debet eſſe omnimoda ſcientia mortis primi.*
Quiſq; uiuere præſumitur uſq; ad centum annos.
17 *Teſtis unicus ſufficiens eſt ad cauſandam malam fidem in contrahendo ſecundum matrimonium.*
18 *Qui non debebant contrahere,cõtrahẽdo dicunt̃ eſſe in mala fide*
19 *Singularitas in teſtibus non nocet, quando illi tendunt ad probandum uerum finem & ſcientiam alterius.*
20 *Qui aliquam eligit ſibi in uxorem præſumendum eſt habuiſſe notitiam qualitatis ipſius.*
21 *Maximè ſtante importantia facti,& temporis diuturnitate.*
22 *Filij ut legitimi iudicentur,fauendum eſt in dubio,ſecus quando ſumus in claro.*
23 *Ignorantia non præſumitur in contractibus perpetuis & importãtibus ut eſt matrimonium,& etiam in facto longinquo.*
24 *Cõtrahens cum aliquo præſumitur habere notitiã qualitatis illius*
Societas matrimonio æquiparatur.
25 *Dicenti ſe ignoraſſe illa quæ ſunt publica & notoria,non eſt credendum.*
26 *Contrahens matrimonium occultè, non excuſatur ab ignorantia iuris.*
27 *Scientia & dolus præſumitur in his quæ ſunt de genere prohibitorũ nec in illis poteſt allegari ignorantia.*
28 *Matrimonium contractum ſine pompa & concurſu conſanguineorum,& coram minori numero quinque teſtium,præſumitur fraudulentum.*
29 *Fraus præſumitur propter diſparitatem generis,& nobilitatis.*
30 *Affinitas, & iuſtitia publicæ honeſtatis impediunt matrimonium contrahi,cum illo qui cognouit ſororem iſtius,& nu.31.*
32 *Copula carnalis probatur,ſi quis fuit deprahẽſus cum illa in lecto.*
33 *Idem ſi iſtẽ filio illius aliquid annuum reliquit.*
34 *Coitus probatur ex præſumptionibus.*
35 *Præſumptiones ueroſimiles,habentur pro uera probatione.*
36 *Inſtrumento ſcripto per notarium,alias de falſo accuſatum,non datur plena fides.*
37 *Præsbiteri alias condemnati de falſo,non poſſunt eſſe idonei teſtes inſtrumentarij.*
Preſbiter prohibetur intereſſe nuptijs clandeſtinis.

38 *Ad probandum matrimonium, debent eſſe teſtes omni exceptionè maiores.*
39 *Inſtrumentum redditur ſuſpectum reſpectu loci & temporis, ſi fuit celebratum de nocte, & in domo priuati.*
40 *Notaria aſſerenti matrimonium publicè eſſe contractum, minimè credendum eſt, in præiudicium tertij.*
41 *Quando matrimonium nō deducitur principaliter in iudicio, ſed incidenter per modum cauſæ, quia principaliter agitur de ſucceſſione, probari pōt quo ad fidē legitimitatis & ſucceſſionis, per quālibet ſpeciem probationis, licet præiudicetur illis qui uolebant ſuccedere, & alijs ſeq.*
42 *Legitimatio filiorum probatur leuioribus probationibus, dempta uera probatione matrimonij.*
43 *Legitimatio filiorum, probatur per matrimonium præſumptum, & per leuiores probationes.*
44 *Dominium incidenter deductum, probatur per poſſeſſionem ſecus ſi principaliter deduceretur.*
45 *Nec conſideratur ad legitimationem filiorum probandam, intereſſe aduerſariorum.*
46 *Nam illud erit conſiderata intereſſe matrimonij, nō reſpectu intereſſe reſultantis ex legitimatione, & quoad ſucceſſionem.*
Quando matrimonium uenit ad iudicium incidenter, & per modum cauſæ, ſufficiunt leuiores probationes.
47 *Commiſſarius ſeruare debet formam mandati ſibi facti, & aliter procedendo, nulliter dicitur procedere.*
48 *Clauſula, ſi ita eſt, appoſita in reſcripto, & clauſula, ſi rapta non fuerit, conditionem important, & uerificandæ ſunt.*
49 *Etiam in reſcriptis gratioſis.*
50 *Nam in illis, monitionem inſtructionem, & uerificationem exigūt.*
51 *Clauſula, ſi ita eſt, & ſi eſt idoneus, a pari uidentur procedere.*
Clauſula, ſi eſt idoneus, requirit pronunciationē ſuper idoneitate.
52 *Habens mandatum diſpenſandi ſuper matrimonio, non poteſt diſpenſare niſi præcedenti inquiſitione, & ſeruata forma reſcripti.*
53 *Mandatum de diſpenſando circa matrimonium conditionale, nō habet uim diſpēſationis, ſi forma ipſius nō fuit ſeruata & adimpleta.*
54 *Aſſertioni executoris, & commiſſarij in præiudicium tertij nō eſt credendum nec ſtandum.*
55 *Aſſertio nuda executoris ſine ſigillo & ſubſcriptione nullam prorſus facit fidem.*

CONSILIVM. LVII.

1 STANTE † Priori matrimonio, filij ex ſecundo nati nō pñt eſſe legitimi. c. tanta. qui fil. ſint legi-
2 ti. & in c. ex tenore. & c. referente. † Nec pdeſt allegatio ignorantiæ, ſi non eſt probabilis, ſm Ab.
3 in d. c. referente. & c. per uenerabilē. † Nec obſtat bona fides ſecundi, quia non pōt quicq̃ operari, ex quo fuit clandeſtinū ut
4 in c. fi. §. pçuis. de clandeſt. deſponſa. & uerſ. pari modo. † Quia non ꝯctum publicè nec in faciē eccleſiæ, ex quo præſumit ſciētia primi, Gemi. conſ. xxvij. In fi. pulchre Anch. ꝯſ. cccxij. In primo dubio, & ēt no. in c. ex tenore. q fil. ſint leg. & ibi Abb. qualiter dicat̄ clandeſt. & per Bar. in l. ij. C. de his q de publ. rat. lib. x. & p Mod. in l. clā poſſidere. ff. de acq. poſ. & in c. ꝯſuluit. col. fi. de of. deleg. & facit. l. iij. §. fi. & l. ſeq. ff. ꝙ ui aut clā. Et clandeſtina non carent ſuſpitione, ut dicit gl. per illū tex. in l. j. §. mittatur. ff. de uent. inſpi. † Et fortiter obſtare vī ſcientia maritatę
5
6 aperta. p no. in c. ab excōicato de reſcr. † Et de primo ſatis conſtat, quia fuit traducta tanquam uxor, & ſic a tacito ꝯſenſu pſumuntur uerba præceſſiſſe de præſenti. gl. in l. cui fuerint. & ibi
7 Pau. de Ca. ff. de cond. & demon. † Secundò cohabitatio inſi-
8 mul, & fama loci. c. illud. de præſump. † Itē & ꝯfeſſio ipſarum. c. ſuper eo. ubi Abb. & alij de eo. qui cogn. conſan. uxo. ſuæ. & per Bal. conſi. xlviij. Quidam. uol. ij. & Alex. conſi. xxiiij. col. v.
9 uol. ij. & Dec. conſi. clxij. col. ij. † Et eſto ꝙ probet ꝯfeſſio emanata abſente parte, nō ſufficiens eſt gl. in c. quoties cordis j. q. vij. do. Ant. Car. & Imo. in c. ſi cautio. de fi. inſtr. & Dec. d. cōſi.
10 clxij. col. ij. † Clandeſtinitas ſecundi probatur, quia factum in domo extranei, & quia occultum illis, qui ſoliti ſunt ſcire, ut p Bar. in l. non intelligere. §. tacite. ff. de iu. fiſ. & in l. in fraudē in prin. ff. de his quib. ut indig. Et quia dixit ut ſecreto teneret, & in ſimi. Imo. in l. poſt ꝯtractum. ff. de donatio. de inſtr̄o occultè fa-
11 bricato, ꝙ habet ſuſpitionē ſimulationis. † Faciunt no. per Dec. in l. quo tutela §. clā. de reg. iur. Barb. ꝯſ. xlvj. col. iij. uol. j. & quę no. Bar. in l. Barbarius. col. j. ff. de offi. prætor. & Bal. in l. nemo. de ſum. Tri. Iaſ. in l. ſi quis in fraudem. Inſt. de actio. & Fely. in
12 c. cū quidē. col. pen. de iureiu. † Et clandeſtinè dr̄ fieri qñ procuratur ne in notitiā alterius ueniat, & maximè illius cuius intereſt, uel qñ actus qui publice fieri debet, ut eſt matrimonium fit corā duobus teſtibus, ita Bar. in d. l. ij. C. de his qui de pub. rat. lib. x. & Barb. conſi. xlv. Scribitur col. pen. uol. j. & in ſimi.
13 no. Dec. conſ. cccxcix. Concluſionē col. fi. † Et ēt ſi eſt ꝯctum inter illos, qui ꝯſueuerunt palā & non occultè ꝯhere. ut no. Bar-
14 ba. ꝯſ. liiij. Illud aſſeram. col. vj. uerſ. præmitto ēt uol. j. † Et notitia primi præſumitur ex publica fama primi. c. j. de poſtu. prælа. c. cum in tua qui matr. accu. poſſ. & in c. fi. & per Dec. conſi. cliiij. Et in c. ij. de conſt. lib. vj. Dummodo probetur in ciuitate fuiſſe alias ſcientia non præſumitur, Bar. in l. is pōt col. iij. ff. de
15 acq. hær. doc. in d. c. qui in tua. † Stante ēt uicinitate loci, & temporis modicitate. l. peregre. ff. de acq. poſ. iuncto. c. quoſdam. & c. quanto de præſump. & per Mod. poſt Bar. in l. j. ff. ſi cer. pet.
16 † Nec dubietas uitæ primi excuſat, cū requiratur omnimoda certitudo mortis primi. c. in pręſentia. de ſpōſal. c. dominus. de ſecun. nup. auct. hodie. de repud. C. & quia quilibet præſumit̄ uiuere uſq; ad centum annos. l. fi. C. de ſac. ſan. eccl. & per doc.
17 ubi. ſ. Et quia teſtes deponunt de ſcientia. † Nec dicat ꝙ ſunt ſingulares. Nā ſolus unicus teſtis ſufficit ad cauſandā malā fidē in ꝯhendo ſm ea. præterea. & c. cū in tua. & ibi doc. de ſponſal. Et quia ſola fama primi publici ſufficit ad impediendum ſm.
18 † Et quia non debebat ꝯhere & ꝯhendo fuit in mala fide. l. qui ꝯ. C. de inceſt. nupti. c. a. qui ꝯ de reg. iur. li. vj. & c. q̄ ꝯ. viij. diſt.
19 c. illa. xij. diſt. † Et quia teſtes tendunt ad unū finē ſcilicet probandi ſcientiā, ſingularitas non nocet. l. qui ſententiā. C. de pe. ut dr̄ de diuerſis confeſſionibus mutui bene probat mutuū p
20 Pau. ꝯſ. cciiij. Iudex eſt miniſter. circa. fi. † Et quia elegit hanc uxorē, præſumendū eſt ꝙ habuerit notitiā eius qualitatis. Bar.
21 in l. ſi patronos. ff. de ꝯfir. tut. † Stante ēt īportantia facti, & tēporis diuturnitate Inn. in c. ueniens. de fil. præsby. Roma. conſi.
22 cccclxxij. col. ij. † Et in dubio uerū eſt, ut filijs faueamus ut legitimi iudicent̄. l. miles. §. defuncto. ff. de adulter. Bal. in l. filiū.
23 col. fi. ff. de his qui ſunt ſui cum ſimi. † Secus qñ ſumus in claro ut no. Alex. conſ. clij. col. ij. uol. v. & argumento c. ex tenore de
24 fo. comp. cū ꝯco. † Et quia in ꝯctibus perpetuis, & maximè importantiæ ut eſt matrimoniū qñ graue eſt, ēt in facto longinquo, non pſumit̄ ignorantia c. cū illorū de ſent. excom. Alex. in d. l. peregre. & grauis eſt cā matrimonij, late Soc. ꝯſ. xvij. col. iij. uol. j. cum ſimi. Et qui cū alio ꝯhit, præſumitur habere notitiā illius cū quo ꝯhit Bal. in l. in ciuile. C. de fur. & non excuſatur a pęna, quia debuit inueſtigaſſe, Alex. conſi. cxxix. Titulus. colu. pen. uol. iij. prout in ſocietate, quę matrimonio ęquiparat̄. Pau. in l. j. §. non aūt uerſi. itē alias conſului. ff. de exerc. cum concor.
25 † Nec creditur dicenti ignoraſſe, ſi illa publica ſunt & notoria. c. fi. xvj. diſt. cū ſim. † Prout nunquā excuſat̄ ab ignorantia iu-
26 ris, q matrimoniū occulte ꝯhit, Bal. in l. j. C. de interd. matr. cū ſit prohibitū, toto ti. de clandeſt. deſponſ. † Et in his q̄ ſunt de
27 genere prohibitorū, ſcientia & dolus pręſumantur, nec poteſt ignorantia allegari, ut dr̄ ibi, & in l. fi. ff. de ri. nupt. no. Fely. per illū tex. in c. fi. de ſen. excom. & ibi tradit gl. † Et quia ꝯctū co-
28 rā minori numero quinq; perſonarū & ſine pōpa & ꝯcurſu cōſanguineorū, ideo fraudulentū Bal. conſ. cxlviij. In caſu propoſito. col. fi. uol. j. Barb. d. cōſi. xlv. Et quæ tradit tex. in ca. aliter. xxx. q. v. & Hoſt. in ſum. de cland. deſpon. §. j. & p oēs in c. j. & ij eo. tit. & per totū, & p Soc. ꝯſ. xvij. Supra dicta. col. iij. uer. quin
29 immò cū ſit uol. j. † Et quia diſparitas generis & nobilitatis. q̄ maximū argumentū fraudis arguunt, Barb. d. conſ. xlv. col. fin.
30 Prout quia rumor erat † ꝙ iſte cognouerat ſororē iſtius, cum qua clandeſtinè ꝯxit, quo caſu matrimoniū non potuit eſſe. qa fuit generata affinitas, & publicę honeſtatis inſtitia. Inn. & alij in c. diſcretionē & c. fraternitati. de eo qui cogno. conſang.
31 † Et hæc ſola ſufficit ad tale impedimentū argumēto tituli de
32 conſang. & affi. cū uulga. † Et ꝙ ſororē cognouerit, patet. quia deprehenſus cū ea in lecto, ut in ſimi. p Bal. in l. neq; natales. in prin. C. de proba. & quæ p Bar. in l. ij. in prin. ff. de fur. & quę p
33 gl. in l. ſi uero non remunerandi. §. adoleſcens. ff. mād. † Et quia in teſtamento reliquit filio iſtius ſororis certū quid annuū, & eidem ſorori eius matri aliquid legauit, argumento eorū quæ
34 dicit Bar. in l. cū quid. ff. ſi cer. pe. † Quæ pręſumptiones bene probant dictū coitū. l. ſi qui adulterij. C. de adult. c. literas cū ſi-
35 mi. de præſump. † Et quia ſunt uerosimiles, habentur pro uera probatione gl. in uerſ. legitimis in l. ij. §. j. ff. de excu. tut. Rom.
36 conſi. vij. uiſis. † Et inſtrū ꝯctus matrimonij, per qd̄ prædictū aſſeritur publice ꝯctum, nil obſtat, primo quia notarius alias

fuit

fuit de falſo accuſatus regu.ſemel.& quæ late per Fely.in c.fra
ternitatis de hæreti.& Barb.in rubr.de fi.inſtru.col. pen.poſt
Bar.in l.ij.ff.ad leg.Iul.repetun.Secũdo qa teſtes in inſtrõ de-
ſcripti ſunt pſbyteri,& alias de falſo dãnati,ut uolũt doc. citati
37 p Mar.ſig.lxxuij.Et p Fel.in c.teſtimoniũ de teſti.†Et ẽt quia
præsbyter & phibitus intereſſe nuptijs clandeſtinis,& ideo ẽt
ſemiplenã nõ faciũt probationẽ,ut nota do.Præpoſi. in c.cum
inhibitio p illũ tex.in prin.de cland. deſpõ.qui tex. negatiuè
pcedit,& ſi actus in ɔ̃triũ factus erit nullus,ad no.in l.non du-
38 biũ.C.de legi.& p Fel.in c.ex parte. de ɔſti.†Alius uero teſtis
nõ eſt ſufficiens, qa unicus, & plures requirunt & omni exce-
ptione maiores,& rogati Barb.conſ.xlv.ſcribit.col.j.& ij.uol.
39 j.& ɔſi.liiij.illud afferã.col.iij.eod.uol. † Tertio inſtrũ reddit
inualidũ,rõne loci,& tẽporis,quib. fuit celebratũ in domo pri
uati,& de nocte,ad no.in c.literis.de teſtib.& in l.ɔſenſu.C.de
40 repud.& p oẽa in l.j.ff.ſi cer.pet.†Et quia tendit in præiudiciũ
tertij,illi ſtandũ nõ eſt.Barb.ɔſ.octauo.Sapiẽter.col.ij. uol.ij,
poſt Inn.in c.illud de præſump.Nã licet pbaret inter ɔ̃hentes
41 nõ tñ probat in preiudiciũ tertij.†Ad aliud pro reſolutione du
bij dati eſt optima deciſ.Gemi.ɔſi.xxvij.Super dubijs.ubi ɔſi-
derãdo plures caſus tangit præſentẽ , de quo uertitur quæſtio,
ɔcludens,q qñ principaliter agiť de ſucceſſione, & matrimo-
niũ nõ deduciť principaliter in iudicio,ſed incidenter,& p mo
dũ cãæ,tunc qlibet pbatio vr ſufficiens,ad probãdũ tale matri
moniũ,quo ad finẽ legitimitatis, & quo ad ſucceſſionẽ,licet in
terſit eorũ qui prætendebãt ſuccedere,adducit iura,deciſ.& ra
tiones probantes hanc ɔcluſionẽ,& rñdet ɔ̃rijs quæ adduci poſ
ſent,quæ doc.ɔprobari põt ea dictis per Abb.poſt glo. & alios
in c.lator.qui fil.ſint legit.col.ij.uerſ.no.gl. ubi infert ad limi-
tationẽ,& declarationẽ eorũ quæ habent in l.filiũ.ff.de his qui
42 ſunt ſui uel alien.iur.†Et faciunt no.p do.Præpoſ.in c.peruc-
nit,in fi.ſecũdi notabilis,& in c.ea tenore,in v.no.extra qui fil.
ſint legi.obi p illa iura ɔcludit,ad legitimationẽ prolis, ſuffice
re leuiores probationes, ẽt dẽpta uera probatione matrimonij.
43 † Quæ ẽt coadiuuari poſſunt ea his quæ dicit Dec.cõſ.cliij. In
effectu qritur,col.ij.& iij. ubi ɔcludit ad legitimationẽ filiorũ
ſufficere matrimoniũ præſumptũ,& leuiores probationes,cum
lex inquantũ poſsit,faueat filijs,ut in dubio iudicent legitimi,
& ſucceſsibile.sadducit uarias,& plures deciſio. quæ uideri po
44 terũt.†Et bene facit illud qđ dicitur,q ſi in iudicio principa
liter deducať dominium,tunc nõ ſufficit ſola poſſeſsio ad pro-
bationẽ ipſius ea quo aliæ probationes ɔcludentes interuenire
debent,ſecus aũt qñ dñium incidenter in iudicio deduciť,nam
tũc ad probationẽ ipſius ſufficit poſſeſsio,ut no.Bar.in l.quidã
in ſuo.ff.de ɔd.inſti.& late dixi poſt Bar.in l.ſi prius. ff. de ope.
no.nun.& ſentit Fel.in c.illud,col.ij.extra de præſump.ex qui-
bus,omiſsis plurib.alijs reſultat ɔcloſio firma, probationes de
quib.in proceſſu,bene & optimè ſufficere, Iacobũ fuiſſe,& eſſe
45 filiũ legitimũ.q.Bernardini,& ɔñr ſucceſsibilẽ.†Nec erit in cõ
ſideratione intereſſe aduerſariæ,ut in ſui præiudiciũ tales pro-
bationes nõ uideãtur ſufficere,ut vr ſentire Bal.in auc.ſi qs in
aliquo documẽto,col.ij.uer.iuxta hoc qro.C.de eden. & Flor.
in l.harũ.§.ſi qratur.ff.ſi ſer.uend.& Soc.conſ.xxxix.Viſis,& in
46 ſpectis,col.v.uerſ.nec coadiuuatur,uol.j.†Nã deciſiones prędi
ctæ nõ loquuntur de intereſſe reſultãte ex legitimatione , nec
de intereſſe,quo ad ſucceſsionem,ſed de intereſſe quo ad fedus
matrimonij,ut expreſsis uerbis declarat ipſe Bal.in d.auc.ſi qs
in aliquo documento,col.ij.uer.palleg. ubi ita exẽplificat tale
intereſſe tertij ɔſiderabile,ut ſequitur Fely.in d.c.illud,col.iij.
uer.ſed quantũ ad propoſitũ,in fi.& q ita debeat intelligi aper
tè oſtenditur ex doctr.Gemi.in d.ɔſ.xxvij. & ex alijs ſupra ad-
ductis,ex quib.hr cõis ɔcluſio,q ad probandũ legitimationẽ fi
lij,ẽt reſpectu ſucceſsionis, quo caſu tractatur de intereſſe ter-
tij,ut in totũ,uel pro parte excludatur a ſucceſsione , ſufficiunt
probationes leues,eſto q plenè matrimoniũ nõ probetur , qñ
matrimonium uenit in iudicio incidẽter,& p modũ cãę , ut eſt
in pſenti caſu,in quo ſnia proferẽda uenit declaratiuè eundẽ Ia
47 cob.eſſe filium legitimum dñi Bernard.† Ad illud, an ordina-
rius cõmiſſarius,& executor , ſeruare debuerit formã mãdati,
& ptãis ſibi attributę,qui nõ potuit pdicta excedere,unde ali
ter procedendo uti fecit,nulliter proceſsit.c. cum olim , de of.
deleg.uulg.l.diligẽter.ff.mãda.Ordo.n.datus,nedum ſubſtan-
tialis,ſed quilibet alius ſeruãdus eſt,& ſi non ſeruatur, nulliter
proceditur,ut per Inn.& alios in c.cum dilecta, ubi plenè not.
48 de reſcri.& alias plenè dixi.†Ad qđ,nã in d.reſcripto,appoſi-
ta eſt clauſula,ſi ita eſt,& clauſula, ſi rapta nõ fuerit,q formam
ɔditionem ſiue inſtructionẽ inducunt,ut hr in c.ab excõicato.de
reſcr.& in c.cum ɔtingat,de of.deleg.unde ɔcluditur q adim-
49 pleri debuit p dictum executorẽ p iura uulg. † Et licet poſſet
dici,q dictæ clauſulæ nõ importãt ɔditionẽ in reſcriptis gra-
tioſis,ut eſt pſens materia,ut plenè hr in c.fi. de præſump. & in
50 c.j.de of.deleg.& p Belleme.deciſ.iiij. cum cõcor.†Tñ in pun
cto adhuc inſtatur,q licet ſimus in gratioſis,& licet cõditionẽ
nõ importẽt,tñ monitionẽ,& inſtructionẽ exigunt, licet parte
non uocata,ut pleniſsimè no.in dictis deciſ.& in puncto eſt de
ciſ.in terminis Lap.alleg.lxj.Viſis literis,col. ij. ubi tenet q in
mandato de diſpẽſando ſuper matrimonio executor debet ſal
tẽ proceſſum fulminare, licet nõ cogatur aſſumere partes iudi
cis,tñ debet ſe informare,ut per Ion.in c.licet extat.de transla.
51 & Car.in cle.fi.de reſcr.ubi allegantur alię deciſ.†Pręterea cła
ſi ita eſt,& cła,ſi eſt idoneus,procedunt a pari,ut pleniſsimè in
d.c.fi.& alijs ſupra allega.& tñ executor debet pronunciare ſu
per idoneitate,ut tenet Lap.alleg.xv.idẽ eſt dicere, & ſup hoc
debet fieri declaratio,ut tenet Rot.in antiq. deciſ. lxxviij. ita
52 erit & in executore,in diſpenſando,cum cła, ſi ita eſt. † Proue
ẽt quia diſpenſatio facta per habentẽ mãdatum diſpẽſandi, fie
ri debet præcedente inquiſitione,& ſm formã mãdati, ad hoc
ut ſatisfiat uoluntati & intentioni mandantis & de prædictis
ɔſtare debet,ut in ſimi.tenet Rot.in deciſ.recoll.per Thom.fa
ſtol.cau.xxvij.dub.lj.quę deciſ.optimè probat per locum a ſpe
53 ciali.†Ex prædictis infertur , q mãdatum de diſpenſando non
ɔcurrentibus ſupra deductis,non habet uim diſpenſationis,ex
quo non eſt ſatisfactum intentioni mãdantis,nec obſtant not.
per Mod.in c.quia circa.de conſang.& aſ.ex quo loquuntur in
diuerſis terminis.Itẽ intelligi debent ſm ſuperius deducta , ad
54 quæ no.in l.quidã conſulebat.ff.de re iud.†Ad ultimum ɔclu-
ditur,ſoli uerbo, & nudę aſſertioni aſſerti ordinarij minimè eſ-
ſe credendum in præiudicium tertij cui modo eſt ius quęſitum
per no.in l.ſi forte.ff.de caſtr.pecu.& per Mod. in l.j. in prine.
55 col.xix.ff.de of. eius.†Maximè quia nullæ apparent literę nec
ſcripturæ publicę,neq; ſignatę,ſigillo dicti ordinarij,quo caſu
ſua prædicta nuda aſſertio fidẽ nõ facit,ut plenè hr in c.cum in
iure.de of.deleg.& per Alex.conſ.xxxiij.col.iiij.& bene p Rot.
in nou.in ti.de prob.deciſ.x.per locum a ſpeciali,& p Bernard.
Biſgne.in tit.de fide inſtr.prima.& per Belle. deciſ. dcxviij. &
diffuſe alias de prædictis dixi.

Pariſius Pad.

SVMMARIVM.

1 *Soror in cauſa ciuili,an ſit idonea teſtis pro ſorore.*
2 *Et quid ſi cauſa eſt matrimonialis.*
3 *Et quid ſi inter litigantes ſuper matrimonio,non eſt diſparitas.*
4 *Et quid ſi diſparitas eſt modica.*
2 *Conſanguinei & proximi an ſint idonei teſtes in cauſa matrimoniali,& ſeq.& nu.77.*
5 *Clandeſtinitas ſola,an uitiet matrimonium.*
6 *Matrimoniũ probari poteſt per duos teſtes maſculos ſiue fæminas.*
7 *Pro matrimonio in dubio iudicandum eſt.*
8 *Scãdali euitatio in pluribus conſiderať & declaratur.& num.48.*
9 *In dubio,illa uia eligenda eſt,quæ minus præiudicium infert partibus & nu.50.declaratur.*
10 *Quando ueritas aliter haberi non poteſt recipiunť teſtes , qui alias non reciperentur,declaratur nu.50.*
11 *Teſtes inhabiles coadiuuantur,per alios habiles.*
12 *Soror & conſanguinei regulariter non ſunt integri teſtes pro conſanguineo,& nu.27.*
13 *Domeſtici & ſimul cohabitantes, & ſimul uiuentes non ſunt integri teſtes,& nu.71.& 88.*
14 *Maximè quando talis familiaritas & domeſticitas, habet coniunctam conſanguinitatem.*
15 *Iniuria facta uni,uidetur facta omnibus de illa familia,& nu.78.*
16 *Et ideo non ſunt integri teſtes pro iniuriato.*
17 *Teſtis habens affectionẽ ad cauſam repelli debet,& nu.79.& 84. Vt eſt aduocatus,procurator,uel ſollicitator,& alij ſupra dicti.*
18 *Soror in cauſa matrimoniali,non debet recipi in teſtem,data diſparitate coniugum,& nu.24.*
19 *In cauſa matrimoniali requiruntur probationes concludentes, nec ſufficit ſola fama.*
20 *In cauſa matrimoniali,teſtes debent eſſe omni exceptione maiores.*
21 *Idoneus teſtis,quis dicatur.*
22 *Conſanguinitas bene poteſt probari per conſanguineos.*

23 *Intellectus*

13 *Intellectus.c.uidetur.de eo qui dux.in matr. &c.*
25 *C.ſuper eo.de teſti.loquens in matre,extẽditur ad ſorores,& alios conſanguineos.*
26 *Ratio generalis legis,attendi debet,& non dictum particulare.*
27 *Reductio ad ius commune facilis eſt & fauorabilis.*
28 *Probatio quæ facienda eſt cum aliqua qualitate,uiti ſi qualitas illa non eſt probata,nam qualitas requiſita probanda eſt.*
29 *Intellectus prædictorum.c. ſuper eo.& c.uidetur ut non procedat, quando cum conſanguinitate concurrunt aliæ qualitates grauantes teſtes,& ſeq.*
30 *Duo uincula magis ſtringunt,quàm unum.*
— *Ius ſingulare & exorbitans,non debet trahi ad alios caſus.*
32 *Honor omni lucro,eſt præponendus.*
Timor ſtupri,bonis uiris,maior eſt quàm Timor mortis.
33 *Soror & conſanguinei data diſparitate ab initio repellendi ſunt et non admittendi in teſtes,& ſeq.*
34 *Dictio,aliquatenus æquiparat̃ illi clã, ꝙ nec in minimo reciperet̃.*
35 *Dictio negatiua præcedens,abnegat omnem poteſtatem, & imponit neceſſitatem ut,actus non fiat.*
36 *Teſtis receptus & examinatus,qui non debebat recipi nihil ꝓbat.*
37 *Diſparitas coniugum conſideratur ex bonis & diuitijs,& nu.79.*
38 *Item & reſpectu amicorum,cum amicitia ualde conſideretur.*
39 *Item & reſpectu morum honeſtatis,& bonæ conuerſationis.*
40 *Item & reſpectu honoris,& nobilitatis.*
41 *Filius naturalis tantum,an dicatur de domo.*
42 *Et quid ſi naturalis fuit legitimatus,an dicatur uerè legitimus,*
43 *Legitimatus,an excludat ſubſtitutum.*
44 *Legitimatus,non debet uocari ſpurius.*
45 *Legitimatus,quo ad omnia etiam nobilis dicitur.*
46 *Diſparitas uerificata in uno ex illis quatuor requiſitis ſufficiens eſt licet omnia illa quatuor copulatim non uerificentur.*
47 *Peccatum ita uiget in coniungendo non coniungendos,ſicut in ſeparando non ſeparandos.*
52 *Teſtis ſemel admiſſus,qui nõ debebat admitti,an & quãdo probet.*
53 *Et quid ſi fuit oppoſitum tempore quo fuit productus.*
54 *Et quid ſi fuit oppoſitum,& oppoſitio fuit reſeruata.*
55 *Teſtis repulſus & reprobatus,hr̃ pinde ac ſi nõ fuiſſet teſtificatus.*
56 *Matrimoniũ metu contractum,eſt ipſo iure nullũ,& nu.61.et ſeq.*
57 *Matrimonium ſecundum, præfertur primo per metum contracto, etiam non petita reſciſſione primi.*
58 *Qualitas requiſita ad ſubſtantiã actus,ſi nõ interuenit,uiciat actũ.*
59 *Qualitas enim informat ſubiectum,cui inhæret.*
60 *In matrimonio requiritur uolũtas cũ plena libertate & ſic utrũq;.*
62 *Sponſalia metu contracta ſunt ipſo iure nulla.*
63 *Etiam ſi prædicta eſſent iuramento uallata.*
64 *Metus iuſtus reddens matrimonium nullum, eſt metus mortis, & cruciatus corporis.*
65 *Idem quando quis timet uulnerari,nam non debet expectare quod uulneretur,& nu.66.& 75.*
Idẽ quãdo ſubeſt cã,propter quam debet timeri futurum damnum.
Idem quando facta eſt offenſa alicui à quo tunc uidet poſſe offendi, & nu.66.
Idem quando timet poſſe compelli.
66 *Idẽ quando adeſt iuſta ſuſpitio,eſto ꝙ nõ ſequat̃ effectus,& nu.76.*
Metus eſt ualde contrarius conſenſui.
67 *Metus præſumit̃,quãdo remittit̃,uel fit aliquid ꝙ nõ eſt ueroſimile.*
68 *Metus habet in ſe dolũ,& uterq; coniecturis probatur, & n.86.*
69 *Metus purgatur per actum ſubſequentem,uoluntarium,& nu.87.*
Niſi in eodem actu duret eadem cauſa metus,& nu.87.
70 *Actore non probante,reus debet abſolui.*
72 *Particeps delicti,& criminis,non eſt idoneus teſtis.*
73 *Inimicus repellitur à teſtimonio.*
74 *Committens crimen, & cogens aliquem per metum ad faciendum actum puniendus eſt.*
80 *Teſtes contrariantes ſibi ipſis non probant.*
81 *Teſtis ſingularis,minimè probat.*
82 *Mediator non admittitur ad teſtificandum.*
83 *Qui non confitetur ſemel in anno non eſt idoneus teſtis.*
85 *Viuens expenſis alicuius,non eſt idoneus teſtis pro illo.*

CONSILIVM. LVIII.

AGIT Coram do.Suffraganeo, & uicario Padoano.d.Lucia filia Fran.Pandini,ꝯ d.Ant.Mariæ Barbo,petẽdo pronũciari,& declarari eundẽ.d. Ant. p uerba de pñti,& apta,ꝯtraxiſſe legitimũ matrimoniũ,& illud ꝯſimaſſe cũ ipſa,& ꝯñr cogi,& cõpelli ad traducẽdũ eã,& præſtãdũ maritalia obſequia,& aliàs,ut in libello. Ex aduerſo ipſe do. Ant.dicit cũ ipſa legitimè, & uere nullũ ꝯxiſſe matrimoniũ, & dato termino ad probandũ ipſa Lucia ꝓduxit in teſtes,quendã Aleſiũ,& quendã Victorẽ. Et ulterius ꝓduxit duas eius ſorores, cõmorantes in eadẽ domo cũ ipſa Lucia Inſtans illas debere recipi,& examinari.Cõtra quos Alexiũ, & Victorẽ tẽpore productionis minimè aliter cognitos fuit oppoſitũ,ex parte ipſius.d.Ant.& oppoſitio admiſſa. Contra iſtas uero ſorores,opponit̃, & dr̃ eas nõ debere recipi nec admitti, dubitat̃ An ſint reijciẽdæ,& repellẽdæ.Et an depoſitio.d.Aleſij & Victoris noceat ipſi.d.Ant.caſu quo appareret ipſos uel ali-
1 quẽ ipſorũ aliquid depoſuiſſe ſuper aſſerto matrimonio.†Circa ſorores prima facie dicendũ vr̃ ipſas debere recipi. Eo qm̃ ſumus in cã ciuili,& ſoror pro ſorore recipi debet ſm̃ gl.in l. parẽtes.C.de teſti.& no.in c.cũ,r,canonicus,& in c.inſinuãte, de
2 of.dele.& in c.j.iij.q.v. †Eo potiſsime quia ſumus in cã matrimoniali,& pro matrimonio,quo caſu nedũ ſoror uenit admittẽda,ſed ẽt parentes,& proximiores, qui licet in alia cã non admitterẽtur,tñ in iſta recipiũtur,ut eſt tex.in c.vr̃,qui mat.accu.
3 poſ.& in c.j.xxxv.q.vj. † Et hoc cũ nõ ſit dare diſparitatẽ inter ipſam Luc.& ipſum d.Ant. quo caſu nedũ ſoror, ſed ẽt mater
4 admittitur,ut eſt tex.in c.ſuper eo.il ij. de teſt.†Et licet in aliquo eſſet diſparitas,tñ modica eſt,q̃ modica nõ operat̃ ut perſonæ ꝑdictæ nõ recipiãtur,ſm̃ gl.cõiter approbatã in d.c.ſuper eo.in uer.mr̃.uer.ſed qđ hic dr̃ pro qua faciũt no.p Bar.i l.ꝓcia rerũ.ff.ad l.fal.& in l.ſcio. ff. de in integ.reſt. cũ alijs ꝯcor. ubi
5 de modico,& minimo nõ eſt curãdũ.†Et eſto ꝙ pñs matrimoniũ non fuerit ꝯctum publicè,ſed clãdeſtinè, tñ ex hoc non uitiatur,clẽdeſtiuitas aũt nõ uitiat ipſum matrimoniũ,dũmodo ꝙ probetur,cũ in eo ſufficiat ſolus ꝯſenſus.l.nuptias.ff.de reg.
6 iu.ſm̃ Abb. p illũ tex.in c.j.de clãd.deſpõ.in prin.†Et ad ꝓbandũ matrimoniũ ſufficiãt duo teſtes,ſiue maſculi,ſiue fœminæ.d. c.ſup eo.& ibi Abb.& alij,& no per gl.ij.q.v.in ſum.& in c.præ
7 ſul.†Ad ꝙ ẽt facit, quia in dubio iudicãdũ eſt ꝓ matrimonio.
8 c.fi.de re iud.†Et tãto magis in p̃ſenti caſu,in quo ſi nõ eſſet matrimoniũ,vr̃ ſcãdalũ oriri,ex quo.d.d.Lucia fuit carnaliter cognita per ipſum.d.Ant.& ſuſcepit ſobolẽ,arg.tex.in c.j.in fi.de cogna.ſpiri.& in c.ſuper eo.& no.per gl.& alios.in c.ij. de præ
9 ſcr.†Et qq in dubio eligẽda eſt illa pars,ſm̃ quã minus præiudi-
10 ciũ Inferat̃ partibus.l.j.ubi Pau.& Alex.ff. ſi quis cau.†Ad qđ ẽt facit,quia ſumus in caſu in quo ueritas alias haberi nõ põt, quo caſu teſtes alias inhabiles debent admitti in defectũ talis probationis,eſto ꝙ alias nõ admitterent̃.l.ꝯſenſu.C.de repud. c.ueniẽs.il.ij.de teſti.& per Spe.eo.ti.§.j.uer.itẽ ꝙ eſt domeſti-
11 cus.& per doc.in c.iij. loco de ꝓba. † Prout ẽt idẽ vr̃ dicendũ, ex quo cũ dictis duabus ſororib.ꝯcurrũt.r̃.dicti duo alij teſtes qui uident̃ idonei, per quos Idoneos iſtæ ſorores.quatenus in aliquo eſſent inhabiles,reintegrãtur,ut in ſimi.hr̃ per Bal.& alios.in l.ſi quis ex argẽtarijs.§ j ff.de eden.& per Roma. conſi.
12 cccclxxxvj.In caſu propoſitæ cõſulta.in fi.†His tñ nõ obſtãtibus ꝯriũ eſt ipſa ueritas,& oſtenditur clariſsime,nã dictæ teſtes productæ ſunt ſorores & cõſanguineæ ipſius Luciæ producẽtis, ut ipſamet fatetur qñ produxit illas,& ẽt in capitulis & articulis,unde cõiter nõ ſunt integræ teſtes,ut no. in d. l. parẽtes.& p Bar.in l.admonen.col.ix.uerſi.uenio ad tertiũ,& ibi Iaſo Mod. car.xviij.ff.de iu.iur.& per Alex.cõſi.xviij. Viſo pũcto.uol.j. & Bar.in l.qui teſtam.§.quæcũq;.col.fi.ff.de teſta.& gl.in d.c.in-
13 ſinuante.& in d.c.cũ,R, canonicus. † Inſuper domeſticæ ſunt & habitantes in eadem domo,& inſimul uiuentes,quo fit ut integræ nõ ſint ꝯñr ꝙ nõ debent admitti iuxta no.in l.ij.C. de teſti.& in c.in literis de teſti.& per Sp.in ti.de teſte.§.j.uer.itẽ ꝙ eſt domeſticus,& plene per Alb.in trac. de teſte.in ca.quando teſtes repel.rat.domeſtici.& famil.& ideo Abb.in d.c. in literis.in iij.nu.dicit, teſtẽ habentẽ talẽ qualitatẽ nõ debere interrogari,ex quo nõ facit,nec indiciũ, nec præſumptionẽ aliquã
14 adducendo tex.in c.teſtes.iiij.q.iij.†Et tãto magis qñ iſta familiaritas,domeſticitas,& inſimul uiuere ſunt coniuncta, cũ ipſa conſanguinitate,& ſororeitate,ſm̃ Bal.in d.l.parentes. col. ij. & d.Ant.& Io. de Ana. in c.cũ oporteat. in prin. de accuſa. &
17 Pet.de Anch.conſi.ccxlvij.In cã agitata.col.ij.†Præterea certũ eſt,ꝙ ſi mr̃imonium iſtud nõ haberet effectũ ipſa Lucia afficeretur maxima iniuria & dedecore cũ fuerit carnaliter cognita ut ipſa pluries fatet̃ per ipſum.d.Ant. & talis iniuria cederet in magnũ dedecus totius domus & familiæ, & potiſsime dictarum

rum ſororum inſimul habitantiũ cum ipſa,quo caſu unus con-
iunctus pro alio iniuriato ꝯiuncto non põt teſtificari, ex quo
agitur de ꝓprio intereſſe.Et iniuria iſto caſu vr̃ eſſe cõis,& pro
72 & Barb. in c. cum olim, col. vj. de conſuetud. † Potiſsimum ſi ſuc
ceſsio conſiſtit in rebus feudalibus, uel in alijs redactis tamen
id inſtar feudalium, quo ad formam ſuccedendi, ut pulchre pro-
ſequitur Ab. In c. dilecti. col. iij. de arbit. & Marti. Lau. in d. Ino
trac. & copioſius ac diffuſius Io. Leci. in eo. trac. lib. j. q. xix. col.
73 ij. & nu. v. † Vbi ex multis concludit in feudalibus & in alijs ad
inſtar eorum redactis, quo ad formam ſuccedendi tale ius pri-
mo geniturę competere maſculis & non fęminis quæ ab illis ex
74 cluduntur. † Tale enim ius primo geniture ſapit naturam feudo
rum, ut tradit Soc. d. conſi. xlvij. num. iiii. v. & vj. uer. tertia ratio
75 eſt uol. iii. † In quibus regulariter fęminę non ſuccedunt. c. j. §.
hoc autem notandum. qui feudum dare poſſunt cum alijs cita-
tis per Frã. de Cur. in trac. de feu. in iii. parte prin. q. j. & diximus
76 ſupra. † Et quia fęminæ regulariter excluduntur a dignitatibus,
77 ut traditur in locis ſuperius citatis. † Quæ primo genitura, lo-
cum ſibi uendicat, etiam ſi ex conſuetudine feuda eſſent diuiſi-
bilia, ut concludit citando alios Io. Lecir, in d. tract. li. j. in q. xj.
78 † Et ſi maſculi etiam deficerent, adhuc filiæ fęminæ non debẽt
admitti, ſecundum Bar. in ti. j. de feu. c. unico. §. & quis uidimus
col. vj. uer. extra quæro, & Aluaro. in c. unico. de eo qui ſi. & hęr.
ſu. & Mart. Landen. in d. trac. & plenè proſequitur Io. Lecir, in
eo, trac. li. j. q. xx. licet circa iſtud aliqui ibi citati contrarium te
nuerint, quorum opin. in caſu præſenti nullo modo procedere
poteſt ex potiſsimum ratione, qm̃ d. Elieta de caſtro filia don
Philippi el Barbut, fuit legitimè exclusa per d. Philip. eius fra-
trem, & ſimiliter. d. Ioanna ſoror. d. Philippi ultimo loco defun
79 cti legitimè fuit excluſa a dicto domi. Philippo eius fratre. † Et
quia prædictæ fęminæ a quibus don Berengarius Aluero de
Ceruellon deſcendit & medio illarum prætendit hanc ſucceſ-
ſionem legitimè & recte fuerunt excluſæ a maſculis, perpetuo
cenſentur fuiſſe excluſę, ita ut deficientibus poſtmodum maſcu
lis nullo pacto poſsint admitti, ut concludit citando plures de-
ciſ. Alex. conſi. xxix. in fi. uol. j. & Fran. de Arc. conſi. cxliiij. & cõ
ſi. cliiij. & Soc. conſi. ccxcvj. uol. ij. poſt And. de Iſer. in c. j. §. quin
etiam in ti. epiſc. uel Abb. & adducit Alb. Bru. in trac. de ſtat. fę
mi. exclud. art. j. q. j. & in terminis noſtris hoc idem ſequitur plu
ra adducendo quædam alij Ioan. Lecir. in d. trac. lib. j. q. xxj. nu.
viij. & ſeq. & alias ꝯſului in cauſa Marchionatus Montisferrati,
80 ubi quamplura alia iſtud idem comprobantia adduxi. † Et ſi pręe
dictæ do. Elieta, & do. Ioanna, a quibus deſcẽdit iſte don Beren
garius de Ceruellon a prædicta ſucceſsione fuerẽ excluſę, & per
conſequens a fortiori excluſus dicitur idẽ do. Berengarius Ceruellon
pronepos & deſcendens ab illis ar. l. ſi uiua matre. C. de bon. ma
ter. & per Bal. in l. j. ff. de ſenato. & Io. Andr. in c. ad apoſtolicæ.
de re iud. in nouel. & in terminis noſtris hoc idem ſequitur Io.
Lecir. in d. tract. lib. j. q. xxiij & ad idem plura adducit Alb. Bru.
in d. tracta. de ſtatu. exclud. fœmi. in ſexto artic. prin. in iij. mem
bro in prima ſua quæſt. Et bene aduertatur ad iſtud, nam fir-
mam concluſionem tradit præſentis conſultationis, ut iſtud ſo-
lum ſufficeret ad excluſionem dicti. d. Berengarij prætenden-
tis hanc ſucceſsionem propter lineam & natiuitatem dictarum
mulierum legitimè & perpetuo excluſarum a dicta ſucceſsione.
¶ Vlterius aduertendum eſt, quoniam prędicti. d. Bernardus &
Alduntia in ſucceſsione prædictorum bonorum conſtituerunt
maioricatum per illa uer. de maiore in maiorem. quod ius maio
ricatus appellatur ius primo geniturę. & econtra, & tale ius pri
mo geniturę in Hiſpania maioricatus nuncupatur, ut tradit do.
Præpo. in c. ius naturale. col. iiij. in fi. j. di. & Old. conſi. xcvj. alias
xciiij. Abb. conſi. iilj, aliàs. iij. uol. ij. & conſi. lxxxv. col. ij. uerſi. ij.
probatur. uol. j. & Barb. conſ. x. col. pe. uol. ij. & Soc. d. conſi. xl-
vij. uol. iij. & ſequitur Io. Lecir, in d. trac. lib. primo. q. ij. in prin.
81 † Et talis conſtitutio maioricatus ſemper intelligitur eſſe facta
ea ratione, ut bona unita conſeruentur in primo genitis & ut di
gnitates familiarum conſeruentur in ipſis maſculis, ut citando
deciſ. concludit idem Socin. dicto conſi. xlvij. uolum. iij. nume.
vj. & cum prædicta omnia concernentia ſucceſsionem dicto-
rum bonorum, ordinata per ſupradictos. d. Bernardum & Al-
duntiam concernant perpetuam conſeruationem illorum in fa
milia & agnatione de caſtro & de pinos, quod minime fieri po
teſt per fęminas deſcendentes ex primogenito ipſorum perpe-
tuo excluſas a dicta ſucceſsione & ſucceſsiue fieri non poteſt
a. d. Berengario Ceruellon deſcendentes ab illis fęminis exclu-
ſis neceſſario concludendum erit talem ſucceſsionem ſpecta-
re ad. d. Gulielmum Galcarandum de caſtro, & de pinos deſcen
dentem per lineam maſculinam a. d. Petro Galcarando filio ſe-
cundo genito. d. Petri filij primo geniti dictorum domini Ber-
nardi & Alduntiæ, eſto quòd ſit tranſuerſalis, cum ſimus &
uerſemur in ſucceſsione, uel feudalium, uel rerum habentium
naturam feudalium, ut apertiſsimè ſuperius oſtendimus.
82 ¶ † Quibus non habet obſtare ſi opponeretur talem conſtitu-
tionem ſucceſsiõis ſapientem naturam fideicommiſsi non exce
dere quartum gradum ab ipſis conſtituentibus, ſecundum An
gel. in §. nos autem. in authen. de reſtit. fideicommiſſ. & Alexan.
83 conſil. lvj. in princip. uolumin. primo cum concordantijs. † Et
quoniam. d. Philipp. Galcarandus ad quem peruenerunt di-
cta bona tanquam primo genitum maſculum reperitur con-
ſtitutus vltra quartum gradum a prædictis. d. Bernardo
& Alduntia conſtituentibus tale fideicommiſſum, uidetur

hac de cauſa illud expliaſſe Ita ut Ipſe. d. Philippus ultimo de-
functus non dicatur aſtrictus tali fideicommiſſo, & conſequen-
ter q libere potuerit diſponere ſuo arbitrio de dictis bonis tan
quam liberis peruentis ad ipſum & non aſtrictis aliquo fideicō-
84 miſſo, argu. dictæ. l. in re mandata cum uulgarib. ¶ † Ceſſat nan
que obiectio ex deductis per Petr. de Anch. conſi. xxvj. qu m re
fert & ſequitur Dec. adducens alias deciſio. conſi. cccxxj. In cau
ſa Alex. col. j. ubi uolunt obiectionem procedere quādo ſolum
& ſimpliciter fuiſſet facta prohibitio alienationis, at quando di
recto relinquitur deſcendētibus, ut eſt in caſu præſenti, tunc in
85 infinitū, & perpetuo durat fideicommiſſum, & diſpoſitio. † Pro-
ut etiam nam prædicti conſtituentes moti fuerunt illa de cauſa,
ut prædicta bona perpetuo conſeruarentur in eorum familia. &
aguarione de caſtro, & de pinos, quæ cauſa debet perpetuo dura
re, & ſine temporis præfinitione ultra quartum gradum quia a-
lias familia, & domus non conſeruaretur ſecundum Soc. cōſ. xij.
col. pe. & conſi. xliij. & conſi. lvij. In cauſa, col. j. uol. iij. & Deci.
86 conſi. xxxviij. in prin. & col. ij. & iiij. uer. ſed tamen his. † Et quo
niam prædicti diſponentes conſiderarunt maſculinitatem, & cō
ſeruationem bonorum in familia neceſſario uoluerunt omnia
requiſita ad eam ſine quibus illa cōſeruatio durare non poteſt,
ad no. in l. ij. ff. de iur. om. iu. & in c. præterea. de off. deleg. & per
87 Soc. d. conſi. lxvij. & Dec. d. conſi. xxxviij. col. ij. † Et talis cauſa
conſiderata per ipſos diſponentes, & qua fuerunt moti ad indu
cendum tale fideicommiſſ. conſideranda eſt, & attendi debet, ut
extendatur ultra. iiij. gradum, cum fideicommiſſa amplientur
extendantur ac declarentur per rationem, & cauſam quibus di-
ſponentes fuere moti ad illa faciendum, quod ſolum attendi de
bet. l. cum pater. §. dulciſsimis, de leg. ij. ubi Bar. & alij, & per So
ci. conſi. xliij. col. j. uer. nam ratio generalis, uol iij. & conſi. lxx-
vij. nu. ij. eod. uol. Franc. de Curt. conſi. xliij. col. v. in fi. & conſi.
xliij. Sæpe reuoluta, col. pen. & conſi. lxxx. Recte. col. ij. uerſi. ſed
præmiſsis, & eſt bona deciſ. Bar. in l. pater filium. §. fundum, de
leg. iij. & Pau. de Ca. conſi. cclxiij. Circa, in ſecūdo dub. col. pe.
uer. ſed ad primum, & Dec. conſi. ccclxxxvj In controuerſijs,
88 col. ij. & ſeq. † Vbi uolunt q prohibitio alienandi ex ratione, &
cauſa efficitur perpetua, & tranſgreditur perſonas prohibitas,
quando facta fuit ea de cauſa, ut bona conſeruarentur i familia,
ſequuntur Alex. in l. filiusfa. §. diui. de leg. j. Io. Crot. ibi car. ix. &
89 x. uer. quærit demum Bar. & uer, aliquando & tertio. † Prout ēt
quoniam recte conſiderando dictam conſtitutionem ſucceſsio
nis tale onus, & grauamen fideicommiſsi potius vr̄ eſſe appoſi-
tum ipſis bonis quàm perſonis & bona ipſa vīr grauata, ut per
ueniant ad maſculos, & non ad fœminas pro conſeruatione fa-
miliæ, quod grauamen fideicommiſsi afficit ipſa bona quocun-
que uadant, & omnes perſonas illa poſsidentes, ita ut cenſeanē
grauatæ tali fideicommiſſo, ſm Bar. in l. peto. §. fratre, col. ij. uer.
uenio ad quartam, de legatis. ij. & Bal. & Saly. col. pen. in l. preci
bus. C. de impube. cum alijs adductis per Fran. de Cor. conſi. lj.
Super teſtamento, col. xj. uer. accedat ad præmiſſa, & conſi. xlij.
Quia inquit, col. ij. & x. uer. & potiſsime, & uer. ſeq. & Soc. cōſi.
lxij. nu. xij. & conſi. xij. nu. xiij. uol. iij. & cōſi. ccl. In cauſa, in fin.
90 uol. ij. ¶ † Quod utique etiam ſuadet, dum prædicti conſtituen-
tes noluerunt ſuccedere primogenitum maſculum, & alios de-
ſcēdētes ab illo de maiore ad maiorē hoc ē de primo genito ad
primo genitū, ut ſup. probauimus, & de hærede in hæredē, & de
deſcendente in deſcendentem, & ſic de antiquiore in antiquio-
rem maſculum, per quæ uerba inductum fuit fideicommiſſum,
& onus reale, & perpetuum, ut tradunt omnes in l. fi. C. de uer.
ſig. & Soc. ɔſi. xliij. Viſis, uol. iij. & conſi. lj. Viſa, col. fin. & conſi.
lxij. nu. ij. & xij. uol. iiij. ac ēt ɔſi. lvij. In cauſa, col. j. uol. iij. iuncta
no. per Bar. in ɔſ. lj. Salumbene, & Bal. conſi. cxxv. Viſo, uol. iij.
91 & Dec. d. conſi. xxxviij. nu. iiij. & vj. † Ad quod fideicommiſſum
uocati etiam apparent actiue maſculi de familia dictorum con-
ſtituentium gradatim, & ſucceſsiue, & ultra quartum gradum,
ſic dictus. d. Gulielmus Galcarandus de caſtro, & de pinos, ut
tradunt omnes in d. l. ſi. C. de uer. ſig. & in l. Gallus. §. quidam re-
[illegible] e. ff. de libe. & poſth. & in l. cum ita. §. in fideicommiſſo, & l. u-
[illegible] m ex familia, & d. l. peto. §. fratre, de lega. ij. & in alijs locis ſu
92 perius citatis. † Illa enim qualitas, maſculus primo genitus, & il
[illegible] ba deſcendentes de maiore in maiorem, comprehendunt
oēs in infinitum deſcēdentes maſculos, ex primo genito illorū
conſt[illegible] entium, ac ſi perpetuo fuiſſet in familia relictum, & ɔſit
ip[illegible] Guliel. d. l. ſi. & per Soc. d. conſi. xliij. uol. iij. & conſi. lj.
93 col. ſi. uol. iiij. & Dec. d. conſi. xxxviij. col. ij. & per totum, † alias
.n. ſi perpetuo ſ ctine, & paſsine fideicommiſſum non eſſet indu
ctum fruſtratorie, & ludibrio prædicti conſtituentes conſideraſ
ſent primo genituram, maioricatum maſculinitatem, & q bo-
na perpetuo conſeruarentur in familia, & agnatione, ꝫ ea quæ
habentur in l. ſi qñ, de lega. j. & in c. ſi papa, de priuil. li. vj. & per
Bal. in rub. C. de contrah. emp. in tx. q. & per Iaſ. in l. ait prætor,
94 in prin. ff. de iur. iur. † Sequitur igitur neceſſario ex prædictis. d.
Philippum Galcarandum ultimo loco defunctum ſine filijs ni-
hil potuiſſe diſponere de dictis bonis ſubiectis fideicommiſſo
nec per actum inter uiuos, nec per actum ultimæ uoluntatis, ut
habetur in l. fi. §. quia, & in auth. res quę. C. communia, de leg. &
fideicom. & in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. & plenè tra
ditur per omnes in l. ſi ita ſtipulatus. §. ea lege. ff. de uerb. obl. &
in l. lege. C. de condi. ob cau. & diffuſius in d. l. filiusfa. §. diui. de
95 lega. j. † Minus etiam obſtat ſi diceretur prædictos conſtituen-
tes dictam ſucceſsionem bonorum noluiſſe ab ea perpetuo ex-
cludere fœminas, ſed ſolum reſpectu primogeniti ipſorum, nā
uocauerunt deſcendentes ab eo, & deſcendentium appellatio-
ne ueniunt etiam fœminæ ut ſupra deduximus, quæ ab illo pri-
mo genito dicuntur deſcendere per lineam maſculinam. l. j. C.
de ſuis & legiti. cum alijs adductis per Soc. conſi. lj. Viſa. nu. j. &
vj. uol. iiij. quæ etiam fœminæ deſcendentes ex maſculo agnatæ
dicuntur & de familia, ſm iura & deciſ. uulgar. Tollitur nan-
que obiectio, tum quia prædictæ. d. Elieta, & Ioanna, iam legiti
mè fuere excluſæ a. d. Philippo Galcarando el bueno, ſuo fratre,
& primo genito, & a. d. Philippo primo genito ultimo loco de-
functo, quo fit, ut perpetuo fuerint excluſę, nedum ipſę, ſed de-
ſcendentes ab eis, & ɔñr excluſus fuerit ipſe don Berengarius
Ceruellon, ut ad plenum ſuperius deduximus & quia in præſen
ti, dictæ fœminæ non reperiuntur in rerum natura, & conſequē
ter in eis mortuis, ceſſauit agnatio, & familiæ de caſtro, & de pi-
nos, & ipſe don Berengarius alterius, et diuerſæ eſt familiæ, ut
ſunt deciſ. apertę ſuperius relatæ, merito de linea, agnatione, de
ſcendentia, & familia prædictarum fœminarum, nulla habenda
eſt conſideratio. Præterea ly. uer. deſcendentes ab illo primo ge
nito, conſideratis uerbis præcedentibus, & ſequentibus prola-
tis per dictos don Bernardum, & Alduntiam, & conſiderata mē
te Ipſorum, non uerificantur niſi in maſculis deſcendentibus, ut
apertiſsimè ſuperius fuit deductum & probatum, & deſcenden
tes ab illo primo genito debebant eſſe cum illa qualitate maſcu
linitatis, quę prorſus ceſſat in ipſis fœminis propter illud uer. de
ſcendentes, non poſſunt ſe iuuare, cum non habeant illam qua-
litatem maſculinitatis, & a fortiori minus deſcendentes ab eis.
96 † Quando enim quis uocatur cum aliqua qualitate, ad hoc, ut
admitti poſsit, neceſſe eſt, q eam qualitatem habeat, quæ uerifi
canda eſt in primis alias ceſſat diſpoſitio, ut tradit Io. An. in c. j.
de homic. lib. vj. & Bar. in l. j. §. ait prætor. ff. ne quid in flu. pub.
cum alijs relatis per Fran. de Cur. conſi. lix. col. vij. in prin. & cō
ſi. lxxiij. col. ij. & conſi. lxvj. col. xxj. in fi. Soc. conſi. lv. in cauſa, in
prin. & conſi. lxiij. col. iiij. circa fi. uol. j. & Dec. conſi. ccxxij. uiſo,
nu. ij. & conſi. cclxj. ſuperioribus, nu. lj. & conſil. ccclvj. in cauſa,
97 nu. iiii. cum fi. † Nec etiam obſtabit, ſi dicatur, talem conſtitu-
tionem ſucceſsionis, loquentem de maſculis primo genitis, da-
bere intelligi eo caſu, quo maſculi deſcendentes haberent ma-
ſculus, ſecus ſi non haberent. Iſte. n. caſus tanquam omiſſus de-
cidendus remanet ſm diſpoſitionem iuris communis, ita uocan
tis ſęminas ſicut & maſculos, ad no. in l. commodiſsimè. ff. de li
be. & poſth. cum uulg. iunctis traditis per Bart. in l. ij. §. ſi ſint. ff.
ad tertul. & per doc. in l. uenia. C. de in ius uocan. & per Abb. in
98 c. dilecti, col. iij. de arbit. † Nam caſus præſens non fuit omiſſus
quinimmo expreſſus, cum illi conſtituentes uocauerint maſcu-
los, excludendo ſęminas, & in dictis bonis conſtituerint ius pri
mo geniture, & maioricatus, feceruntque ſucceſsionē illam ad
inſtar feudaliū, quib. cōſideratis, caſus excluſionis ſęminarū nō
fuit omiſſus, immo expreſſus, ut deduximus ſuperius, conſidera
tis uerbis, & mente diſponentium, ut in ſi. dicit gl. in uer. Italia
in c. j. de tempo. ordi. lib. vj. & gl. in uer. ligatur, in cle. j. de elec.
Bal. in l. de quibus. ff. de legi. Iaſ. in auth. quas actiones. C. de ſa-
cr. ſan. eccl. Fely. in c. translato, de conſti. & in terminis noſtris,
99 ita obiectioni reſpondet Dec. d. conſi. xv. colu. ſi. † Prout etiam
caſus præſens expreſſus dicitur, conſiderata cauſa, & mente di-
ſponentium, qui ſi de hoc interrogati fuiſſent, utiq; iſtud expreſ
ſiſſent, & idō haberi debet ꝓ expreſſo, iuxta tex. in l. Tirius. §. Lu
cius. ff. de lib. & poſth. ubi Bar. & alij no. & ſm gl. in l. tale pactū
§. ſi. ff de pac. & p'ura adducit Fran. de Cur. conſi. lj. col. ij. & ij
& d-

100 & dixi ſuperius.†Nec etiam obſtabit dictum Bal.in l. in mul-
tis.ff.de ſta.homi. Volentis fœminam ruur excludi per conſue-
tudinem, ſeu diſpoſitionē vocantem primò geoitos qò extaret
maſculus,tum quia tex.ille hoc noo probat, tum etiā quia ipſe
loquitur,quando bona poſſent ad fęminas deuenire,quod pror
ſus ceſſat in caſu p̄ſenti,io quo fœminæ a quibus deſcendit don
Berengarius fuere legitimè,& perpetuo excluſę,vt.s̄.Tum etiā
quoniam tales fœminæ ad ſucceſſionem iſtorum bonorum,nul
lo pacto poterant venire,conſiderata forma dictæ ſucceſſionis,
vt fuit oſtenſum. Tum quoq; qm̄ adeſt maſculus deſcendens ex
illo primo genito conſtituentium,qui licet trāſuerſalis ſit,tamē
ad ſucceſſionē uenit excluſis fœminis , ſiue conſideremus dicta
bona,& feudalia, ſiue conſideremus illa redacta ad naturā feu-
dalium,vt de ſingulis ſupra locuti ſumus.¶ Vlterius non habet
obſtare ſi diceretur, q.d.Petrus Galcarandus filius ſecundo ge
nitus.d.Petri Galcarandi primi , fuit excluſus a don Philippo
Galcerādo eius fratre, & primo genito dicti.d.Petri filij dicto-
rum.d.Bernardi, &.d. Alduntiæ, & conſequenter ſemel exclu-
ſi,perpetuo iudicari debent excluſi, & ipſi, & alij deſcendentes
a dicto. d. Petro ſecundo genito , & ſic iſte don Gulielmus de-
ſcendens ab illis,iuribus,& deciſio.quibus ſupra.¶ Nam aduer
tendum eſt quoniam illi primi conſtituentes hanc ſucceſſionē
bonorum cum iure primo geniturę,& maioricatus, & ad illam
vocantes maſculos,& excludentes fœminas,& deſcendentes ab
eis,alia de cauſa iſtud non conſtituerunt,nec fecerūt,niſi vt bo-
na prædicta conſeruarentur in familia agnatione dignitate , &
honore illorum de caſtro,& de pinos,& perpetuo, ut ſupra aper
tè probauimus,quo fit,ut primo geniti maſculi, deſcendentes,
ex illo. d.Petr. primo genito haberent excludere alios ſecundo
genitos,& deſcendentes ex ipſo, non ſimpliciter , & perpetuo,
ſed limitate,& conditionaliter,hoc eſt quouſque adeſſet maſcu
lus deſcendens,ex primo genito illo,quo deficiente, noluerunt
excludere maſculos deſcendentes ex ſecūdo genito,quinimmo
illos admiſerunt,vt effectum ſortiretur cauſa propter quā con-
ſtituerunt talem ſucceſſionem,vt per eā bona illa conſeruarentur
in familia,& agnatione de caſtro & de pinos. Si enim illud cōce
deretur ſequeretur contrarium eius,quod dicti cōſtituentes ſta
tuerunt,ſed, quod dicta bona tranſirent ad extraneas familias ,
ſecundum quod ordinaſſet Philippus Galcarandus moriens ſi
ne liberis , & primo genitus deſcendens ab illo primo genito ,
101 † & excluderentur deſcendentes maſculi ex familia , & agna-
tione prædicta illius.d.Petri ſecundo geniti illius primeui, qd̄
minimè admittendum,nec recipiendum eſt, vulg.l. nam ad ea.
102 ff.de cond.& demon. † Quibus conſideratis, ſatis conſtat di-
ctum do.Petrum ſecundo genitum,& deſcēdentes ab ipſo a ſuc
ceſſione dictorum bonorum fuiſſe excluſos,noo perpetuo, ſed
temporaliter,& cōditionaliter, quouſq; extaret primo genitus
deſcendens ab illo primo genito , quo deficiente prout in caſu
noſtro defecit ipſi non cenſentur eſſe excluſi,quinimmo eo ca-
ſu vocati,vt plura ad id adducit Soc. conſil.xix. pro deciſione,
col.ij.& iij.vol.j.poſt Alex.conſi.aliij.conſideratis,vol.iij.& cō
ſil.xxxviij.conſideratis,col.ij.verſ.alia ratione,vol.ij.& in ſimi.
tradit Bar.in l.fi.ff.ad Tertul & Soc.conſi.xcij.col.x vol.j. & cō
ſil.l.col.j.vol.iij.cū alijs relatis per Alb.Bru.in trac.q ſtan. ma-
ſcu.&c.x.arti.prin.q.v.ver.alio,& ij.caſu.Et ſuadetur iſtud con
cludenter , nam in feudo paterno, & antiquo,ſuccedunt filij,&
deſcendentes vaxalli feudatarij & feudum poſſidētis,& alij ma
ſculi deſcendentes ab ipſo, qui excludūt a tali ſucceſſione alios
agnatos tranſuerſales , qui agnati ab illis deſcendentibus ma-
ſculis & legitime excluſi, nō dicuntur propterea perpetuo exclu
ſi,ſed conditionaliter,& limitatè, quouſq; videlicet extarēt ma
ſculi deſcendentes ab illo vaxallo,& poſſeſſore feudi . Si autem
maſculi deſcendentes non extarent,ſed fęminæ,tales agnati nō
cenſentur excluſi,quinimmo tali caſu vocati,& excludunt illas
filias fœminas a ceſſante cauſa , & quia non fuere perpetuo ex-
103 cluſi ſed temporaliter,conditionaliter,& limitate. †Qui agna
ti tranſuerſales,eſto q legitimè ſemel fuiſſent excluſi a deſcen-
dentibus feudatarij poſſeſſoris,deficientibus tamen p̄dictis de-
ſcendentibus vaxalli poſſeſſoris,adhuc ſuccedunt etiam vltra ſe
ptimum gradum exiſtentes.c.j.§.hoc autem,qui feu.da.poſ.c.j.
§.hoc quoq;,de ſucc.feu.per Alex.& Iaſ.in l.certum.C. vnde le
giti.& Mod.pap.in tracta.de feu.in iij.parte prin.col.ij.verſ.cir
ca iſtam ſecundam,& col.j.verſ.ſucceſſiuè,& tradit glo.in verſ.
vſq;,in c.j.de ſucc.feu.& in c.j.in uer.cōſobrinus,de feu.march.
& Dec.conſ.lxxav.col.ij.& per ſcrib.omnes in d.§.& quia uidi-
mus,& Fran.de Cur.conſ.xlviij.col.iij.& ix.& conſ.ſeq.col.ix.
104 & lvij.verſ.ſed in collateralibus. † Et quia ſumus in iure ma-
ioricatus, & ſic in ſucceſ. rerum habentium naturā feudalium,
& in quib. conſtitutum fuit ius primo geniturę continentis in
ſe dignitatem,ut probauimus,in quib. ſucceſſionibus admittū
tur tranſuerſales in infinitum ſm̄ Bal.& alios in c.j.§.capitanei,
uer.item oppono,de feu.marc.& Bar.Cæp.in cau. xcvj. eſt du-
bium,quem refert,& ſequitur adducēdo alias deciſ. Ant.Corſ.
in tra.de poteſt.reg.q.cvj. & alia adducit etiam Dec. d. conſil.
lxxxv.& in d.l.certū nu.ix.& Mod. Pap. in d.trac. de feu.in iij.
105 par.prin.col.ij.ver.limitabis tamen. † Et quāuis iſta feuda di-
gnitatum non ſint tranſitoria ad hæredes d.c.j. de feu.marc.ta-
men generali conſuetudine inductum eſt , ut ad hæredes tranſ-
106 mittantur. † Potiſſimè accedente conſenſu,& voluntate con-
cedentis,vel conſtituentis talia feuda, vt cōiter dn̄t oēs per illū
tex.in c.j.§.fi.de alie.feu.& in c.j. de feu. Marc. & Iaſ. in prælu.
feu.nu.cvj.poſt Ale.conſi.xax.col.ij.& vij.nu.v.vol.j. & ſequi-
tur Iacobi.i tract.de feud.col.ij. & iij.& Moder.Pap.in eo.trac.
107 in prima par.q.viij.col.ij. † Nec etiam obſtabit , ſi diratur,q
io iſtu iure primo geniture,nepos deſcendens ex primo genito
præfertur patruo. ut refert Iaſ. citando alios in l. maximum vi-
tium.C.de lib.præteri.cum alijs ritatis per Deci.cōſi.cccaliij.
in caſu,col.j.ij.& fina.& per Io.Lecir.in d.tract. de primo geni
108 tu lib.j.q.xxv. † Necnon,& poſthumus ex filio primo genito
excludit alios tranſuerſales , vt citando plures deciſio. conclu-
dere videtur idem Io.Lecir.in eo.trac.lib.j.q.xxvj.& alia ad idē
poſſent adduci in quibus habetur maſculum deſcendentem ex
primo genito excludere tranſuerſales. Iſtud enim conceditur,
nec inficiatur, q deſcendentes maſculi ex primo genito nō ex-
cludunt tranſuerſales , non tamen tangit obiectio conceſſa ca-
ſum præſentem,in quo prorſus ceſſant,deſcendentes maſculi ex
d.Petro primo genito,qbus deficiētibus admitti debent agna-
ti maſculi, deſcendentes ex.d.Petro ſecundo genito , & ſic ipſe
d.Guliel.licet ſit tranſuerſalis,ut probauimus,& faciunt addu-
109 cta per Dec.d.conſ.cccxliij.¶†Vltimo non obſtabit,ſi dice-
retur inter iſtos tranſuerſales , & ſic.d.Gulielmum prætenden-
tem ſuccedere.d.Philippo Galcarando , non eſſe locum primo
geniture,nam in illis ceſſat,cum frater fratrem , & tranſuerſa-
lis tranſuerſalem non generet,vt dicit Io.Lecir.in d. tractatu in
ij.lib.q.iiij. dum loquitur de conſuetudine Pariſien. in vj. artic.
fol.clxaij.col.iij.adducens quāplures alias deciſio.& conſuetu-
dines,& eſt deciſ.And. de Iſer.in conſti. reg. Neapo. in ſucceſ-
ſionibus,in rub.de ſucceſ.nobil.in feu.col.iij.in uerſic. ſed ſi u-
nus eſt,cum uerſ.ſeq.plenè proſequitur Guliel.Monſer. in trac.
110 de ſucceſ.reg.dubio.j. † Et quia dicti conſtituentes uocarunt
ad ſucceſſionem primo genitum ex deſcendentibus primo ge-
niti,conſtituendo ius primo geniture, quæ cū ceſſet in iſtis,me
rito ceſſare debet talis conſtitutio,vt ipſi tranſuerſales, & ſic.d.
Gulielmus ad ſucceſſionem non admittatur , cum nō ſit primo
111 genitus, iuxta oota.in l.iiij.§.toties,cū ſi.ff.de dam.iſec. † Tol
litur enim obiectio ex pluribus. Nam licet inter iſtos tranſuer-
ſales prætendentes ſuccedere & illum cui ſucceditur,non detur
primo genitura,datur tn̄ ſucceſſio,trāſuerſales enim poſſunt il-
li ſuccedere,ut firmat expreſſe Io. Lecir. in d. trac. loco præal.
& And.de Iſer.s̄.citatus,& apertius idem And.de Iſer.in tit.de
112 natu.ſucceſ.feu.col.fi. † Aperte dicens,iſtud procedere qn̄ feu
da ſunt diuiſibilia,vt idē And.tenet in ti.de prohi.feu.aliena.p
Fed.§.præterea ducatus,& eſt gl.in d.conſti.reg.in ſucceſſioni-
bus,& tradunt doc.in c.licet,de voto, & in c.grandi. de ſuppl.
negli.præla.poſt gl.fi.ibi,& Bal.in l.ex hoc iure,q.vj.nu.v.ff.de
iuſti.& iu.Conſequenter ſuccedere poterit ipſe d.Guliel.& eius
fratres,ſi quos haberet,tanquam collaterales,eſto q in ipſis ceſ
ſaret primo genitura,vt ſupra conſiderata,per deciſ.ſuperius ci
tatas,& ſic iſtis attentis,excludendus venit.d.Berengarius,ſuc-
113 cedens,& ueniens ex illis fœminis penitus excluſis.†Præterea
aduertendū eſt, q in caſu p̄nti,non conſiderabitur primo geni-
tura inter tranſuerſales prætendentes ſuccedere, & inter illum,
cui ſucceditur,cū tranſuerſalis tranſuerſalē nō generet, ſed pri
mo genitura cōſideranda erit ſolum inter ipſus tranſuerſales ,
qui prætendunt ſuccedere,ut non omnes admittantur, ſed ſolū
primo genitus ipſorum,& iſto caſu ſeruabitur conſtitutio pri-
mo geniture,& feuda, vel bona prædicta redacta ad naturā feu
dalium ſm̄ voluntatē conſtituentium erunt indiuiſibilia,& in-
tegrè peruenient ad primo genitum illum tranſuerſalem, & ſic
ad ipſum.d.Gulielmum. Quod apertè probatur in d.c.licet. le
vo.vbi

vn. vbi mortuo rege ſine deſcendentibus, relictis pluribus fratribus, ad regnum quod eſt indiuiſibile, non ſuccedunt omnes fratres, ſed ſolum frater ſecundo genitus, & ſic alij ſucceſſiuè p ordinem, & ita expreſſe firmat ibi Abb. in v.not. poſt gl.in uer. priuandum, cir.fi.& ſequitur Ant. Cotſe. in d. tract. de poteſt. reg.q.ix.& apertius.q.x.ſentit etiam Bal.in d.l.ex hoc iure.q.vj. & And.de Iſer.in ti.de nat. ſucc. feu. dum conſiderat, an feuda quibus tranſuerſales ſuccedunt ſint diuiſibilis, vel indiuiſibilis, & apertius in d.§.præterea ducatus, col.ij nu.ij.verſ. qui ſūt iſti, dum uult, ꝙ in iſtis feudis indiuiduis, ſolū ſuccedit maior natu, ſicut eſt in regno Neapolis, vbi viuitur iure Franchorum, in quibus ſolum maior natu ſuccedit, licet in Lombardia de cō
11 ſuetudine afferat contrarium obſeruari. † Volens expreſſe, ꝙ in feudis indiuiduis, vt eſt in regno, & quando uiuitur iure Frāchorum, ut eſt in feudis regni Neap. maior natu ſolum ſuccedit, vt etiam habetur in deciſ conſil.Neap.cxix. vtrum diſpō, ve aperte iſtud ſequitur Guliel. Monſer.in trac.de ſucc.reg.in j.dubio, col.vij.& viij.vbi plura adducit. Nec ꝑfecto alia rōne iſtud inductum eſt, ut ad primo genitum, & maiorem natu deueniāt, niſi ut dignitates conſeruentur, & non diminuantur per diuiſiones.d.c.licet, de vo.vbi omnes hoc tradunt, & eſt gl.fi. in c.ſi hæredes, extra de teſts.& aliæ adducūt Iaſ.in l.ſtipulationes nō diuiduntur, num.xxxj.uerſ.conclude, de verbo.oblig.& Socin. conſi.clxv.viſis, col.iij.verſic.j.aſpectu, & col.vij.& viij. vol.ij.& Franc.de Cur.coſil.lxvj.ſapienter, col.x.verſ.capio alium articulum, & Dec.conſi.ccclxxxix.col.ij.& ſeq. Et qm̄ prędicti conſtituentes hanc ſucceſſionem bonorum hac de cauſa ſolum conſiderarunt in ea ius primo genituræ, & maioricatus, quæ optime conueniunt, & adaptari poſſunt in perſonam dicti.d.Gulielmi conſiderando, vt ſupra deduximus primo genituram, & ius maioricatus, in tranſuerſalibus. Merito omnibus circūſpectis, ipſe don Gulielmus ad ſucceſſionem dictorum bonorum admittendus venit, excluſu prorſus dicto don Berengario Ceruellon, rationibus, cauſis, deciſ. & iuribus ſuperius relatis.

Pariſ. Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ, & noualia, ſpectant ad parrochialem eccleſiam, & eius rectorem.*
Fallit in caſibus infraſcriptis.
2 *Abbatiſſa, & conuentus monialium, poſſunt habere ius præſentandi in eccleſia parrochiali, præſcripti. tanti temporis, in cuius contrarium non extat memoria.*
3 *Præſentandi ius, tanto tempore præſcribi poteſt.*
4 *Abbatiſſa poteſt præſentare rectorem ad eccleſiam parrochialem.*
Et percipere decimas, dando certum quid rectori.
5 *Abbatiſſa etiam in diœceſi aliena, poteſt habere prædicta iura, ex præſcriptione tanti temporis. &c.*
6 *Abbatiſſa ex cauſa iuſta, & approbata cum conſenſu ſuperioris, poteſt uendere, & alienare ius decimandi, quod habebat in aliqua parrochia.*
7 *Talia iura uendita transferuntur in emptorem, ſicuti erant penes uenditorem, & num. ſequen.*
8 *Subrogatum ſuccēdit in locum ſubrogantis.*
Decimæ minores, & maiores, quæ ſint.
9 *Religioſi in aliena diœceſ. poſſunt præſcribere ius decimandi, ut ipſi non cogantur ad ſoluendas decimas.*
10 *Item poſſunt præſcribere tale ius ſpacio annorum quadragintà, cū titulo, ut ab alijs decimas percipiunt.*
11 *Quod à fortiori procedit in præſcriptione tanti temporis. &c.*
12 *Poſſeſſio tanquàm odioſa, operatur effectum circa poſſeſſum tantum, & nume.xiij.*
14 *Nec extenditur ad caſum ſimilem.*
15 *Ius decimandi præſcriptum, quo ad decimas antiquas, non extenditur ad noualia.*
16 *Fallit niſi in contrarium adſit iuſta, & rationabilis cauſa.*
17 *Cauſa iuſta, & rationabilis iſtu caſu, quæ ſit, & nu.18.& ſeq.*
19 *Poſſidens ius decimandi uniuerſaliter in tota diœceſi, etiam uidetur præſcripſiſſe ea quæ de nouo creantur.*
20 *Præſcriptio iſto caſu extenditur.*
Priuilegium exigendi decimas, extenditur etiam ad noualia, & num. xl.
Idem dicendum quando ultra præſcriptionem adeſſet priuilegium.
21 *Decimæ non debent ſolui rectori, ſi priuilegio reperiuntur conceſſa alteri.*
Ius decimandi in aliena diœceſi, per priuilegium poteſt concedi alteri, & nu.xxij.
22 *Priuilegium circa decimas, concedi poteſt, ut non ſoluantur, prout etiam concedi poteſt, ut exigantur in aliena diœceſi.*
23 *Priuilegium non extenditur ad futura regulariter, ſed ſtrictè eſt interpretandum & nu.28.& 31. declaratur.*
24 *Fallit quando conceditur circa decimas exigendas.*
25 *Priuilegium læſiuum iuris alterius, reſtringi debet, & non extendi, maxi. ſi lædit ius parrochialis eccleſiæ circa decimas, & nu.38.*
26 *Fallit quando eccleſiæ parrochiali concederetur aliquid, quod ſufficeret, & num.27.*
29 *Priuilegium à maioritate rationis extenditur, quando eius uerba proportionantur ad extenſum.*
30 *Noualia, quæ propriè dicantur, & num.xxxix.*
31 *Priuilegium concedens noualia, nedum comprehendit illa quæ erāt tempore dati priuilegij, ſed etiam futura.*
33 *Religioſi ordinis ciſtercienſis in decimis percipiendis ſunt magis priuilegiati, quàm alij religioſi.*
34 *Priuilegium conceſſum ſuper decimis percipiendis, de noualibus, de quibus noualibus ſit intelligendum.*
35 *Priuilegium referens ſe ad poſſeſſiones, comprahēdit omnes etiam nouas redactas ad nouàlia.*
36 *Referens continetur ſub relato, cum ſuis qualitatibus.*

CONSILIVM LXXIII.

1 LICET † Ius cōe velit decimas, & nouàlia ſpectare ad parrochialem eccleſiam, & eius rectorem. c. qm̄, & c.ſuggeſtū.c.cum contingat.c.apoſtolicę de decim.& quę in c.tranſmiſſa, & in c.ad aures, de ꝑſcri.cum ſi. Tamen in præſenti caſu, omnia, & antiqua, & nouàlia ſpectant ad ipſum Reueren. Abba.& monaſterium, & nō ad ipſum rectorem, pluribus ex capitibus, in iure, & in facto veriſſimis. ¶ Et primitus aduertendum eſt, ꝙ abbatiſſæ, & moniales chieſingue, antiquo tēpore, in cuius ꝯrium non extat memoria habuerunt vti in præſentiarum hn̄t ius præſentandi rectorē in dictæ eccleſia Meiſtoclen. vt cōſtat p confeſſionem aduerſarij. & ēt per iura per ipſum producta, tāgentia præſentationem, &
2 & inſtitutionem. † Abbatiſſæ.n.& conuentus monialium, poſſunt de iure habere ius pręſentandi in parrochiali, vt eſt text.in c.ex literis, & ibi plenè no.de iure pat.& quæ plenè hn̄r in c. cū Bertoldus, de re iud. Eo maxime cū in poſſeſſione ſeu quaſi dicti iuris præſentandi, abbatiſſa pro tēpore exiſtens, & moniales dicti monaſterij, fuerint per tantū tempus, in cuius ꝯrium non
3 extat memoria. † Quod ſolum ſufficeret, ēt alio non docto, cū præſcriptione tanti tēporis indiſtinctè quæratur, maximè p perſonam eccleſiaſticam, ut plenè hr̄ per Fely.& alios, in c.cauſam, de præſcr.& per Abb.in rub.de iu.pat.& Mode.in rub.de indi. col.antepe.& per Abb.in c.querelam, de elec. & in diſput. ſua Augerius, & per Car.in cle.ij.de iu.pat.cum ſi. ¶ Rurſus aduertendum eſt, ꝙ rector præſentatus pro tpe ab abbatiſſa, ad d.eccleſiā, nihil vnquàm percepit de decimis maiorib. & minorib. tam antiquis, quàm noualium, quę pro tēpore contingebant ex prædijs, nec ex aliquo prædiorum conſiſtentiū in tota dicta parrochiali, omnia.n.prædictæ iura, antequàm fuiſſent vendita percipiebat ipſa abbatiſſa, & conuētus monialium, quod licite percipere potuerunt cū ipſa præſentaret rectorem, cui certū quid ſufficiens conſtituebatur, reliqua omnia erant ipſius abbatiſſæ, &
4 monialium. † Quæ de iure procedunt, ut in c.auaritiæ, & in c.in Lateranen.& plenè in c.de monacis.c.extirpādæ, de præb. & in c.j.eo.ti.lib.vj.& plenè in cle.j.de ſupp.negli. præl. & melius in
5 cle.j.de iu.pat.cum alijs concor. † Prout ēt ex alio.d.abbatiſſa, & conuentus, licitè potuerunt percipere.d. iura ēt in diœceſi aliena, ex præſcriptione tanti tēporis, in cuius ꝯrium, non extat memoria, quæ præſcip.cauſat religioſas perſonas licite poſſe percipere decimas in diœceſi aliena abſq; eo, ꝙ aliter de titulo doceatur.c.j.de præſc.lib.vj.& in fortiorib.terminis bo.text. in c. ad aures, de præſcr.& faciunt quę inferius dicentur. Rurſus aduertendum eſt, ꝙ do.Marg.tunc abbatiſſa.d.monaſterij ex cauſa iuſta, & probabili, interueniente tractatu, & alijs ſolennitatib. requiſitis, ac confirmatione ſuperioris, vēdidit Reuerē. Abbati tunc exiſtenti in monaſterio Eboracen. oīa prædicta iura decimādi in villa, & parrochia.d.eccleſiæ Meiſtoclen.patet per

instrumenta

inſtrumenta venditionis, & per literas confirmationis tunc Re
6 ueren.dñi legati de latere. † Quæ oïa de iure potuerũt fieri.xij.
q.ij.c.ſine exceptione,& in ti.de reb.eccl.nõ alien.c.fi.& eo.tit.
7 lib.vj.& in cle.fi.per totũ. † Ex quo titulo oneroſo,quicquid
iuris,quo ad percipiẽdas.d.decimas, in d.parrochia erat penes
d.abbatiſſam, & conuentum, omne illud tranſlatum fuit in di-
ctum Abb.& monaſterium Eboracen.tanquàm in ſingularem
ſucceſſorem.l.iuriſ gentium.§.pactorum.l.ſi eum emptore, & l.
ſeq.l.& hæredi §.fi.l.qui in futurum.§ fi ff.de pac.& ſere per to
tũ titulum de emp.& vend.ff C.& extra,& eſt in puncto tex.in
l.dolia.§ fi.ff.de contrahen. emp. & ibi allegantur concor. per
8 gl.† Ad quod vulgata reg. ſubrogatum ſuccedere in locum ſur-
rogantis.l.ſi cum.§.iniuriarũ.ff.ſi quis cautio.& l.certi cõditio,
in prin ff.ſi cer.pet. ſicuti ergo abbatiſſa, & cõuentus monialiũ
licite in.d parrochia,& villa percipiebant,& perceperunt ante
dictam venditionem decimas maiores, & minores, de quibus
in c.cum in tua, de decim. nedum antiquas ſed etiam de noua-
libus,quæ pro tẽpore contingebant in dicta parrochia, pariter
Abbas,& conuentus monaſterij Eboracen. ſuccedentes ex di-
cto tit. venditionis validæ, licitè potuerunt percipere, & poſ-
ſunt ex iure ad eos deuolutn,& tanquam ſubrogati, omnes de-
cimas maiores,& minores,tam antiquas,quàm de noualibus, q
pro tempore contingebant in dicta parrochia, quod clarius ſtã
9 tibus prædictis deducitur, & oſtenditur. † Poſſunt enĩ religioſi
in dioceſi aliena pſcribere decimas & hoc dupliciter, primo vt
ipſi religioſi nõ cogantur ad ſoluendum decimas, & iſta nõ eſt
materia præſens,ſed de ea habetur in c.de quarta, de præſcr. &
10 late per Sũmiſt.in ver.decima. † Inſuper poſſunt in dioceſi alie
na pſcribere decimas, ut ipſi eas percipiant ab alijs decimanti-
bus,quod fieri poteſt ſpacio.xl.ann.cõcurrente tit. vt in d.c.ad
aures,& ibi ſcrib.& in c.cum contingat, & in c.dudum, de de-
11 cim.& quæ not.in c.quid ſit per nouale,de uerb.ſig. † Et qũ iſta
præſcriptio inducta eſt per tantum tempus, in cuius cõtrarium
non extat memoria a fortiori procedunt,abſq; eo, q probetur
titulus,vt eſt text.in c.j.& ibi latè ſcrib.de præſcri. lib.vj. & per
Cardi.conſi.cxiiij.dico Petrum non audiendum,circa fi.et quę
pulchrè adducit Fel.in c.ſi diligẽti,col.vij.de præſcr. cum alijs
12 concor.et Card.conſi.lxxxviij.conſultus ego Franciſcus. † Nec
dicatur prædicta procedere in prædijs dictæ parrochiæ ex quib.
percipiebatur decima, ſecus autem in prædijs, et in noualibus
in quibus nunquàm Abbas,et conuentus perceperunt, et in il-
lis nunquàm poſſiderunt ius decimandi, et ſic reſpectu prædio-
rum non poſſeſſorum præſcriptio non debet eſſe in conſidera-
tione,cum ſit odioſa conſequẽter reſtringibilis.c.odia. de reg.
13 iu. † Et in tantum cenſetur præſcriptum,quantum apparet poſ-
ſeſſum.l.j. §. ſi quis hoc interdicto.ff. de itinere actuq; priuato. l.
14 denique,cum.l.ſeq.ff.ex quib.cau. maio. † Et præſcriptio ipſa
non ſit extenſibilis,etiam ad caſum ſimilem,ut plenè per Fel.in
c.auditis,col.vj.de præſcr.et facit tex.in l.quod meo.§.fi. ff. de
acq.poſſ.et ibi latè ſcrib.et per Bar.in l.ſi publicanus.§.fi.ff. de
15 publ. † Et in puncto, q non extendatur ad noualia eſt tex.in d.
c.cum contingat,in fi.et ibi latè ſcrib.et facit tex. in d.c.cum in
tua, de decim. et ad idem in puncto eſt tex. in c. ſtatuto, in fi.
16 de decim.lib.vj.cum alijs ſimi. † Nam prædicta obiectio tolli-
tur in caſu noſtro,per text.in d.c.ſtatuto.§. fi. q dicit obiectio-
nem procedere niſi in contrariũ ſit cauſa rationabilis, et ad idẽ
eſt tex.in d.c.cum cõtingat, in fi. qui diſponit præſcriptionem
ſuper decimis antiquis extendi ad noualia ex cã rõnabili,et ibi
17 Io.And poſt Hoſt. † Et Card.Butr.et Cap.dicunt cauſam rõna
bilem eſſe, qñ ex pdijs noualium percipiebatur aliquid,puta q̃a
erant paſcua,valles et canneta,quæ poſtmodum reducuntur ad
culturam,tunc ex iſtis debetur decima,ſicut de antiquis præſcri
18 ptis. † Et Abb.ibi dicit,cauſam rationabilem eſſe,qñ omnia præ
dia villę erant decimabilia, tunc enim præſcriptio ſuper anti-
quis extenditur ad noualia, ſed ut in facto percepi omnia præ-
dia villæ eccleſiæ Meiſtoclẽ.fuerunt, & ſunt decimabilia, ab-
batiſſæ,& monialibus prædictis,& ſucceſſiuè Abbati, & mona
19 ſterio Eboracẽ. ergo &c. † Prout, ex alio tollitur obiectio,nã
in prædijs dictæ parrochiæ nullus rector in dicta eccleſia perce
pit,ſeu poſſedit aliquas decimas, nec maiores,nec minores,nec
de antiquis,nec de noualibus,ſed omnia pędicta perceperunt,
& poſſiderunt dicta abbatiſſa, & dictus Reueren. Abbas etiam
a rectoribus,vt ſupra,qui cum præſcripſerint ius decimandi vni
uerſaliter in tota dicta villa,& ſub vniuerſo,veniunt omnia quę
de nouo creantur,ut dicit Ant.de But.in d.c. cum in tua, & ibi
Abb.& Cap.Volentes, q licet præſcriptio ſit odioſa,tamen ex-
tenditur rõne iuris comprehenſi ſub illo vniuerſo,adducũt no.
in c.dilectus,de cap.mona. & illud vulga. ne eadem res diuerſo
iure cenſeatur, & hoc maxi. cum nullus alius ſit in poſſeſſione,
alicuius particularis,vt eſt in caſu noſtro,ad quod faciunt tradi
20 ta per Abb.conſi.lxxj.caſus talis eſt,vol.ij. † Prout etiam dicta
obiectio penitus euacuatur ex not.per gl.fi.in d c. cum contin-
gat, quæ exemplificando illum tex. dicit cauſam rationabilem
eſſe,qñ vltra præſcriptionem eſſet priuilegium,quo caſu præſcri
ptio ſuper antiquis decimis extẽditur ad noualia nunquàm poſ
ſeſſa rõne priuilegij, quod tanquàm fauorabile extẽdi debet vt
not.ibi doc.& in locis ſtatim allegandis, ſed in caſu præſenti vl
tra præſcriptionẽ eſt priuilegium conceſſum abbati, & conuen
tui conſequenter ſumus in claro, q extenſio debet fieri ad no-
21 ualia ẽt prædiorum nunquàm poſſeſſorum. ¶ Secundo princi
paliter rectori nõ poſſunt ſolui decimę,qñ alteri reperiuntur cõ
ceſſę rõne priuilegij. Si enim Papa cõcedit priuilegium religio-
ſo percipiẽdi decimas in dioceſi aliena,vtiq; validum eſt, & per
illud præiudicatur rectori parrochiali in tñ. q ſi ſimpliciter cõ
ceditur ſuper decimis habendis in tali dioceſi ẽt veniunt noua
lia.c.quia circa,de priuil.c.ex parte tua,el.iij.& per locũ a ſpãli
in c.tua,& infra,& ſcrib.ibi poſt gl. de decim. & bonus tex. in
22 d.c.ſtatuto,in prin.& .§ j.& ſeq. † Qui tex.nõ loquitur,qñ con
ceditur priuilegium non ſoluendi, quæ eſt materia.c.ſuggeſtũ,
& c.ex parte tua,in prin.de decim. cum ſim. circa quod eſt pri-
uilegium Sixti præſentatum,ſed loquitur qñ conceditur priui-
legium religioſis percipiẽdi decimas in dioceſi aliena iſtud tã-
quàm fauorabile extenditur ad noualia,ita ſcrib. omnes in d.c.
tua infra,per locum a ſpãli,& in d.c.ex parte tua,el tertio,& ibi
Henri. Boich. qui expſſe hoc dicit allegando not. per Hoſt. &
Io.And.in d.c.cum cõtingat,& ibi Abb.adducentes rõnem di-
uerſitatis inter præſcriptionem, & priuilegium, & faciunt not.
23 per Brixi.in q. dominicali, quidam clerici decimas. † Nec ob-
ſtat, q priuilegium non debet extendi ad futura.c.cum capella.
24 de priuil.cum ſi. † Nam fallit iſto caſu,qñ priuilegium conce-
dit decimas,tunc extenditur ad noualia,per d.c.ex parte tua,&
per d.c.quia circa,& per tex.in d.c.tua,& infra per locum a ſpe
ciali,& per tex. in d.c. ſtatuto,in princ. ubi in puncto hoc dicit
Cap.& Philip.Fran.poſt Io.And.ibi,& faciunt quæ infra dicũ-
25 tur. † Nec dicatur iſtud priuilegium tanquàm læſiuum parro-
chialis eccleſiæ,& eius rectoris debere reſtringi,iuxta not. in d.
ca.ſuggeſtum,& in d.c.quid ſit per nouale,in fi.nam Io.And. in
d.c.quia circa,in fi.& Hoſt.& alij ſcrib. in d.c. cum contingat,
26 tollunt difficultatem. † Dicentes ſi parrochialis eſſet tenuis,ſi-
bi dandum foret aliquid,quod ſufficeret,pro quo in puncto eſt
27 tex.in d.c.ſtatuto,verſ.vbi autem. † Et quia dicto rectori tem-
pore quo fuit præſentatus per abbatiſſam, fuit aſſignata portio
competẽs,iux.not.in c.de monacis,de præb.cum alijs.ſ. alleg.
& caſu quo non ſufficeret, agere debuit ad ſupplementum, ut
expreſse cauetur in dictis iurib.& nõ ad noualia, ut modo egit,
28 & inepte. † Et licet priuilegium regulariter ſit ſtricte interpre-
29 tandum.c.cum dilecti,de dona.cum alijs vulgar. † Tamen a ma
ioritate rõnis extenditur qñ uerba priuilegij pariter proportio
nantur, ut eſt in caſu noſtro, reſpectu decimarum præteritarũ,
& futurarum,ut eſt caſus in d.c.quia circa,& ĩ d.c. ex parte tua,
el iij.de decim.ubi ſcrib.& faciunt not. per Io. And. & alios in
d.c.ſtatuto,in prin. Quanto magis in caſu noſtro, in quo per in-
dultum,& priuilegium Inn. prædicto abbati,& monaſterio E-
boracen. nedum conceditur ius percipiendi decimas, ſimplici
ter,ſed in puncto percipiendi noualia,ut patet ex tenore ipſius.
30 † Et noualia non poſſunt dici niſi reſpectu futurorũ, ut eſt tex.
& ibi Ioã.And.& alij in d.c.quid ſit per nouale,& per Archi. &
31 ſcrib.in d.c.ſtatuti.in prin. † Quando enim priuilegium conce
dit noualia, tale priuilegium nedum comprehẽdit noualia quæ
erant tẽpore datę priuilegij,ab alijs non poſſeſſa, ſed ẽt futura,
text.eſt in d.c.ſtatuto,in prin.& ibi Io.And.Phil.Franc & Ca-
31 pra. † Dicentes, q licet priuilegium non extendatur ad futura
regulariter,vt.ſ.tamen ſm ſubiectã materiam extẽditur, vt eſt
proprie materia noſtra per.d.c. quia circa, & per d.c.q̃d ſit per
33 nouale. † Et eo magis prædicta procedunt, quia dictum priui
legium ſuper noualibus eſt conceſſum religioſis ordinis Ciſter-
cieñ. qui in puncto de quo quæritur vltra alios religioſos, ſunt
priuilegiati, & prærogatiuati, ut recipiant per priuilegium no-
ualia ẽt integra & etiam ab alijs poſſeſſa,ut expreſſe dicit tex. i
d.c.ſtatuto,in prin.& §.j. & ſeq. iuncto uerſ. religioſos tamen,
qui

qui verſ.ad omnia præcedentia refertur,ut ibi concludunt,& te
34 nent doc.omnes. † Nec dicatur priuilegium concedere noualia,in locis tantũ,in quib. antiquas percipiebant, quo ſit, vt in illa tantum percipere poſſunt,& nõ in alijs.d.c.ſtatuto,in prin. nam tollitur obiectio ex not.in eo.c.in uerſ. religioſos, qui refertur ad omnia ſuperius dicta,ut ibi omnes tenẽt. conſequẽter not.in d.c.ſtatuto,in prin.non habent locum in priuil. conceſſo religioſis ordinis Ciſterci. vt eſt caſus noſter. Præterea certũ eſt moniales,& ſucceſſiuè abbatem, & conuentum Eboracẽ. poſſediſſe decimas in toto territorio dictæ uillæ, & parrochiæ, & omnia prædia etiam rectoris fuiſſe decimalia,ut.ſ. dictũ eſt, taliter q̃ quando pro tẽpore cõtingebat noualia fieri,illa a prę
35 dictis percipiebantur. † Quo ſit,vt in toto territorio,& parrochia poſſederint antiquas,& etiam noualia integra, conſequenter priuilegium ſe referẽs ad poſſeſſas oia prædia cõprehendit, ut not.in d.c.ſtatuto,in prin.& ibi gl.in ver.nec alias,& verſ. & pro ea,quas omnes ſequuntur,quæ hoc expreſſe ſentiunt,maxi. cum nullus alius in d. parrochia poſſederit prædicta, nec partẽ
36 prædictorum. † Et referens continetur ſub relato cum qualitatibus ſuis.l.aſſe toto.ff.de her.inſti.auct.ſi quis in aliquo docu
37 mento.C.de edẽ.cum ſi. † Rurſus aduertendum eſt,q̃ ſi dictus rector vellet dicere priuilegium prædictum enormiter lædere eccleſiam ſuam,conſequenter reuocandum, uel ſtrictè intelligẽ
38 dũ.d.c.ſuggeſtũ. † Vel aduerſus illud ſe debere reſtitui. d.c.q̃d ſit per nouale,in ſi.cum ſim.repellendus venit cauſis, & rõnib. de quibus.ſ.& etiam quia iam habuit competentia, iuxta.d.c. de monacis,cum ſi.& eo quia ſibi prouidẽdum eſſet.d.caſu,iux. tex.in d.c.ſtatuto.§.vbi aũt,cũ alijs.ſ.alleg.quæ oia in p̃ſenti iu dicio ceſſant,nec conſideranda ſunt,cum ad prædicta non ege-
39 rit. † Rurſus aduertatur,nam aut conſideramus noualia, quæ rector petit tẽpore ſuæ petitionis,prout de neceſſitate conſiderandum eſt. Et iſto caſu,non poſſunt dici noualia, nam in articulis ſuis fatetur prædia de quibus petit noualia fuiſſe reducta ad culturam,iam ſunt elapſi anni.xl.partim.xxx.& partim.xxv. quo ſit,ut conſiderando tẽpus quo egit, non poſſunt dici noualia, per ea quæ dicit Abb. per illum text. in d.c. quid ſit per no-
40 uale, conſequenter iſto conſiderato, male egit. † Aut conſideramus tempus dati priuilegij,& quia poſt eius datam fuere culta,illo tempore conſiderato,potuerunt dici noualia,ad quæ priuilegium ſe extendit,ut.ſ. probatum eſt quinimmo illa expreſſe,& indiuiduo concedit,& futura ueniunt d.c.ſtatuto,in principio.vbi Io.And.& alij. Et eo max. quia nullus alius poſſedit, & quia paſtori,& rectori prædicto,quando fuit præſentatus,fuerunt aſſignata competentia.ut.ſ.quæ ſi non ſufficerent,debuit ęgere,iux.not.in dicto cap.ſtatuto.§. vbi autem.

Pariſius.

SVMMARIVM.

1 *Gratia ſecunda,in qua nulla ſit mẽtio de prima,conceſſa eidem perſona ſurreptitia eſt,& nu.4.5.6.11.& 54.*
2 *Gratia ſurreptitia redditur, ſi in ea nulla facta eſt mentio de iure ad rem competenti impetranti ex alia prima gratia etiam non ſortita effectum.*
3 *Gratia redditur ſurreptitia ſi impetrans tacet aliam gratiam ſibi factam etiam inualidam,& num.x.*
5 *Etiam ſi impetrans uelit renuntiare prima gratia, & ſe offerat dimittere primam, & nu.6.*
7 *Gratia ſecunda in beneficialibus ſurreptitia eſt, ſi in ea non ſit ſpecialis, & expreſſa mentio de literis obtentis ad beneficia, nec ſufficit generalis, & nu.61.*
8 *Quæ ſpeciali nota digna ſunt, neglecta uidentur, ſi ſpecialiter non deſignantur.*
9 *Reualidatio ſecunda non faciens mentionem de prima redditur inualida.*
12 *De eccleſia unica minimè neceſſe eſt mentionem facere, nec propterea incurritur ſurreptio.*
13 *Et quid ſi unio ſuit temporalis tantum, an de ea ſit mentio facienda,& num.44.*
14 *In eadem eccleſia,quis non poteſt habere duas dignitates,& num. 26.36.39.& 40.*
Gratia ambitioſa, & odioſa, ſtrictiſſimè eſt intelligenda.
15 *Gratia ſecunda obtenta lite pendente,uirtute primæ gratiæ, non faciens mentionem de lite ſurreptitia eſt, & nu.18.*
16 *Litis pendentia, an inducatur per commiſſionem cauſæ, & quando, ſiue reſpectu actoris, ſiue rei,& num.18.*
17 *Motus proprius non ualidat gratiam factam lite pendente, ſi de ea nulla facta eſt mentio.*
19 *Poſſeſſionem quis habere dicitur, ſi per eum ſtat quo minus illam conſequatur.*
20 *Surreptio in beneficialibus ipſo iure gratiam reddit nullam.*
21 *A ſurreptione ſecunda gratia reſpectu primæ non expreſſæ,non eſt neceſſe quod quis conſequatur poſſeſſionem ex prima, nam ſufficit, quod habeat titulum, & ius.*
22 *Motus proprius, regulariter tollit uitium ſurreptionis.*
23 *Non tamen tollit defectum mentis, & intentionis.*
24 *Veroſimile non eſt,Papam concedendo gratiam,uelle detrahere honori, & dignitati alicuius eccleſiæ.*
25 *Surreptitia gratia iudicatur, ſi Pontifici fuiſſent expoſita ea quæ retraxiſſent eum à conceſſione,uel ſi non ita de facili conceſſiſſet.*
26 *Veroſimile non eſt,Papam uoluiſſe grauare eandem eccleſiam duplici collatione,& num.36.& 39.*
27 *Pontificis concedentis mens, & intentio principaliter eſt conſideranda.*
28 *Gratia in beneficialibus,ſtrictè intelligenda eſt,& in ea proceditur ex coniecturata mente concedentis.*
29 *Motus proprius,neceſſario non includit ſcientiam concedentis.*
30 *Per aſſecutionem incompatibilis gratia extinguitur in beneficialibus.*
31 *Difficilius conceſſa tolluntur, quàm concedenda.*
32 *Gratia conceſſa contra intentionem concedentis eſt ipſo iure nulla.*
33 *Motus proprius,non tollit ſurreptionem in præiudicium tertij.*
34 *Gratia ambitioſa,& odioſa cenſetur,tendens in damnum tertij.*
35 *Et ſtrictiſſimè interpretanda eſt, & nu. praced.*
36 *Papa oblitus uidetur prioris gratiæ, quando concedit ſecundam in eadem eccleſia, & nu.26.*
37 *Motus proprius non tollit inhabilitatem, nec inducit diſpenſationem incompatibilium,& nume.38.*
40 *Obtinens plura diſpenſatiuè,non poteſt impetrare aliud, & ſi impetrat nulliter agit.*
41 *Motus proprius, non tollit qualitates extrinſecas, & ſimiles defectus.*
42 *Motus proprius,non includit non ueriſimilia.*
43 *Gratia redditur ſurreptitia, ſi in ea nulla facta eſt mentio de concordia, & penſione promiſſa.*
44 *Gratia ſecunda, non faciens mentionem de unionibus præcedentibus, redditur nulla.*
45 *Collatio de beneficio uiuentis, & ſic pleuè, nulla eſt.*
47 *Fictio iuris,non tollit ueritatem.*
48 *Motus proprius non uenit contra ueritatem.*
46 *Gratia nulla eſt de beneficio uiuentis, niſi reualidetur poſt mortem poſſeſſoris,& ſequen.*
49 *Gratia non exprimens modum uacandi, ambitioſa eſt.*
50 *Prouiſio papæ de uacaturo regulariter non ualet.*
51 *Gratia habens clauſulam, ſi qua, ſeu quod uacat, ſeu uacauerit non faciens mentionem de prima uacatura, non comprehendit futurum modum uacandi per mortem in quo papa expreſſè prouidit alicui.*
52 *Gratia redditur nulla, ſi in ea nulla facta eſt mentio modi uacandi diſpoſitiuè, ſeu conditionaliter.*
53 *Proceſſus factus, & fulminatus, ſuper gratia reuocata, & nulla etiam iudicatur nullus.*
Poſſeſſio apprehenſa uirtute gratiæ, & proceſſus ſuper ea nulliter fulminati cenſetur nulla,& inualida, & idea de nouo apprahendenda eſt uirtute gratiæ reualidatæ, & proceſſus denuo fulminandi.
54 *Duæ gratiæ non poſſunt obtineri, obſtante regula cancellariæ, nec quis poteſt illis uti etiam in reſeruationibus.*
55 *Clauſula non obſtantium, uel quod habeantur pro expreſſis. &c. non operatur plus, quàm motus proprius, nec tollit defectus de quibus ſupra.*
56 *Diſpenſatio ſecunda,non faciens mentionem de prima nulla eſt, & num.59.& 60.*
57 *Gratia ſecunda exprimens defectum illegitimitatis,adhuc redditur nulla, ſi in ea non ſit mentio de prima obtenta ad beneficium ſine cura.*
Gratia ſecunda additatiuè dicitur uenire ad primam.
58 *Concedens priuilegium,in recipiendis noualibus, non uidetur concedere illis qui ueteres decimas percipiebant.*

CONSI-

CONSILIVM LXXIIII.

GRATIA ſuper dicta præpoſitura conceſſa præfa
to Ioanni inualida redditur, ſiue ſurreptionis vitio
ſiue alio iuris defectu, ex qua graria dictus Io. di-
ctam præpoſituram retinere nõ poteſt rationibus,
1 & cauiis infraſcriptis. † Primo in dicta ſecunda gratia, nulla fa
cta eſt mentio de altera ptima conceſſa præfato Io. de Schola-
ſtria eiuſdem eccleſiæ Cameraceſi. quæ ibidem dignitas, ſeu of-
ficium exiſtit, quò caſu, ſecunda ſuper præpoſitura conceſſa ei-
dem, ſurreptitia eſt, cum prima non fuiſſet extincta, ſed reman-
ſerit in ſuo robore, capitnlo in noſtra, capitulo ad audientiam,
el ſecundo, capitulo ſi proponente, de reſcriptis, & per Rot. co-
2 dem tit. deciſi. xxj. in no. † Ad quæ nota. per ſcribẽ. maximè Mo-
der. in d. cap. in noſtra, col. ij. Vbi de iure ad rem competentem
non ſortlto effectu, in ſecunda gratia facienda eſt mentio, alias
gratia ruit, pro qno, deciſ. Ro. in no. in tit. de reſcriptis. xxxiij. &
in titulo de præben. deciſ. xxv. & per Io. Aud. in cap. ſi motu pro
3 prio, de præben. lib. vj. † Gratia enim reddirur ſurreptitia ſi im
petrans in ea tacet aliam gratiam ſibi factam etiam inualidam,
ut tenet Hoſt. & Io. And in d. cap. in noſtra, & not. in capitulo
ſuper literis, de reſcriptis, & hoc quando vitio impetrãtis id ta-
cetur, ut pet Mil in ver. gratia, uerſic. gratia beneficialis eſt ſur-
4 reptitia. † Ad quæ etiam ſecunda gratia uon faciens mẽtionem
de prima ſurrepiitia redditur, vt eſt bona deciſ. Ro. in no. xsj.
5 in titu. de reſer. † Quod procedit etiam ſi impetrans velit pri-
6 mæ renunciare, ut per Innoc. in d. ca. in noſtra, & ibi ſcrib. † Et
etiam ſi offerat dimittere ptimam, nt per Ro. in no. dicta deciſ.
7 xxxiij. in tit. de reſeri. † Gratia enim ſecunda in beneficialibus,
ſurrepritia eſt, ſi in ea non ſit ſpecialis, & eſpreſſa mentio de li-
teris obtentis ad beneficia, nec ſuffielt generalia, pes tex. & ibi
d. Am. in e. fi. de off. ord. ponit Cald. In d. e. in noſtra, & In e. fi.
8 de offi leg. lib. vj. & ele. ij. vbi gl. de off. ord. † Ad quæ nã ea quæ
ſpãli nota digna ſunt, neglecta cẽſenrur, ſi ſpãliter non deſignan
9 tur, vulga. l. apud Labeonẽ. §. hoc edictum. ff. de iniur. † Præte-
rea aduertatur, ꝙ hic ſunt duæ reualidariones, & in ſecunda nõ
ſit mentio de ptima, ergo ſecunda inualida. e. ad audiẽtiam, de
reſcr. ad quæ no. in e. ſi. de fil. presby. lib. vj. Ro. in antiq. deciſ.
10 cclxxx. † Ad quæ, nam gratia ſecunda non faciens mentionem
de prima ẽi inualida, eſt ſurreptitia, ut per Rot. in no. xij. in titu.
11 de re iud. † Et ſecunda impetratio, & gratia nihil dicens de pri-
ma, & ſic de iſta Scbolaſtria, ex quo Scholaſttia vnita erat cano
nicatui, nt. ſ. ſurrepiitia eſt, ut eſt deci. Belle. i ordine. dccxxxix.
12 † Quib. non ob. ſi diceretur, ꝙ in gratia non erat opus facere
mentionem de prima, & ſie de iſta Scholaſtria, ex quo Schola-
ſtria erat unita canonicatui, & præbẽdæ, & ſatis ſuit ſacere mẽ-
tionẽ de canonicatu cui erat anneaa Scholaſtria, per iura vnlg.
13 conſequenter non ſurreptitia, &c. † Nam conſiderandum eſt, ꝙ
dicta vnio fuit tẽporalis, & ad vitã. d. Io. c. nouit, ver. ne plus ca-
uiſſet, ne ſe. vac. & de iſta vnione, quæ eſt temporalis, & meti fa-
cti, cuius papa potuit eſſe ignarus, & ad ſupprimendam ambi-
tionem. d. Io. iuxta. c. de multa, & extrauag. execrabilis, debebat
in iſta ſecunda gratia fieri meutio de iſta vnione præcedeute,
dato ꝙ ſecunda gratia eſſet conceſſa motu proprio, ita Gemin.
in c. propoſuiſti, de reſeri. referunt, & ſequũtus Mode. in d. c. in
noſtra, in xxvij. corr. & non ob. motus proprius, ex quo præiudi
14 cat iuti tettij, ut. ſ. & in puncto tenent Mod. loco pall. † Ad q̃
nã per. d. primã gratiam. d. Io. ennſecutns fuit in eccleſia Came-
racẽ. d. Scholaſtriã, & ſic dignitatem, ſeu officium, ſi ſecũda gra
tia valeret, conſequeretur præpoſiturã, conſequenter, & aliam
dignitatem in eadem eccleſia, p quæ valde præiudicatur capi-
tulo canonicorum, & ordinario illius, qui priuantur iure eligen
di, & conferendi, quod eſſe non debet, & ideo. d. ſecunda gratia
tendẽs ad iſtud, tãquàm ambitioſa, ac odioſa, eſt ſtrictiſſimè in-
telligenda. c. quãuis. c. ia cui, de prę̄b. lib. vj. potiſſimè cum indu
15 cat fraudẽ. d. c. de multa, & d. extraua. execrabilis. † Nec obſtat
ſi diceretur, ꝙ per prinnas literas dictus Io. nihil obtinnit, nam
cum ipſe ſeecrit committere cauſam ſuper. d. Scholaſtria, & cõ-
miſſione obtenta pñr pendente lite obtinuerit ſecundam gra-
tiam ſuper præpoſitnra. d. ſecunda nulla eſt, & ſurreptitia, cum
de dicta litis pendentia, non ſacta mentio reperiatur, gratia. n.
impetrata lite pendente, non facta mentione de lite nulla eſt, &
ſurreptitia, ut no. Inn. in e. ſi. vt lit. penden. & per Rot. in no. tit.
16 de dolo, & contu. deciſ. xiij. † Et in puncto noſtro, ſufficit ꝙ tẽ
pore impetrationis gratiæ reperiatur cauſa commiſſa, licet in
cauſa non ſit factus alius actns, nam ex ſola commiſſione inua-
lidatur, ut dicit tex. & ibi do. Ant. in e. cauſam quæ, il ſecundo,
de teſti. Quod procedit qñ. d. commiſſio fuit intimata, ut dicit
ibi do. Ant. & alij, & in caſu noſtro iſtud eſt, quia ipſe Io. cau-
ſam committere fecit, & ſumus in actore, & quo ad ipſum dici
tur lis pendere, ut per Rot. in no. de dol. & contu. deci. xvij. &
Fel. in c. ſuper literis, col. viij. ver. limita primo, & quia decreta
17 fuit citatio, iuxta no. in cle. ij. vt li. pend. † Et motus proprius
non ualidat gratiam factam lite pend. ſi de ea nõ ſit mentio, ut
concludit Mil. in ver. graria uerſ. gratia ſi eſt ſurreptitia, de qua
materia per Mod. in e. cæterum, & e. ſuper literis, de reſcri. & in
18 e. j. de confirma. vti. uel inuti. † Præterea ad. d. Scholaſtriam, idẽ
Io. habet ius, maxime quia non eſt diffinitum de non lure, vt
uult gl. in uer. beneficinm, in d. e. in noſtra. Vnde cũ poſſit con-
ſeqni ad velle ſnum. d. Scholaſtriam, & ſuper ea fecerit commit
tere cãm, quam proſequi modo non curat, ſed permittit ſtare
in pendenti, & ea pendente obtinuerit. d. gratiã ſuper præpoſi-
tura, ob aliud non poteſt colligi, ꝙ hoc faciat, niſi ut per fran-
dem, & dolum conſequatur præpoſituram. & demum reuerta-
tur ad Scholaſtriam, quod tollerandum non eſt, per. l. nemo ex
delicto. ff de reg. ius. Ad quæ bon. tex. in c. j. de renun. lib. vj. &
19 in l. ſponſæ. ff. ſol. ma. † Præterea cum per ipſum Io. ſtet quomi-
nus aſſequatur poſſeſſionem. d. Scholaſtriæ, habetur perinde ac
ſi eam fuiſſet aſſecutus. e. cum non ſtat. e. & pro poſſeſ. & ibi bo
na gl. de reg. iu. lib. vj. ad quæ no. in l. inre ciuili ff. de condit. &
demon. Ex prædictis colligitur, nunquàm fuiſſe Intentionis Põ
tificis, ſi prædicta narrata fuiſſent, concedere dictam ſecund. m
gratiam, ſuper præpoſitura, conſequenter innalida, & ſurrepti-
20 tia iudicanda eſt. † Quæ ſurreptio cũ ſimus in beneficialibus,
ipſo iure reddit gratiam nullam, ut uult gl. in c. ſi proponente,
de reſcrip. & in c. cum teneamur, de præb. cum alijs concor. fa-
21 cit. l. qui habet. ff. de reg. iur. † Ipſe enim Io. obtinebat dictam
præpoſituram, darn ꝙ non haberet poſſeſſionem, ex quo habe-
bat titulum, & ius, quod ſufficit, vt eſt glo. in uerſ. obtinendi, &
ibi docto. in e. j. de eo qui mit. in poſſ. lib. vj. Io. And. in e. capitu-
lum, de reſcrip. etiam ſi agatur in pœnalibus, clem. j. de pę̄n. cle.
j. §. quia nemo, ut li. pend. etiam quo ad inducendum incom-
22 paſſibilitatem. † Non obſtat ſi diceretur, omuia prædicta rue-
re, propter motum proprium, appoſitum in ſecunda graiia, qui
motus proprius tollit ſurreptionem, & defectus ſupradictos. c.
ſi motu proprio, de præb. lib. vj. ele. ſi Roma. Pont. eo. tit. in ele-
23 men. &c. † Nam obiectio prædicta penitus euacuatur, primo
quia licet motus proprius tollat defectum ſurreptionia, tamen
non tollit defectum intentionis, & menris, & ideo licet nõ poſ-
ſit dari de ſurreptione, tamen ſemper dari poteſt de defectu in-
tentionis, ita glo. in d. clem. ſi Roma. & ibi ſcrib. Io. And. & alij
in d. c. ſi motu proprio, Moder. in e. cæterum, col. vj. c. ad aures,
col. iiij. & v. de reſcri. & per Rot. in nou. tit. de præb. deciſ. vj. p
24 Belleme. deciſ. ccccl xxv. & dccxlvj. cum concor. † In caſu no-
ſtro, datur de Intentionis, & mentis defectu ergo. &c. Defectus
intentionis, & mentis, oſtenditur. Nam non eſt veriſimile, ꝙ ſi
Papa intellexiſſet primam unionem, & primam prouiſionem,
ꝙ conceſſiſſet ſecundam, & volniſſet detrahere honori, & de-
cori tantæ eccleſiæ, iuxta not. in c. deteſtanda, de conceſſ. præ-
ben. lib. vj. & ꝙ uolniſſet applaodere ambitioni dicti Io. contra
25 dictum. c. de multa, & d. extrauag. execrabilis. † Si enim iſta fuiſ
ſent expoſita Pontifici, ita de facili non habuiſſet ſecundam gra
tiam, ex quo de facili retraxiſſent Pontificem a conceſſione, uel
seddidiſſent Ipſum difficiliorem, quæ omnia uiciant, & reddũt
nullam gratiam, vt habetur in c. poſtulaſti, in e. conſtitutus. c.
ad aures, de reſcri. e. cum noſtris, & ibi do. Ant. col. vj. de præb.
per Rot. in no. in tit. de reſcrip. deciſ. xxvij. per Federi. In tract.
26 de permuta. beneſi. q. iij. † Ad quæ, nam non eſt intentionis Pa-
pæ grauare eandem eccleſiam, & eandem collationem, duplici
collatione potiſſimè in perſona vnius impetrantis. c. mandatũ.
27 c. literis. c. abbatem, de reſcrip. † Quæ intentio, & mens, princi-
paliter eſt conſideranda, ut patet in d. c. ad aures, & in d. e. in no
28 ſtra, & in d. c. ad audientiam. † Et in iſta materia, quę ſtricta eſt,
ut not. in c. ſuſceptnm, de reſcr. lib. vj. procedi debet ex conie-
cturata mente pontificis, ut pulchre concludit Soc. in l. ſi iam fa
cta. ff. de condi. & demon. & not. per gl. & ſcrib. in elem. j. de cõ
29 ceſſ. præben. † Et quia motus proprius, non importat ſcientiã.
l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo, il. ij. de lega. iij. & ibi Bald. & Rot. in
no. deciſ. cccxxxij. & Mil. in uer. gratia, uer. gratia non poteſt di
30 ci ſurreptitia. † Præterea ſi intentio papæ fuit, ut extinguatur
gratia

gratia per aſſecutionem incompatibilis. d.c. de multa.d. extra-
uag. execrabilis clem.graui,de reſcri. quanto magis inícíio ſua
eſt non concedere,cum difficilius,& turpius eijcitur, quàm nõ
31 † admittitur hoſpes.c.& ſi Chriſtus,de iureiur. † Et difficilius tol
luntur conceſſa, quàm concedenda.c.quoties,de reſcr.lib.vj.c.
32 ij.de renunciatio.nota.in c.ſi electi,de electio.lib.vj. † Et ideo
cum ſit facta iſta gratia contra intentionem concedentis, eſt ip
ſo iure nulla,ſecundum Hoſt.in c.ſi.de præb.Inn.in c.ij. de ꝓb.
33 lib.vj. † Tollitur ẽt obiectio,ex quo motus proprius non tollit
ſurreptionẽ in præiudicium tertij,& per Io.And.& alios in d.c.
ſi motu proprio , & in d. cle. ſi Roma. & pleniſſimè per Rot. in
nou.decíſ.xxviij.in tit.de præb.de quo pleuè per ſcrib. in d.c.ad
aures , in caſu præſenti vertitur ius tertij .ſ. præiudicium colla-
34 tionis ordinariæ,& electio capituli Cameraceñ. vnde.&c. † Et
ideo gratia prædicta,tanquàm ambitioſa, & odioſa, eſt reſtrin-
genda teudens in damnum tertij.d.c.quamuis,& d.c. is cui , &
in damnum eccleſiæ tendit , cum numerus dignitatum minua-
35 tur. † Ad quæ,nam gratia principis in damnum tertij ſtrictiſſi-
mè eſt interpretanda.c.quamuis,de reſcri.lib.vj §. ſi quis a prin
cipe.ff.ne quid in lo.publi.quod procedit etiam ſi ſit facta mo-
tu proprio,ut per Mod.in c.cauſam quæ,col.x.& in d.c. ad au-
36 res.col.iiij.& v.de reſcr. † Et quia papa videtur oblitus prioris
gratię ex quo non conſueuit ſcribere de duabus dignitatibus in
eadem eccleſia,pro uno, ex quibus præſumitur non fuiſſe inten
tionis ſuæ, tantum grauare dictum capitulum , & ordinarium,
& auferre prouiſionem aliorum pauperum clericorum.d.c. ad
37 aures. † Prout motus proprius nõ tollit inhabilitatem dicti Io.
ut not.Io.And.in d.c.ſi motu proprio,& ibi docto. & ideo non
inducit diſpenſationem incompatibilium,ut not. ibidem, & in
d.clem.ſi Roma.& in clem.per literas.co.tit.& per Rot.in d.de
ciſ.vj.de præb.qui Io. non videtur fuiſſe dignus habere præpoſi
turã,ex quo habuit ſufficiens beneficium,videlicet,ꝓbendã, &
Scholaſtriã,inſuper,& alias eccleſias curatas,vnde.&c. per no-
ta.in c.ſuper,de præben.& in c.de conquerente,de cleri. nõ re-
38 ſid. † Quæ inhabilitas,cum per dictum motum proprium non
fuerit purgata,nec ſublata,ſemper remanet,& debet eſſe in con
ſideratione per.c.cauſam , de elect. & in caſu noſtro induceret
diſpenſationem,contra.d.c.de multa,& d.extrauagan. execra-
39 bilis. † Et quia haberet duo ſub eodem tecto,quod eſt magis
incompatibile,ut in c.j de conſuetu.lib.vj.& in clem.ſi. de præ
40 ben. † Præterea inhabilis erat,eo quia obtinebat prius plura, &
licet cum diſpenſatione , tamen non ob hoc potuit obtinere
aliud,& obtinendo nihil fecit, nam talis impetratio, ſeu colla-
tio,nulla eſt,ut dicit tex.& ibi bona gl. Io.And. in c. ordinarij,
in ſi.de offi.ordi. lib.vj. & ſequuntur doct. nec motus proprius
habilitat quia eſt defectus intentionis,ſtante enim limitata di-
ſpenſatione,ad aliud eſt inhabilis.d.c.ordinarij,& cap.is cui,de
præb.eo lib.& gl.in cle.ſi plures,de præb. Vnde dicta prouiſio
41 de præpoſitura,tanquàm facta inhabili,nulla eſt. † Ad quod,
nam motus proprius, non tollit qualitates extrinſecas , ut in d.
deciſ.vj.& ideo quia tempore ſecundæ gratiæ dictus Io. obtine
bat alias eccleſias curatas, de dictis curatis debebat fieri expreſ
ſa mentio taliter ꝙ motus proprius non tollit defectum,ut no.
in d.c.deciſ.vj.& habetur in antiq in tit.de reſcrip.deciſ.lxxj. &
42 latè per Moder.in d.c.ad aures,col.v.verſi.ſi diceres,in ſi. † Mo
tus etiam proprius non includit non uerіſimilia, ut tenet Rot.
in tit.de præben.deciſ.xxviij.in no.In caſu noſtro nulla concur
rit veriſimilitudo,ꝙ mens pontificis fuerit concedere ſecundã,
ſi de prima notitiam habuiſſet,quinimmo omnis veriſimilitu-
do eſt in contrarium . Tum quia in damnum tertij , ut.ſ. Tum
quia dictus Io inhabilis,& indignus, atq; ambitioſus. Tum qa
eſt repletus pluribus beneficijs curatis,in alijs eccleſijs,& digni
tate gaudet in alia eccleſia,multiſq;,& diuerſis pẽſionibus quas
ab alijs recepit,& maximè unam duca.lx. ſuper eadem eccle-
ſia Cameraceñ. de fructibus alterius canonicatus , de quo liti-
43 gauit , & poſtmodum reſignauit cum dicta penſione. † De qua
concordia,& literis ex quibus dictum canonicatum cõſequi po
terat,nullam fecit mentionem,propter quod ſimiliter prouiſio
de præpoſitura redditur ſurreptitia.d.c. ad audientiam.cum ſi.
44 † Præterea aduertendum,& fortius,nam.d.Io.præter dictã gra
tiam unionis Scholaſtriæ obtinuit aliam unionem de primo va
cat.canonicatu,& præbenda eccleſiæ ſancti Andreæ quam etiã
obtinet de qua ſecunda gratia , nulla fuit habita mentio in ter
tia,videlicet collatione dictæ præpoſituræ,vnde merito eſt nul
la,ut eſt bona deciſ.Rot.prælleg.in tit. de reſcrip.xxj. in nou.
45 † Et quia dicta collatio præpoſituræ ab initio non ualuit , quia
de beneficio viuẽtis,& ſic pleno,ut ꝑ Rot.in antiq.deciſ.dccxl.
46 cum vulga † Et poſt mortem illius poſſeſſoris non fuit reu. li-
data,ergo ſemper remanſit nulla.c.nõ firmat,de reg.iur. lib.vj.
47 & ibi not.gl. † Per fictionem enim iuris non pręiudicatur veri-
48 tati.l.in rebus,in priuc.C.de iure dot. † Et motus proprius nõ
uenit contra ueritatem.l.ij.§.x.ff.de orig iu.l.j.§.proinde.ff.de
uar. cog. Vnde talis ficta collatio, ut reualidaretur,requirebat
remotionem cauſę,& conſenſum ſubſequentem qui in caſu de-
49 ficit , unde &c. † Ruſus aduertendum , ꝙ in dicta gratia ad
præpoſituram, non exprimitur modus vacandi, ſed eſt genera-
lis de prima vacatura dignitate,& ideo eſt ambitioſa.c. ſi.de re-
50 ſcri.lib.vj. † Prouiſio enim Papæ de vacaturo,non valet.c.ij.
de conceſſ.præb.c.conſtitutus.c.ex parte,& per Bernar. de Biſ-
gne.in deciſ.Ro.v.in tit.de præben. vnde in dicta generali gra-
tia de vacaturo,tanquàm ambitioſa,nõ uenit uacatio per mor-
tem,ut in dictis iurib. & in l.fin.C.de pact. Eo maximè quia in
caſu iſto mortis,Papa expreſſe prouidit,quæ prouiſio ſpecialis,
& facta ſcienter in caſu mortis præferenda eſt dictæ gratiæ con
51 ceſſæ Ioanni generali ambitioſæ,& nullæ,ut ſupra. † Ad quæ
nam bulla Ioannis habet uerb. ſi qua,ſeu quod uacat,ſeu uaca-
uerit,& ſic non dicit primam vacaturam,unde non uenit futu-
rus modus uacandi per mortem, in quo Papa expreſſe prouidit
alteri,iuxta not.in regu. generi per ſpeciem,de reg.iu.& in cap.
quamuis,de præben.lib.vj.& not.in c.dudum,eod.tit. maxime
52 cum dicta gratia Io. ſit odioſa & non extendenda,ut.ſ. † Præ-
terea gratia Io.redditur nulla,cum facta ſit nullo modo uacan-
di dato,nec diſpoſitiuè,nec conditionaliter, quod eſt contra re
gu.cancellariæ,in ordi.xlv.quæ licet loquatur de beneficio na-
cante a maiori locum ſibi uendicat in uacaturo. qui modus eſt
longe odibilior, & magis difficulter conceditur ius ad uacatu-
rum,quàm ad vacans.c.ſi poſtquàm,de ele.lib.vj.l. Titius,§.Lu
cius.ff.de li.& poſt.cum alijs concor.quæ in c.capiandę,& in c.
53 quàuis,de præb.lib.vj. † Ruſus aduertẽdum eſt,ꝙ iudices da-
ti in collatione præpoſituræ exequentes gratiam , fulminarunt
proceſſum,& uirtute ipſius d.Io.fuit inductus in penſionẽ præ-
poſituræ , & quia gratia fuit reuocata eodem modo & proceſ-
ſus,uti acceſſorius fuit reuocatus regula acceſſoriũ de reg. iur.
lib.vj. Et dato,ꝙ gratia fuerit reualidata, tamen poſt reualida-
tionem non fuit factus,nec fulminatus alius proceſſus, ſed uir-
tute primi reuocati cępit poſſeſſionẽ,qui proceſſus,uti factus a
iudice reuocato fuit,& eſt nullus,ut habetur i c.j.§ ex parte de
conce.præb.lib.vj.& per Io.And.Ant.& alios,in c.cæterum, de
54 reſcr.& Cald.conſi.iiij in ti.de offi.deleg. † Præterea.d.Io.ob-
ſtat regula cancellariæ,de non habendo duas gratias, nec uten
do illis,quæ locum habet ẽt in reſeruationib.ut ibi litera dicit,
& concludit, ſi in ſecunda non ſit mentio de prima utraque ca-
ret effectu , item procedit ẽt ſi utraq; ſuit facta motu proprio.
55 † Nec prædictis ob.clauſula,ꝙ obſtantię habeantur ꝑ expreſ-
ſis,&c.nã non operatur clauſula iſta,pluſquàm operetur motus
proprius,& ideo non tollit defectum intẽtionis inhabilitatis,&
alios de quibus.ſ.& in c.cum ideo, de reſcrip.d.c. ſi motu pro-
prio, gloſſ.in d.cle.ſi Roma.& ibi doc. dicentes hanc eſſe com-
56 munẽ. † Et quia ſecunda gratia,ſeu diſpenſatio conceſſa ꝑ Pon
tifi.ipſo iure fuit,& eſt nulla,ex quo in illa nulla habita eſt mẽ-
tio alterius gratiæ,ſeu diſpenſationis primitus obtentæ per eun
57 dem,ut eſt tex.in c.ij.de fil.presby.lib.vj. † Licet.n. in ſecunda
gratia fiat mẽtio de defectu illegitimitatis,attamẽ in ipſa nulla
fit mentio de prima diſpenſatione ad beneficiũ ſine cura, & qa
diſpenſatio ſecũda addit diſpẽſationi primæ,& ad illã additiue,
ue,& augẽdo uenit, cum de prima nullam faciat mentionẽ, dr
ſecũda ſurreptitia,& nulla, tex.bon.in d.c.ij.& ibi Gemi.in ul-
timo no.& alij ſcribentes,& eſt deciſ.Rot.in antiq.tertia in or-
58 dine,in tit.de fil.presby. Ad † q̃ bene faciunt no.in ſim.in rõne
ſui in c.ij.§.ſtatuimus. de decim.li.vj. ubi priuilegium conceſ-
ſum ſuper perceptione noualiũ,non cõprehendit,neq; extẽdi-
tur ad illũ qui ueteres decimas percipiebat, ex quo non eſt ue-
59 roſimile in talẽ caſum,Papam priuilegiu conceſſiſſe.Ita † in ca
ſu præſenti,ſi papa ſciuiſſet cum iſto primo diſpenſatũ,utiq; ſe-
cundo non diſpenſaſſet ita faciliter, & ideo ſecunda diſpẽſatio
nulla,prout in puncto tenet Io.mona.Archi.& Io.And.in.d.c.
ij.& Old.conſi.ccxxv.& Io.And.in mercu.ſuper regu.in gene-
60 rali,uerſ.xlvij. † Prout etiam ſupraſcripta concluſio firmatur ex
nota.per Inn.& Io.An.col.ij.& iij.in c.ueniens,de pręſcr.& ibi
Moder.allegan.deciſ:o.ad quæ tex.& ibi not.in clem.j.de con-

ccil.

61 ceſſ.pręben. † Prout etiam, nam in beneficialibus ſecunda gra
tia non faciens mentionem de prima, nec de literis obtentis ad
beneficia ſurrepeitia eſt, taliter q; non ſufficit generalis expreſ-
ſio, ſed ſpecialis requiritur per textum, in c.fi.de offic.ordinarij,
& ibi do.Ant.& tex.in c.fi.de off.deleg.lib.vj.& glo.in clem.ij.
de officio ordinar. ad quæ nota. in vulga. l. apud Labeonem.§.
hoc edictum.ff.de iniur. Pariſius.

SVMMARIVM.

1 *Contractus uſurarius præſumitur, ſi quis percipit fructus aſcēdentes ad creditum, quod propterea erat ipſo iure extinctum.*
2 *Contractus cenſualis ad decem pro centenario, an ſit ſuſpectus uſurariæ prauitatis.*
3 *Et quid ſi iſte contractus habet alium præcedentem licitum.*
Et quid ſi factus eſt cum fideiuſſore præcedentis contractus liciti.
4 *Et quid ſi primæuus contractus erat ſuſpectus.*
5 *Poſſeſſio penes aliquem præſumitur eſſe uigore tituli præambuli.*
6 *Et præſumitur capta ex cauſa potiori, & ualidiori.*
7 *Et potius nomine proprio, quàm alio.*
8 *Et in dubio iure licito, & non pignoris.*
9 *Poßidens precario, nullam poſſeßionem præſumitur habere.*
10 *Intentans petitorium, dominum ſe præſupponit.*
11 *Verba enunciatiua propter aliud emiſſa, non nocent.*
12 *Idem ſi erroneè ſunt prolata.*
13 *Impugnans actum, non poteſt ſe ex eo iuuare.*
14 *Diſpoſitio l. curabit, quo caſu procedat.*
15 *Aequitas d.l. procedit, quando quis non poteſt uti precio.*
16 *A pari procedunt, rem nō reſtitutam, uel reſtitutam, et non liberè.*
17 *Diſpoſitio d.l. curabit, procedit de iure canonico propter morā tantum, uel fructuum perceptionem.*
Idem ſi quis promiſit uendere, & non uendidit.
Procedit etiam, & in ceſſionario.
Et procedit in omnibus contractibus correſpectiuis.
Et an ueniant a tempore traditionis, uel perceptionis fructuum.
Et quid ſi fructus non fuerunt percepti, ſed potuere percipi.
Et quid ſi res eſt ſterilis, uel intereſſe non eſt in uſuris, ſed aliunde.
18 *Ceßionarius poteſt exigere intereſſe, quod poterat cedens.*
19 *Et quando gaudeat eodem priuilegio, quo gaudere poterat cedens.*
20 *Narratiua quando, & quo caſu probet, & nu.22. & 23.*
21 *Vicinitas actuum ſuſpitionem inducit.*
24 *Creditum cum fructibus perceptis, quando, & quo caſu compenſatur ipſo iure.*
25 *Et an compenſatio ſit neceſſariò petenda in iudicio, uel extra.*
26 *Sententia arbitramentalis, approbata producit effectum, & num. 41. & 42.*
27 *Contractus cenſualis de iure permiſſus eſt, & nu.29. & nu.36.*
28 *Cenſualis contractus, quando dicatur, & ſit.*
30 *Et an ſit licitus, ad rationem, decem pro quolibet centenario.*
31 *Vendens cenſum, an poteſt in ſe ſuſcipere caſum fortuitum.*
32 *In uero credito fingitur numeratio, ſicut in datione inſolutum, & num. 33.*
33 *Datio inſolutum, cum modicitate precij, & pacto de retrouendendo, non arguunt contractum uſurarium.*
34 *Creditum uerum, ex quibus probatur.*
35 *Ceßio ut ſit bona, & procedat, ex quibus colligitur.*
37 *Contractus uſurarius non iudicatur ſi quis confitetur ſe debitorem in mille, & propterea uendat domum.*
38 *Res poteſt emi ex pecunia uſuraria, nec propterea emptio eſt inualida.*
39 *Hipotecaria non poteſt agi contra ementem, niſi diſcußis principalibus.*
40 *Confeßio precij recepti, tollit ſuſpitionem, quòd illud non interuenerit.*
43 *Contractus in dubio, præſumendus eſt licitus non illicitus.*

CONSILIVM LXXV.

1 OMNIS † Difficultas, in præſenti cauſa dependet
a validitate contractus cenſualis non obſtante aſ-
ſerta vſuraria prauitate, quæ obicitur. Tum ex eo,
q; Franciſcus perceperit fructus feudorum multo-
rum annorum, vna cum multis alijs rebus, & ſic creditum erat
ipſo iure extinctum.l.j.& ij.C.de pig.act. Tum etiam quia con
tractus cenſualis fuit in ſe vſurarius, cum pro ſex milibus reſpō
deretur ſex centum duca.contra.c.conſuluit.c.in ciuitate, de u-
2 ſu.cum ſi. † Sed pro ueritate præſuppono unum ueriſſimum, q;
ab initio inter Franciſ. & Iulium fuerunt initi quatuor contra-
ctus carentes omni uſuraria ſuſpitione. Primus fuit uenditionis
feudorum. Secundus fideiuſſionis, pro ſaluatore, & creditori-
bus. Tertius primæ promiſſionis indemnitatis. Quartus ſecun-
3 dæ promiſſionis indemnitatis, & quāuis ex dictis creditis. † Mer
catores creditoris lucrarentur uſuras, tamen dictus Franc.fide-
iuſſor erat excuſatus propter eius obligationem, ut in c.perue-
4 nit, & in c.conſtitutus, ubi doct.de fideiuſſ. † Itaq; originalis cō
tractus a quibus dependet contractus cenſualis, nullam ſapiūt
vſurariā prauitatem. Idcirco ſumus extra terminos conſilij Bal.
c.a. vol. iij. vbi primus contractus mutui ſupponebatur vſura-
rius, & creditor etiam erat manifeſtus uſurarius, quæ hic ceſ-
5 ſant. † Hoc ſuppoſito, dicitur primo aduertendum, q; Franciſ. ui
gore contractus indemnitatis, reaccepit poſſeſſionem feudorū
inſolutum, & ſic fecit fructus ſuos. Tum quia præceſſit titulus
facultatis de qua in dicto contractu indemnitatis, & preciū erat
conueniens, igitur poſſeſſio præſumitur uigore tituli præambu
li, & ſic acceptationis in ſolut.ut nota. in l.ij.C. de acq poſſ. &
6 in l.quædam mulier, de rei uend.& Bar.in l.j.ff.de re.dub. † Tū
ſecundo quia præſumitur accepiſſe in cauſam potentiorem, ut
per Roma.poſt Bar.in l.Ariſto de dona.& Abb. in c. ad q̄ōnes,
7 de re.permu. † Et maximè quia potius inſolutum, & ſic nomine
8 proprio præſumitur accepiſſe.l.j.& ſeq.ff.de ſol. † Tum quia in
dubio præſumitur iure licito accepiſſe, & nō iure pignoris quo
caſu incideret in laqueum uſurarium ſm Bal.in l.rogaſti.§. ſi ti
9 bi, in fi.ſi cer.pet. † Tum quia procurator Franciſci, qui habuit
poſſeſſionem reuocauit precarium, quo precario nomine poſſi
debat Iulius, & ſic intentio Franc.erat nullam poſſeſſionem ha
bere Iulium, quod non poterat eſſe ſi iure pignoris habuiſſet.l.
10 qui pignoris, de acqui.poſ. † Tum ēt quia cōſtat Franc.poſt ap-
prehenſam poſſeſſionem litigaſſe in poſſeſſorio, & petitorio, cū
Iulio igitur fateri oportet ſuppoſuiſſe ſe dominum feudorū.l.j
C.de alie.iud.mut.ca.fac.& in poſſeſſ.retinēte traditur in vulg.
§.nihil cōe. Tum & clarius conſtat Franc.mandaſſe ſuo procu-
ratori, ut feudū quod uendiderat Ioāni eidē traderet igitur de-
claratur ipſum fuiſſe dūm, & ſic accepiſſe inſolutum non aut in
11 re pignoris. † Nec ob. narratiua laudi, q; Fran. ceſſerit ius cred.
Tum quia talis enunciatio propter aliud emiſſa non nocet.l. q
12 familiæ.ff.ſ mi.herc. † Tunc ēt quia cōſtat per. ſ̄.dicta, q; fuerit
erronea, & ſic non noceat, vt no.in d.l.qui familiæ, & per Bar.i
13 l.ex hac ſcriptura in fi.de dona. † Prout ēt qm̄ aduerſarij impu-
gnant dictum laudū, igitur non poſſunt ex eo ſe iuuare ad regu
14 lā, ex eo de reg.iu.cū ſi. † Secundo principaliter eſt aduertendū,
q; ſi Franc.non accepiſſet in ſolutū, adhuc feciſſet fructus ſuos,
quia carebat feudis, & precio, ad not.in l.curabit, de act. empt.
& in c.conqueſtus, de vſur.& quāuis Franc.cōfeſſus fuerit ſe pre
ciū recepiſſe, tū quia non fuit liberum propter fideiuſſionē ob
15 quā coactus fuit illud reſtituere. † Ideo verū eſt dicere militare
æquitatē de qua in l.Iulianus.§.offerri, & in §.ex uēdito, de act.
empt.ut non careat re & precio propter quā equitatē conſuluit
Soc.in ꝯſ.cvij.pen.col.vol.j. q; ex ſola promiſſione, de vendēdo
pōt ſequi acquiſitio fructuū, ꝑp quā æquitatē ſolū conſideratī
16 q; quis frui non poſſit precio. † Quod procedit ſiue nō fuerit ſo
lutū ſiue fuerit ſolutū, & illud non fuit liberū, ſicut in l.iij.ff.cō-
mo. vbi paria ſunt rē non reſtitutā, vel fuiſſe non libere reſtitu-
tā, & in contractu empt.eſt text.in l.datio, in princ.ubi gl.ff.de
17 act.empt. † Quæ diſpoſitio.d.l.curabit ꝓcedit ēt de iure cano.
propter morā tm̄, vel ēt fructuū perceptionē, ut per Soc. ꝯſ.cix.
in j.vol.non potuiſſent, & eundē ꝯſ.clxxvj p̄ſens.ij.vol.& cōſil.
clxx.eo.vol.col.pen.extēdit.d.l.curabit, qn̄ quis promiſit tm̄ uē
dere, licet non uendiderit & d.l.curabit, & procedit in ceſſiona
rio eſt deciſ.cōſilij Neapo.in ord.xcj.circa fi. Et ad oēs ꝯtractus
correſpectiuos extendit Cor.ꝯſi.cxlv.in hac ꝯſultatione.ij. vol.
& cōſ.lix.placet.iij.vol.diſputat, an veniāt a tpe traditionis, uel
perceptionis fructuū, & quid ſi fructus nō fuerunt percepti, ſed
potuerunt percipi, & quid ſi res eſt ſterilis de quo in cōſi.Soc.&
quid ſi intereſſe nō eſt in uſuris, ſed aliunde in d.conſ.lxa.& per
Abb.& Dec.in c.cū venerabilis, de except.in glo.in uerbo, bo-
18 næ fidei. † Nec dicat in ceſſionarium non trāſiuiſſe ius exigēdi
dictū intereſſe, quia immo tranſit cū ſua cā, ut eſt tex.in l.nomē
debitoris, in prin.& in §.j.ff.de leg. iij. per quæ iura ita cōſuluit
19 Lud.Rom.conſ.xxxviij.& cōſi.cxxxv.pro deciſ. † Vnde ſicut po
terat Frāc.illud intereſſe lucrari, ita ēt ceſſionarius q; habuit oīa
iura

Iura ceſſa ex cā oneroſa non aūt lucratiua, & tunc non uenit in
dubium, q̄ ceſſionarius gaudeat eodem priuilegio quo cedēs,
vt concludit Lauren. de Rodul. in ſuo tract. de vſu. in iij. par. in
20 iiij. dubio prin. Quod autem creditum fuerit cauſatū contem
platione precij, cōſtat tam ex dicto laudo emologato, & appro
bato, & iuſo vallato per partes, q̄ ēt ex cōſenſu ſuperioris maxi
mè illius qui emanauit ad inſtā. Iulij ad. l. ex tinaui. C. de con.
ctah. ſtip. & alias narratiua, & geminata, & antiqua plenè pro-
bat ad. l. j. C. de plus pet. & Bal. in l. cum aliquis. C. de iu. delib.
21 † Quod ēt maxime arguitur ex vicinitate actuum, cū ea die de
qua facta fuit cōfeſſio Ioannis, eadē facta fuit promiſſio indē-
nitatis ad not. in l. ſi venti ff. de priui. credi. & in l. lecta, uerſic.
22 dicebā. ff. ſi cer. pet. cum ſi. † Præterea ſola narratiua ſuperioris
fundat intentionē ſicut in cle. literis, de proba. & ita in ſuperio-
re conſuluit Soci. iiij. col. conſi. lxxxia. vol. iij. & in Regina con-
23 ſuluit Pau. de Ca. in cōſ. xxxv. priuſquā iura fierēt. j. col. † Itaq;
ex hoc capite patet Franc. nullā uſurariam prauitatē commiſiſ-
ſe, ſed iuſtè fe. iſſe fructus ſuos, ſicque ſequitur laudum permit-
24 tentem acquiſitionem fructuum eſſe iuridicum. † Tertio prin-
cipaliter dicetur. q̄ ſi Franci accepiſſet iure pignoris feoda, &
fructus ſuos non feciſſet, cū adhuc creditum hmōi potuit dura-
re, quia tunc compenſatur creditum cū fructibus, ipſo iure quā
do fructus conſiſtunt in quantitate, ſecus ſi in frumento, uino,
& alijs ſimilibus, quorum conſumptio eſt neceſſaria, quia tales
fructus ſunt etiam tacite hypotecati. l. Paulus §. j. ff. de pigno. &
ita determinat Bald. in l. j. j. q. C. de pig. act. & non conſtat, q̄
fructus feudi, ſint in quantitate, nec q̄ ante ceſſion. fact. Ioan.
eſſent conſumpti, igitur poſſibile eſt Franc. remanſiſſe verū cre-
ditorem in pecunijs promiſſis mercatoribus, & debitorē in fru
25 ctibus. † Præterea aduertatur, quod licet probaretur fructus eſ
ſe in quantitate, & ſic ipſo iure fieri compenſationē, tamen illa
non habetur in conſideratione, niſi fuerit oppoſita, & alleg. in
iudicio, vel extra ſm Bart. qui cōiter approbatur in l. verum. ff.
de compen. & ideo creditū ante volun. declaratū eſt cōſide. abi-
le, & maximè in propoſito in quo partes illud approbant tā in
26 laudo, quàm in contractu, vt dicetur. † Ex quibus reſoluit pri-
ma difficultas vſuraria, q̄ dr̄ cāri a mala fructuū perceptione, &
crediti cōpenſatione, & propterea dictū creditu uerisſimū fuit
merito approbatu per partes, & ſic excluſa ꝯpenſatio, tā in ſnia
arbitrali emologata, & approbata iuxta. l. ne arbitris. C. de arb.
27 quam etiā in contractu cenſuali de quo dicetur. † Inſuper quā-
tum attinet ad præfatū principalem ꝯtractum cenſus lē dicetur
ipſum eſſe optimum, & de iure plus quàm licitum. Nam ſuppo
nit creditum decem millium duca. cum quo, tanquàm p̄cio, em
ptus eſt cenſus mille duc. ſuper feudo, & non in perſonā Iulij q.
ꝯctus eſt de iure permiſſus, ut no. Inn. Io. And. & cæteri in c. i ci
uitate de vſur. & per Old. ꝯſ. ccv. vniuerſis, & clarius per Per. de
Anch. i ſua diſputa. antiquis, & modernis tēporibus inſolut. qō.
in quarto caſu, & per Laurentiū de Rodul. in ſuo tract. de vſur.
28 in ij. parte, in xviij. q. & p oēs Sumiſtas. † Cōtractus cēſualis. n.
eſt, qn̄ quis alienat oē ius quod habet in re, ſiue ſit directū, ſiue
utile, & ſuper illa ꝯſtituit oēm cenſum. Soc. ꝯſ. clxvij. in ij. vol. in
29 pñti conſulta. † Et ſi qua dubietas eſſet, tollitur p extrauagā. Ca
lixti, Marti. & Nico. q̄ procedūt declaratiuè, & ſunt generales,
30 ad. l. ſi. C. de legi & per Lud. ꝯſ. cclx. in caſu propoſito. † Nec ob
ſtat, q̄ non permittat ad a. pro centenario. Tū quia illa Calixti
refert ſe ad conſuetudinē q̄ in propoſito eſt probata de decē p
centenario. Tum ēt quia illa Nico. expreſſe cōcedit ad. x. pro cē
tenario, & loquitur p̄ciſe in locis Hiſpaniæ, & p̄cedit in ſiue di-
ſpoſitiuè & declaratiuè p uerbū decernere & declarare, & ſm
iſtas extrauag. pluries Rota iudicauit, tū deniq; quia idē de iure
cōi, defendi p̄t vt clarè colligitur ex his q̄ ponit Lau. de Rodul.
in ſuo tract. de vſur. in ij. par. in aij. q. vbi loquitur exēplatiuè de
cenſu vnius floreni pro decē & ſic ad decem p centenario Rur
ſus extrauag. Marti. relat. per aliam Calixti etiam permittit ad
31 decem pro centenario. † Non obſtat q̄ uendens cenſum ſuſce-
perit omnem caſum fortuitum, quia hoc eſt de iure permiſſum
ut plenè no. in l. iiij. §. quæſitum. ff. ſi quis cauti. licet non permit-
teretur quoad totalem interitum feudi cuius periculum eſt em-
ptoris cenſus, ut no. Inn. & alij in d. c. in ciuitate quod non fuit
32 hic. † Non obſtat q̄ precium non fuerit numeratum, tum quia
cum uerum ſit creditum igitur fingitur numeratio ſicut in da-
tione in ſolutū. l. ſi prædium. C. de euict. tum etiam quia & ſi nu
meratio non interuenerit adhuc ceſſat præſumptio fraudis uſu
33 rariæ. † Hinc videmus q̄ diſpoſitio. cap. ad noſtram de empt. &
vendi. & c. illo vos de pig. procedit cum pecunia numerata eſt
ſecus ſi pro credito daretur aliquid in ſolu. quia tunc modicitas
precij & pactum de retrouendēn. non arguerent contractū uſu
rarium, ut conſuluit Fulg. conſil. cxxxiiij. in q. verſa. in ij. col. qd̄
ſequitur Dec. in conſi. clxvij. ij. & iij. col. Nec etiam dicatur cre
ditum decem milium duc. non fuiſſe verum, nam aut dicitur nō
uerum quia non conſtat Franciſcum fideiuſſorem ſoluiſſe mer-
catoribus, & hoc eſt falſum, ut patet ex ſententia arbitrali, &
ideo non conſtat Iulium ſatisfeciſſe. Aut dicitur non verum q̄a
extenuatum per perceptionem fructuum & hoc eſt falſum, ut
ſupra dixi. Itaq; originale creditum eſt uerisſimum & illud fuit
in contractu pro vero precio cenſus appoſitum, ex quibus infer
tur q̄ nō ſumus in ſola confeſſione crediti facti, in qua forte nō
loquuntur bullæ præfatæ, ſed ſumus in vero & indubitato cre-
34 dito habente notorium primordium ueritatis † quod quidem
merito & in laudo & contractu concorditer comprobatur. l. pu
blia. in fi. ff. depoſi. vnde ſuppoſita ueritate crediti fortius proce
dunt dictæ bullæ ad remouendam ſuſpitionem vſurariam, quā-
do res reperitur penes creditorem ad ſui cautelam iuxta præal-
35 legata conſilia. † Nec obſtat quòd in Ioannem fuerit facta ceſ-
ſio ſine precio. tum quia veritas eſt in contrarium, quia Ioannes
veriſimiliter ſatisfecit mercatoribus quibus Franc. erat obliga-
tus, tum quia ſatis eſt ceſſionem fuiſſe bonam & per partes &
arbitros admiſſam, nec curo an ex cauſa donation. vel vēdition.
iuxta not. in l. ab Anaſtaſio. C mand. & præſumptio vſurarum
non poterat cadere in Franciſco fideiuſſore mercatorum ut ſu-
36 pra. † Præterea aduertendum q̄ in propoſito non agitur ſi cre
ditum fuit in fructibus conſumptum & ſi inde uſuraria praui-
tas fuerit perpetrata. Sed tantum agitur de validitate contra-
ctus cenſualis ſuper quo duntaxat luit pronunciatum, ad cuius
ualiditatem, partes ſupponunt neceſſaria ſcilicet precium decē
milium duc. Item & res, ſ. cenſus mille duc. iuxta no. in d. cap. in
37 ciuitate cum alijs præalleg. † Et ſi dicatur precium non fuiſſe
verum immo nullum tanquàm conſumptum in fructibus, dico
ex hoc non cauſari contractum uſurarium. Nam ſi indebitè cō
fiteor me debitorem in mil. pro quibus vendo tibi domum. Nul
lus dicet, contractum eſſe uſurarium, quamuis enim deficiat in
materia quia precium erat alienum, tamen non deficit in for-
ma. Ideo agitur condictione ſiue cauſa, uel alia via ordinaria, ſe
38 cundum Bal. in l. j. ad fi. C. de pigno. actio. † Clarum enim eſt,
poſſe rem emi ex pecunia uſuraria & aliena, & validus eſt in ſe
contractus quamuis contra emptorem agi poſſit hypotecaria,
uel offic. iud. iuxta glo. fi. vbi Io. And. & alij in c. cum tn. de uſur.
& Lap. alleg. lxxiiij. vbi etiam determinat in iij. colum. † q̄ non
39 poſſit contra ementē agi hypothecaria niſi prius diſcuſſis prin
cipalibus, & ſic hæredibus Franciſci a quibus poterunt dictum
creditum recuperare. Itaque contractus in ſe eſt optimus & me
rito debet canonizari, quia habet ſua ſubſtantialia. † Nec rele-
40 uat, q̄ dicatur habere radicem infectam, nam immo habet radi
cem perfectiſſimam quia partes præſupponunt pro conſtanti
precium in credito decem milium duc. unde talis confeſſio tol-
lit omnem difficultatem iuxta. l. generaliter. C. de non nu. pec.
41 † Et tanto magis quia dictum creditum fuit in laudo fundatū,
quod laudum fuit emologatum & iuramento uallatum ad. l. ne
in arbitris. C. de arbi. & ſuper quo laudo ſententia lata in Rota
tranſiuit in rem iudicatam, ita q̄ tanto fortius præſumitur pro
42 ueritate dicti crediti. l. ingenium. ff. de ſta. homi. cum ſi. † Et ni-
hilominus ex abundanti patet dictū creditum habere primor-
dia veritatis deſcendens a primis ueris contractibus in quibus
Franc. fideiuſſor nihil peccauit, ut ſupra dixi & quamuis idem
Franc. & eius ceſſionarius fructus perceperint, tamen non pro-
pterea creditum fuit conſumptum, vt ſupra. inter quæ illud ma
xime conſideretur q̄ creditum non potuit eſſe compenſatum
cum fructibus parte non allegante vt per Bart. in d. l. verum. de
compen. vnde cum partes illud expreſſe approbent, tam in lau-
do quàm in contractu patet illud eſſe in conſideratione, & ideo
agant aduerſarij ad dictos fructus contra hæredes Ioannis qui
ſunt bene ſoluendo, cum contractū, vt dixi impugnare non poſ
ſit. † Vltimo ēt attendatur q̄ quāuis materia ſit clara vt contra
43 ctus iudicandus ſit licitus tanquàm carens oī vſuraria prauita-
te vt ex præmiſſis patet, nihilominus qn̄ eſſemus in dubio quod
negari non pōt omnino præſumendus eſt contractus licitus &
permiſſus arg. l. merito. ff. pro ſoc. & in terminis firmat Bal. in l.
rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cer. pet. maxime ſtante laudo approbato &
emologato a partibus, nemini dubium quin tribuerit nullam
cauſam

cauſam credendi, & iſta ſufficiant omiſsis alijs quampluribus
quæ poſſunt adduci, Ex quibus concluditur ſententias tam pri
mi auditoris quàm etiam Reuerend. Cardinalis eſſe iure meri-
to confirmaũ. Pariſ. Rom.

SVMMARIVM.

1 *Habens ius in re, uel ad rẽ poteſt illi expreſſè, uel tacitè renũciare.*
2 *Renunciatio tacita, ita præiudicat, ſicut expreſſa, & nu. 3.*
4 *Renunciatione, beneficium uacare dicitur, & nu. 5.*
5 *Quando per ſuperiorem fuit admiſſa.*
Renuncians beneficio ad illud uenire non poteſt.
6 *Renunciatio non trahitur ad ignorata.*
7 *Scientia ex modicitate temporis actus ad actum præſumitur.*
8 *Præſens & non contradicens, an ſibi præiudicet.*
9 *Facilius præſumitur renunciatum iuri ad rem, quàm iuri in re.*
10 *Conſentiens prouideri alicui de beneficio in quo habet ius uidetur illi renunciare.*
11 *Præſentes & tacentes uidentur conſentire, quando illi actui congregantur, prout ſinguli & ut de collegio.*
12 *Actus faciendus cum conſenſu alicuius, dicitur ad illum ſpectare.*
13 *Conſentiens actui ſua iura dicitur perdere, & fortificare aliena.*
14 *Habens ius beneficio, ſi eo præſente & tacente de illo prouidetur alteri ſibi præiudicat, & dicitur renunciare. & nu. 5.*
15 *Ex quo cum præſentia, & taciturnitate interuenit alius actus.*
16 *Cardinales in conſiſtorio contradicunt, quando proponitur aliquid tangens ius ipſorum.*
17 *Præſens, & tacens uidetur conſentire. quando fit actus quem contradicendo poteſt impedire.*
18 *Maximè quando agitur de præiudicio reali.*
19 *Cardinales ſolent contradicere, & loqui quando in conſiſtorio proponitur aliquid tangens intereſſe ipſorum.*

CONSILIVM LXXVI.

AN Capitula facta in conclaui ſint in obſeruantia,
& debeant in damnum tertij obſeruari, & ligare
manus præſentis Pontifi. omitto in præſentiarum
diſcutere, alias ſi opus erit dicetur, & pro nunc po
ſito pro conſtanti ꝙ ualeant, conſequenter ꝙ ipſorum uirtute,
potuerit expediri acceſſus, prout fuit expeditus in perſonam re
uerendiſsimi Cardinalis qui ec cũ acceſſus prædicti, uenire intẽ
dit ad dictum monaſterium ꝯ moderõu Abbatẽ, dr̃ ipſum Re-
uerendiſsi. uenire non poſſe, nec eſſe audiendum rõnibus in-
1 fraſcriptis. † Iure cautũ habemus ꝙ ille qui habet ius in re uel
ad rem ſuper aliquo beneficio, ſeu monaſterio &c. poteſt dicto
iuri renunciare, nedum uerbis expreſsis, ut hr̃ in toto fere titu.
de renun. in antiquis libr. vj. & in clemen. ij. q. j. cum alijs ꝯcor.
2 † Sed ẽt tacitè dictis iuribus renunciare pòt, quæ tacita renun
ciatio in ipſius præiudicium idẽ operatur ſicut expreſſa proue
de utroque eſt text. & ibi glo. & omnes ſcrib. in c. ex ore. de his
quæ fi. a maio. par. c. & not. in c. cum ueniſſent, circa fin. de inſt.
& de tacita renunciatione eſt text. in cle. gratię, & ibi ſcribẽ. de
reſcrip. & faciunt no. per Rot. in no. in ti. de renuncia. tertia in
3 ordine, & per Aegid. Belle. deci. j. † Ad quæ no. in c. ex literis,
de tranſac. & per Io. And. in c. in uoſtra, ubi ſcrib. de reſcrip. &
per eundem in c. ueniens poſt gl. de pręſcri. & not. in l. naturali
ter. §. nihil cõe. de acq. poſ. per gl. Bar. & alios in ij. lec. cum alijs
infinitis quæ ad iſtud poſſent allegari, in quibus expreſſe cauẽt
in præiudicium renunciantis tacitam renunciationẽ ita eſſe ua
lidam ſicut expreſſam, & per utranq; induci effectũ qui eſt ꝙ il
le qui renunciat ſiue expreſſe, ſiue tacitè, nõ pòt amplius redire
nec repetere renunciatum, ut hr̃ in c. quàm periculoſum vij. q. j.
4 & c. ij. & c. in præſentia, de renun. cum ſi. † Et ratio ſuadet, quia
talis renunciatio inducit ueram uacationem, ut habetur. vij. q.
j. §. ecce, & c. j. & ij. ut litè pend. lib. vj. & per Lap. allega. xiiij. &
5 per Rot. in not. deci. xxij. & deci. cccxij. & ccclij. † Et quia per
dictum Card. tacita renunciatio. d. monaſterij facta fuit præſen
te papa, & ſic præſente ſuperiore, & per ipſum ſuperiorem ad-
miſſa concluditur, ꝙ omni reſpectu fuit, & eſt ualida maxime
in præiudicium ipſius Reuerendiſsimi renunciantis tacite, &
per iſtud tolluntur ea quæ notantur in c. ꝙ in dubijs, de renun.
6 & in alijs locis ſuperius alleg. † Et quia in facto præſupponitur
dictum Reuer. ſciuiſſe uacationem. d. monaſterij, ad quod per
acceſſum poterat uenire. Item ſciuit prouiſionem de d. mona-
ſterio fieri in perſonam. d. præſentis Abbatis. & data ſcientia,
renunciauit tacitè, ergo ſtante renunciatione uenire nõ poteſt
7 iuribus. ſ. nominatis, † & per iſtud tollitur obiectum ꝙ poterat
fieri, ꝙ talis renunciatio non trahatur ad ignorata, ut no. in c.
cum inter pe. de renun. & in l. mater. ff. de inoff. teſt. cum ſi. Nã
hic fuit ſcientia expreſſa. Quæ etiam neceſſario præſumitur cũ
a tempore acceſſus uſque ad prouiſionem Abbatis cucurrerit
modicum tempus. ꝯſr non præſumitur obliuio per ea quæ no.
in c. peregre. ff. de acq. poſ. & l. j. C. de ſer. fug. cum alijs concor.
Difficultas erit ad oſtendendum ꝙ dictus Reuerendiſ. tacitè re
nunciauerit ad quod conſiderandum eſt ꝙ ipſe ſciebat, & noti-
tiam habebat de uacatione monaſterij prędicti. de ſuo acceſſu,
& de prouiſione quæ fiebat Mod. Abbati quæ coram ipſo, & a-
lijs Reueren. Car. facta fuit, ex quo prouiſio conſiſtorialis erat,
& ad talem effectum Reuer. Car. collegialiter uocantur ut uo-
tum, uocem, & auctoritatem præſtent his q̃ ibidem geruntur,
ut in facto hoc clarum eſt, & quia ipſe Reuer. d. prouiſioni Ab.
fuit pręſens, ad id uocatus, ut unus de collegio, uocem, & uotũ
ac auctoritatem præſtitit, & omnia ſciebat, non uideo quin ex
prædictis, quibus minime nec uerbis nec nutu ac geſtis aliqui-
bus ꝯdixit, † tacitè dicto acceſſui renunciauerit, per ea quę not.
8 in d. c. ea literis. de tranſact. & ibi glo. & per nota. in d. c. ex ore.
ubi Card. oppo. x. Abb. Imo. & dñs Benedic. dicunt tacitum cõ
ſenſum & reſpectu iuris in re, & iuris ad rem præſtans auctori-
tatem actui, inducere renunciationem, ita ualidam ſicut ſi fuiſ-
ſet expreſſa. & faciunt not. in d. c. quod in dubijs & in c. ad au-
dientiã de reſcrip. & in c. ueniens & c. ſane de renun. & no. per
Car. in d. cl. gratiæ co. ij. in prin. † Eo maximè qa facilius tolliť
9 & facilius induciť renunciatio iuris ad rẽ q̃ iuris in re, p ea q̃
not. in c. pe. de pbeu. li. vj. & in c. fi. de ꝯceſſ. pb. eo. li. & utroq;
caſu, ſufficit tacita renunciatio, ut expreſsè uoluit. Car. & Imo.
in d. cle. gratię & ſuperius dixi. † Prout ẽt qa ipſe Reue. ꝯſenſit
10 ut de d. monaſterio ꝓuideret d. Abbati quo caſu iuri qđ in illo
habebat renunciaſſe vr̃ ut eſt doc. Hoſt. Io. And. quos ſequunť
ibi. Im. do. Card. circa fi. & magis claſè do. Bene. in d. c. ea ore,
tenentes hoc de plano ꝓcedere in collatore. ut eſt caſus nr̃.
Prout ẽt, nã qñ aliqui ꝯgregãť prout ſinguli uel ut illi de col
11 legio, tunc pñtes & tacentes hñr pro ꝯſentientib. prout notãť
Mod. alleg. plura in c. cum oẽs. col. vj. de ꝯſtit. & latius in c.
nonne. col. pe. in prin. de pſump. & per Alex. in l. q̃ dotis col. ix.
ner. ſucceſsiuè. ff. ſol. mat. in caſu pñti reueren. Car. ita uocanť
& ad id fuit uocatus. d. Reuer. qui tacuit nec ꝯdixit, ꝯñr ꝯſenſit
vnde modo ꝯdicere non pòt. † Ad quę nã qñ actus dẽt fieri
12 cum ꝯſenſu alicuius, dictus actus dr̃ ad ipſum ſpectare, ꝓut uo
lunt Mod. alleg. iura in c. ea te. col. xiiij. de reſcri. & illo caſu
pñtia cum tali pſtatione ꝯſilij, & uoti hẽt uim interpoſitionis
auctoritatis, ut ẽ tex. in c. cũ dilecti ubi Abb. de reſcri. & ponũt
Mod. Seneñ. in l. ij. §. uoluntatis. ff. ſol. mat. cũ itaq; d. Reuer. p-
dictis interfuerit, mõ quo. ſ. ꝯſenſum & auctoritatẽ pſtiterit.
Nõ uideo quõ ꝯdicere poſsit, q. n. ꝯſentit ſua iura pdit & alie
13 na fortificat ut ff. de adm. tu. l. quidã decedes. cũ ꝯcor. alias per
me ꝯſulendo allegatis. † Pręterea in puncto vr̃ deciſ. clara Tan
14 cre. quẽ refert & ſequiť Arch. & do. Prępoſ. i c. ſi ſeruus. liiij. diſ.
ubi uolunt & ꝯcludunt ꝙ ſi aliqs hẽt ius in bñficio, & eo pñte
& tacente tñ de dicto bñficio fit colla. alteri. d. colla. eſt ualida
ex quo ille pñs & tacens qui hẽt ius vr̃ dicto iuri renunciare, a-
deo ꝙ ad illud non pòt redire, & licet Io. An. in mercuria. in re
gula q tacet ſentiat ꝯriũ, tñ ſniã & opi. Tancre. & Archi. eſt ue
rior & cõior, prout teneť p Im. in col. ij. & do. Bene. col. fi. in d.
c. ea ore. ubi referẽtes Tancre. reprobãt Io. An. & rñdent eius
motiuis ut ibi p eos, quãto fortius in caſu nr̃o in quo ultra pñ-
tiã & taciturnitatẽ interuenerint alia de qb. ſ. † Et ꝙ d. opi. Tã
15 cre. & aliorũ ſit uera vr̃ tex. iuncta gl. in uerbo regreſſum in ti.
quib. mo. feu. amit. in §. pterea. q̃ gl. ut ibi dñt Bal. Iſer. Alu. &
Propoſ. cõiter ab oĩb. teneť qñ cũ d. pñtia & taciturnitate inter
uenit alius actus, uult. n. ibi tex. ꝙ ille q hẽt ius ad feudũ ſi eſt
pñs, & tacet qñ dñs prouidet alteri de feudo ſibi præiudicat, &
renũciare vr̃, ita in caſu nr̃o in quo ultra pñtiã & taciturnitatẽ
interuenit alius actus, de quo. ſ. Et ex iſto tolliť obiectio, q̃ poſ-
ſet fieri ꝙ pñs nõ vr̃ ꝯſentire ĩ his q̃ ſibi piudicãt, nã hoc ꝓcede
re poſſet qñ ẽ ſola pñtia & taciturnitas, ſed ſi ultra pñtiã & ta-
citurnitatẽ interuenit alius actus, tũc pñs & tacẽs interueniẽte a-
lio actu vr̃ ꝯſentiř & renũciare. ita oẽs doc. p illũ tex. & gl. in d.
§. pterea. & plenè p Mod. poſt Ab. ĩ d. c. nõne. & p Bar. & oẽs a-
alios in d. l. quæ dotis. & in l. ſi filiusfamilias. ff. ad Maced. & p
Bar. in l. quo enim. ff. de noua. & in l. ſi tacens. ff. de conſti. pec.
& conſului alias. Sed in caſu noſtro ipſe Reuereñ. dum fuit pręſens & tacẽs, & ſciens, ſed ulterius ut unus de collegio ad id uo
catus, & actus ad ipſũ ſpectabat, expreſſe ꝯſenſit dãdo uocẽ, uo

tum,& præſtando auctoritatē,ex quib. non uideo quin mō con
ſenſerit,& quin nō renunciauerit,qua renunciatione ſtāte; mō
16 uenire contra non pōt.† Præterea prout mihi narratur in facto
ueriſsimū eſt ꝙ reuerendiſsimi Card. quando in ꝯſiſtorio præ-
ſente pontifice ſunt ꝯgregati & proponit aliqua collatio ſeu ꝓ
uiſio facienda alicui ſi aliquis Card.ſuper illa prætendit,ius illi
co ꝯtradicit,& eius contradictio, & ab alijs Reueren.& ab ipſo
Ponti.attendit̃ & executioni demandat̃,taliter ꝙ contradictio
illa impedit collationē & prouiſionē ad actū faciendi,& ſic ſæ-
17 pe ſæpius in facto hoc euenit,& ita fuit obſeruatū.¶ †Stāte iſto
reſultat diſpoſitio iuris, quæ habet ꝙ quotienſcunq; qs eſt præ
ſens alicui actui cui pōt contradicere & ꝯtradicendo illud im-
pedire ſi tacet & non contradicit vr̃ conſentire & approbare &
iuri ſibi cōpetenti renunciare, taliter ꝙ amplius ꝯtradicere nō
pōt ꝑ tea.in l.fideiuſſor.§.patri.ff.de pig. ponit Dec.& Io.An.
in regula qui tacet Bar.& oēs in d.l.quæ dotis. Abb.& Cano.
in d.c.nonne.& eſt cōis ſchola omniū docto.ut per Alex.cōſil.
j.iij.nol.& per doct.in d.§.prꝫterea.& quia prædicta ꝯcurrunt
in caſu oſo,ideo ꝯcluditur ipſum Reuereñ. non debere audiri.
18 † Et hoc potiſsimè,quia agitur de ꝓiudicio reali prout eſt not.
per Bar.in d.l.quæ dotis.& ibi Mod.& per Abb.& Mod. in d.
c. nonne.ubi Fel.col.iiij.uer.fallit primo.dicit circa præiudiciū
reale id procedere cōiter, ex quo tacendo vr̃ fraudulenter hoc
facere,quæ frans ēt alio non probato a iure pꝛſumit̃, ut ibidē
19 per eos allegantes plura iura.† Quibus nō obſtat ſi diceret ꝙ
ipſe Reuerend. tacuit & non ꝯtradixit propter reuerentiā quā
16 riem loci, excuſatur quis a comparitione. † Publica enim utilitas priuatę præferenda eſt vt dicit tex. in l. j. §. pen. C. de cad. tollen. ex prædictis cum ſimi. quæ ad prædictorum corroborationem allegari poſſent concluditur monetarium a dictis incolis,
licitè poſſe prohiberi, vt ſe abſtineat a dicto exercitio, inducẽte
aeris corruptionem & intemperiem, & ꝯñr mortem & interitũ
prædictarum incolarum cum prætendat ibi exercere officium
cudendi monetam ac diſſoluendi & diſtilandi materias ad id
conuenientes ex quibus inſurgit illa intemperies aeris, incolas
ad mortem deducens. P Paulus.

SVMMARIVM.

1 *In materia caſtionis. fideiuſſor poteſt accedere.*
2 *Et accedens, eo modo tenetur quo principalis.*
3 *Et an res debeat euinci per ſententiam ut teneatur.*
4 *Et quid ſi eſt certum, & notorium uendidiſſe rem alienam.*
5 *Dicta in exceptionibus, reus fateri uidetur, ſi fuere acceptata à parte.*
6 *Confeſſio notarium inducit.*
7 *Acta inducunt notorium.*
8 *In notorijs, ſententia non eſt neceſſaria.*
9 *Citatio, non eſt, quo ad illud facienda, quando certum eſt, illi defenſionem non competere.*
10 *Contra confeſſum, non ſunt partes, niſi in condemnando.*
11 *Fideiuſſor euictionis, qua actione teneatur.*
12 *Periurus an poſsit allegare exceptionem ſimulationis.*
13 *Et quid ſi iurauit omnia, & ſingula eſſe uera.*
14 *Promittens factum alienum ad intereſſe tenetur.*

CONSIL. CXI.

1 IN Materia euictionis. † Ac actionis exemplo fideiuſſor accedere poteſt, & uti principalis teneſ, ita
& ipſe. l. ſi ei cui. §. ſi is cui fundum. ff. de euict. l. au-
2 ctore. C. eo. cum ſi. † Ipſe Andreas fideiuſſor teneſ
de euictione eo modo, & prout tenebatur venditor toto tit. de
3 euict. ff. &. C. † quibus non obſtat ꝙ domus non apparet euicta
per ſententiam iuxta not. in l. euicta. & in l. ſi dictum. §. ſi com-
4 promiſſero, & in l. Herennius. §. gaia. ff. de euict. † Nam certum
& notorium eſt, uenditorem vendidiſſe domum alienam, & ſibi ſuper ea ius nõ competere, & iſto caſu ſententia expectanda
non eſt, vt dicit tex. & ibi omnes ſcrib. in l. emptorem. ff. de actio. emp. & eſt doctri. Fulg. in l. ſi ideo in prin. ff. de euict. Põt.
Roma. in l. non ſolum. §. morte. ff. de no. ope. nun. Quod autem
in caſu præſenti notorium ſit nullum ius competere venditori
conſequenter & fideiuſſori clarè patet ex confeſsione ipſius fi-
5 deiuſſoris. † Qui prædicta atteſtatur, in ſuis excepti. ea enim q̃
reus in ſuis except. dicit confeſsionem validam inducunt, quando a parte fuerunt acceptata vt fuit in caſu noſtro, & tradit gl.
in l. cum precum. C. de liberali cauſa. Barto. & Alexan. in l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſsis. Mod. in c. examinata. co-
6 lum. ij. de iudi. & in c. ſi cautio. col. xj. de fid. inſtru. ¶ † Confeſ-
ſio enim partis notorium inducit. cap. fin. de coha. cle. & mulie-
7 rum. cap. cum olim. de verbo. ſignifi. ¶ † Et quia omnia prædicta conſtant ex actis, iccirco notorium inducunt, vt plene per
ſcriben. in dicto cap. cum olim. & per Rotam in nouiſ. prima.
& Alex.

6 & Alex.ↄſi.liij.in iiij.vol.† Cum itaq; prædicta notoria ſint ſen
tentia non eſt neceſſaria,ad quę no.in l.ſi vero.§.qui pro rei.ff.
qui ſatiſ.cogã.& in l.cum apertiſsimi. C.de iudicijs.per But.in
d.c.cum olim.per Bar.poſt glo.in l.ij.§.de frumenta. ff.de reb.
9 ad ciuita.pertinen.† Vbi hr̃, ꝙ licet quis ſéper ſit citandus cum
10 citatio poteſt omitti.† ita dicimus in ſimili in caſu iſto potiſſi-
me cum ẽ confeſſum, nullę ſint partes iudicis in cognoſcendo,
ſed tm̃ in ſententiando & exequendo.l.prouidendum.§.notan-
11 dum.ff.ad legem Aquiliã.cum alijs ↄcord.† Præterea dubitan
dum non eſt,quod dictus fideiuſſor actione ex empto teneatur
ad totale intereſſe,licet de euictione non poſsit ↄueniri, qđ tñ
negatur,vt.ſ.Venditor.n.vt ipſe fideiuſſor fatetur,ſcienter uen
didit domum alienam,ↄñr actione exempto ad omne,& totale
intereſſe teneĩ,l.j.l.exẽpto,in priu.& §.exempto.ff.de act.emp.
eſt textus.& ibi Bar.in l.emptorem.§.deniq; verſ.qui autem.ff.
de actio.empt.& in l.ſeruum.§.ſi ſciens.vbi Bar.eo.titu.& in l.ſi
ſeruum etiam eſt tex.in l.Iulia.§.ſi fundum. co. tit.qua actione
ex empto negari non põt,quin dictus fideiuſſor ad totale inte-
12 reſſe non teneatur,iurib.de quib.ſ.† Nec ipſe exceptionem ſi-
mulationis allegare põt, quia periurus eſt, ↄñr non audiendus,
13 vulgata.l.ſi quis maior.C.de tranſac.cum alijs ſim. † Eo potiſſi
mum quia iurauit omnia, & ſingula contenta in inſtr̃o produ-
cto fuiſſe,& eſſe vera,& contra illa non potuiſſe venire, quo ca
ſu exceptionẽ ſimulation.opponere nõ põt dicit Bar.ĩ l.ſi.in ſi.
C.de non nume.pec.Butrig.& alij in c. cum ↄtingat, de iu.iur.
Alex.in l.Seius,& Auge.col.vlt. ff. ad legem Falci.& iſta videẽ
cõis concluſio,a qua in practica non eſt recedendum vt dicunt
Mod.Papienſes,poſt Alex.& Are.in l.nemo põt,col.ia. ff.de le
gatis j.vbi etiam volunt iſto caſu non debere ↄcedi abſolutioné
a dicto iuramento,de quorum veritate alias diffuſius conſulen
14 do dixi.† Nec ob.ꝙ dictus fideiuſſor promiſerit factum alienũ,
nam licet præciſe non teneatur ad factum tñ tenetur ad intereſ
ſe vt dicit tex.in l.qui autem.§.ſed ſi quis.ff.de conſtituta pecu-
nia.& per Mod.in l.ſtipulatio iſta habere licere.ff.de verb.obli.
& per Soci.conſi.cclxxxviij.in ij.vol.verſi.circam quintam quę
ſtionem,& plene alias conſului. Pariſius.Ro.

SVMMARIVM.

1 *Quando prouidetur,ſeu mandatur prouideri,de iure patronatus, in*
telligitur de conſenſu patroni.
Papa non præſumitur velle præiudicare iuri tertij.
2 *Conceſſum ſub conditione, non cenſetur conceſſum niſi conditione*
purificata.
3 *Conceſſum de conſenſu,intelligi debet de legitimo.*
4 *Conceſſum per modũ conditionis impleri debet in forma ſpecifica.*
5 *Conſenſus præſtitus in genere ad primum uacaturum,eſt nullus.*
6 *Et an poſsit conceſſio intelligi,de nulliter præſtito, & nu.7. & 22.*
7 *Ita ut ſuppleatur ex declaratione Pontificis approbatio.*
8 *Recurrendum eſt ad prothocollum, quando diſcordat cum inde,*
ſumpto.
9 *Abbreuiatores,unde dicti.*
Expeditio quæ ſit per cancellariam, in quo differat ab illa quæ ſit
per cameram.
10 *Nec uni, nec alteri videtur conceſſa expeditio, per quam tollatur*
ius alterius.
11 *Expeditio quæ ſit per cameram,non poteſt dictum ius tollere.*
12 *Stillus, an & quando attendi debeat.*
13 *Et qualiter ſit probandus.*
14 *Ex ſtillo non poteſt argui,quando in probatione ipſius datur diſcre*
pantia.
15 *Stante diſcordia de ſtilo cameræ, non inconuenit debere recurri ad*
cancellariam.
16 *In expeditionibus attendi debet data ad quam recurritur.*
17 *Conceſſio ex expeditione,quando perficiatur.*
18 *Attendi debet,quando agitur de reſtitutione iuris ablati.*
19 *Conceſſio limitata,limitatum producit effectum.*
20 *Conſenſus nulliter præſtitus, an ſit in ſuppoſitione narrandus, &*
nume.23.
21 *Conceſſum propter merita,an requirat ipſorum ſpecificationem.*
22 *Si præſentatur inhabilis,ſeu pro eo conſentitur, papa poteſt inſtitue*
re,& diſpenſare nec requiritur alius conſenſus.
24 *Conſenſus an dicatur præſtitus ex aliquo actu illum importante.*
25 *Et an ſufficiat taciturnitas per tempus a iure ſtatutum.*
25 *Si principalis præſtat conſenſum,ceſſat mandatum factum alijs de*
præſtando illum & nu.30.
27 *Variatio in ſtilis reprobata eſt.*
28 *Geſta per metum,non tenent.*
29 *Reuocatio conſenſus,quando ſit intimanda.*
30 *Mandatum conſumitur per factum principalis.*
31 *Conceſſio ad primum, & ſi non ad illud ad ſecundum,& ſic dein-*
ceps,qualiter intelligatur.
32 *Præſentatio,& conſenſus ante uacationem nihil ualet.*
Declaratur qualiter procedat.
33 *Quæ nota ſpeciali digna ſunt exprimi debent,nec ueniunt &c.*

CONSILIVM CXII.

1 IN Hac materia, † Qñ prouidetur ſeu prouideri mã
datur de beneficio patronato intelligi ſane dẽt de
conſenſu patroni,nec alias videatur Papa eius iuri
voluiſſe præiudicare, iuxta vulgat.§. merito, & ꝙ
in c.cauſam, cum ſim.& in his proprijs terminis patronatus in
c.ſuper eo.de off.deleg prout etiam idem conſtat diſpoſitum p
regulam quę habet non debere expediri literas de eiuſmodi pa
tronato niſi cum eodem conſenſu ſeu alias eiuſdem iuris dero-
gatia. Quod quidem in caſu noſtro poteſt & debet,eo fortius,
& abſq; aliqua prorſus difficultate dici, ex quo in ea ↄceſsione
de qua agitur conſtat præciſe dictum de ↄſenſu.vt ſic nihil alias
veluti ex diſpoſitione ſub conditione cõcepta, niſi eã primitus
2 purificata inferri poſsit iuxta.l.cedere diem, † & quod in §.ex
cõditionali. iunctis his quæ etiam in ſimi.terminis mandati de
3 prouidendo.in c. ſi pro te.de reſcrip. lib.vj. † Ad quod ẽt qñ de
eo conſenſu dicitur,ꝙ intelligi debeat de legitimo tm̃. iuxta no
ta.in regula non præſtat.iunctis plurib.quæ in c.ex tenore col.
4 x.in antiq.de reſcrip.cum concord. † & quia ẽt ꝙ per modum
conditionis conceditur debet in forma ſpecifica impleri,vulga
ta.l.cui fundus,& ꝙ in l. Iulianus de condi. & demon.cum alijs
vulg.cum ergo in caſo noſtro ſolum conſtet de conſenſu ante
5 vacationẽ eiuſmodi monaſterij † & quidem in genere ad prim-
mum vacatur præſtito.ſitq; omnino nullo iuxta vulgatum.c.ſi.
6 de conceſſ.præb.† & alias in ſupplicatione de præſtito poſt va-
cationem ipſam ſicq; legitimo intelligi debeat fateri oporteat
literas in quib. de eo conſenſu ſic nulliter præſtito dr̃ tanquam
tunc per papam videatur approbari.iuxta vulgatam.l.idem vl-
7 pianus.ff.de excuſ.tuto. † & quod not.in l.quidam conſulebat.
ff.de re iudi.& Mod.in c.cum inter priorem de except.prout ẽt
quia ſuppleat ex eiuſmodi papæ approbatione declaratur,vt in
c.hoc quippe ſm glo.in ver.conceſsio.in c.conſtitutus eo.ti.de
8 conceſ.præb.† Ad qđ etiam vulgariter de protocollo inde ſum
pto qñ diſcordat ꝙ ad idem protocollum recurri debeat.§. pe.
ubi etiam gl.in auct.de tabellio.& qđ in l.Sempronius ꝓtocolo
& in l. ſi librarius. & in l.ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait.de
eden.& in l.Imperator.iunctis etiam quę in c.ſuper literis.cum
9 ſimi.† Nec his obſtat quod arguatur eiuſmodi expeditio facta
per cameram,quia eſto qđ abbreuiatores,qui eo nomine appel-
lantur tanquam breuiori compendio concipiant impetrata in
ſupplicationib.quas poſtmodum latius extẽdunt in literis, put
ẽt alias de abbreuiatura notarij p Bar.in l.cirographa.ff.de ad-
mini.tuto.& Bal.in rubr.C.de fide inſtr.in vij.col.non poſſunt
ab illarum tenore recedere, vt in d.l.ſi librarius, & quod alias
in l.argentarijs.& in §.idem credẽdum. iunctis etiam quę in c.
cum P.tabellio.& in c.ſi.de fide inſtru.camera uero habeat la-
tiorem facultatem, quia conſueuit ſupplere clauſulas dari aliaa
10 ſolitas.iuxta vulg.c.cum niſi.† Tamen nec eidem cameræ, nec
alicui profecto poteſt,ſeu debet intelligi quicquam eſſe conceſ
ſum qñ ius alteri quæſitum ex ea expeditione tolleretur, tanq̃
tunc quod eſt actum attribui debeat circumuentioni impetran
tis,ſeu etiam errori.vt proſequitur AEgid. Belleme.in deciſio.
dccxxiiij.& referunt etiam plura ad propoſitum Mod.in c.cum
11 olim.de re iudi.& alias in c.ſi qñ de reſcrip.¶† Ad quod ẽt,qa
in eiuſmodi facultatia expeditione in camera conceſſa gñaliter
idem nullatenus venire intelligatur.l.generaliter. cum concor.
& quod no.Bar.in l.ambitioſa.in ij. colum,dum allegat dictũ.
§.merito.ff.de admini.re.ad ciui.per.& conſert quod dicitur in
l.ſi procurator.ff.de condictione indebiti. Prout etiam practici
12 in his ſoliti ſunt dicere.¶† Et aduertendum quod non poteſt
iſto caſu argui ſtilus aliquis niſi diceretur in his terminis præci
ſe conſueuiſſe per cameram dari eiuſmodi expedition. arguen-
do quod idem prætenſus ſtilus ſuper quo inſtatur ſtrictiſsimus
ſit,prout

ſti, prout in l. de quibus. ff de legib. & in c. fi. de conſue. & qđ in
13 regula odis. & in c. auditis. de preſcri. † Et Aegid. Bellem. mo-
net ꝙ arguentes ſtilum ſeu conſuetudinem debeant deducere
caſus in quib. fuit ita actum, & vt poſsit dignoſci vtrum ex illis
poſsit argui ad eű de quo eſt ꝯtrouerſia in deciſ. lxv. & ecccla ꝑ.
& ſuper ſcrib. in d. c. fi. in xij. col. & quia non poteſt dici ea expe
14 ditio facta per cameram, † ex quo duo domi. Reuerendiſsimi ei
præſunt inter quos vti in commiſsione per dominum noſtrum
dicitur eſt diſcordantia, arguendo ex nota. in vlgato. §. ſi plures
& quod in l. ſi duo. & in c. fi. eodem tit. de re iudi. & ſtante eiuſ-
modi inter eoſdem diſcrepantia, & ambiguitate argui non po-
teſt ad nota. in vulgato. c. in præſentia, etiam no. in l. ambiguo.
ff. de reb. dub. iuncta nota. in c. de quarta, eo. tit. de præſcriptio
15 nibus. † Et quis etiam non inconuenit ꝙ ſtante eiuſmodi dubi-
tatione de prætenſo ſtilo cameræ debeat recurri ad cancellariã
veluti in his expertam, iuxta no. in §. præterea inſtituta de reű
16 diuiſione. ¶ † Et quod etiam alias in ſimi. in c. olim, de conſue-
tud. ad ꝙ etiam forte ſtare poſſet eiuſmodi expeditio quando
ſub eius data poſtquam ex ea expeditione inſiatur, iuxta vulga
tam. l. aſſe toto, & in l. ſi ita ſcripſero, de conditione & demon-
ſtratione, iunctis quæ in l. ꝫ. §. dies. ff. de edendo, & in l. j. C. de
plus petitio. iunctis quæ habentur in c. duobus, & in c. ſi a ſede
17 de reſcrip in ſexto † Et quia tunc perficeretur ex ea expeditio-
ne conceſsio, quãdo res eſſet integra, ꝙ ſic ceſſat, & etiam quia
eſto ꝙ expeditio ſic per cameram dari potuiſſet, tamen conſtat
ipſum dominum noſtrum mandare ꝙ ad eam ſupplicationem
reduci debeat ꝙ quidem poteſt intelligi ſaltem per modum re
ſtitu. iuxta vulgatum. c. ex literis, & ꝙ in auctenti. quæ ſupplica
tio, vt ſic reduci debeat iuxta. c. cum dilectus, & cum ex eadem
commiſsione conſtet fuiſſe bene intellectum id de quo agitur
18 d. l. idem vulpianus. † Et cum agatur de reſtitutione iuris ex ea
expeditione ablati a domino in dicto cap. cum olim, & in c. om
ne, & in cap. cum acceſsiſſet. de conſtitutio. Nec obſtat ꝙ Pa-
pa poſsit eam præſentationem ſine conſenſu validare, quia id
ſane eſt conſiderandum quando intelligit eam nulita. ꝙ tamen
nullo modo dici poteſt, hoc caſu in quo immo fuit præciſe actű
19 de conſenſu, ſicque alias legitimo vt ſupra. † Rurſus non ob. qđ
fuerat cőceſſum, poſſe obmitti variatis præſentation. quia ſub-
iunctum etiam fuit vlterius de conſenſu tamen ſicq; limitatum
iuxta vulgatam. l. in agris, cum ſimilib. & ꝙ in vulga. §. morte
in materia proteſtationis declaratorie per Bar. & alios etiam in
c. cű M. de conſtitutionib. Quod quidem intelligi debet de le-
20 gitimo. † Nec obſt. quod debeat narrari conſenſus qualiſcun-
que fuerit etiam ſi abbas ille ſit nullus, ideq; ſpectare debeat ad
iudicem vulg. c. ſuper literis, & quod in capitulo poſtulaſti de re-
ſcriptis. quia malus & nullus conſenſus iudicandus fuerit & ſic
attenta ea ſuppoſitione ex quo ante vacationem fuit præſtitus
iuxta dictum capitulum fina. per eam expeditionem ſic factam
fiat legitimus & canonicus præciſe ſumus in materia dictæ. l. ſi
21 librarius cum alijs ſupra adductis. ¶ † Nec pariter dicatur, ꝙ
in eo conſenſu aſſeritur ꝙ datum fuerit propter merita &c. ex
quo non continet aliquam illorum ſpecificat. prout conſiderat
Oldr. in conſi. viij. cum pluribus quæ alias Mod. in l. ſi donatio
ne. C. de col. & quia etiam id reſpicit merita cauſæ non autem
22 expeditionem de qua tantum in præſentiarum agitur. ¶ † Nec
inſuper obſt. ꝙ quando præſentatur minor vel alias inhabilis,
ſeu etiam pro eis conſentitur ex eadem præſentation. ſine con-
ſenſu, poteſt dari inſtitutio ſeu prouiſio per Papam ſine alio cő
ſenſu requiſito etiam ad effectum diſpen. per eum obtinendű.
Nam procedit quando ita continetur in ſuppoſitione ꝙ tamẽ
non eſt in caſu noſtro de quo tantum agitur & ſi bene conſide-
retur eſt magna ratio diuerſitatis inter caſum præſentationis
nullius dicto c. fina. de conceſsione præbendæ, cuius diſpoſitio
habet decretum iunctis no. in c. ij. eodem tit. & quando præſen
tatur alias inhabilis, iuxta no. in c. cum illos, de off. ordinarij.
23 ¶ † Nec vltimo quicq̃ præſtat ꝙ arguetur ex eo conſenſu, quã
uis inualido qui cőſenſus eſt. l. fi. ff. de rebus eorű, & per Philip.
Dec. conſi. clxxij. quia cum idem conſenſus fuerit nullus, iuxta
allegata. c. fi. & in ſuppoſitione fuerit aſſertum de virtualiter ca-
nonico, ſicq; obſtant no. in dicto c. poſtulaſti, cőſequenter ſtat
24 quod fuit dictum per dictã. l. ſi librarius. ¶ † Ad quod etiam ad
uertendum ſi arguetur ex nouo conſenſu, qui poſterus ſuppo-
nitur acceſsiſſe tanquam vicerex mandauerit dari poſſeſsionem
aduerſario, prout in ſimil ꝙ inductio in poſſeſsionem ſeu man-
datum de inducẽdo id debeat inferre, vt Aegidius Bellemc. in
deciſio. ccxxvj. & Rot. xiiij. de conceſsione præbendæ, in no. &
25 poſſet dici † ꝙ non ſolum verus conſenſus, ſed etiam ſola taci-
turnitas per tempus a iure ſtatuta de quo in c. j. de iure patrona
tus libro ſexto, ſufficere debeat vt prouiſio de patronato non
poſsit improbari iuxta auctorita. Cardi. in clem. j. col. xv. verſic.
ſed poſt longam diſputationem, de ſupplenda negligentia præ
26 latorum, iunctis not. in c. cum Bertoldus, de re iudi. ¶ † Iſta n.
concernunt merita cauſæ non autem expeditionem de qua tan
tum in præſentiarum agitur vt fuit dictum, & etiam tunc aduer
tendum eſt ꝙ cum datam prouiſionis, ſeu commende aduerſa-
rij, rex patronus conſenſit pro noſtro, ut ex literis eiuſdem re
gis conſtat, ſicq; iam conſtaret de voluntate regis in dicto mo-
naſterio pro noſtro, ideo fateri oportet euanuiſſe mandatum in
perſonam eiuſdem viceregis pro aduerſario, vt Moderni dicunt
in ſimil. terminis in c. ex parte decani de reſcrip. in ꝫ. limita. ad
clem. papam de renun. prout etiam quis ante expeditionem li-
terarum aduerſarij ex quarum executione arguitur iam fuerat
mandatum noſtro dari poſſeſsionem per eundem viceregem,
27 ſicq; effectum † idem conſenſus iam ſortitus fuit, & in ipſo vi-
ceregе, & principali, & non erat amplius variabilis iuxta no. in
28 c. cum autem, & c. ꝙ autem de iure patronatus, † prout etiam
poteſt dici totum id quod per aduerſarium prætenditur in re-
uolutione regni ſiciliæ, tanquã metu facto, nihil præſtitiſſe iux-
29 ta vulgatum. c. ij. & toto titulo quod metus cauſa. † Nec his ob-
ſtat quod obijcitur de nő intimat. reuocat. conſenſus iuxta vul
gatam. l. ſi mandatű, tum quia in d. l. ſi mandaſſem & alijs con-
cordantijs ſupponitur conſenſus validus, quod non poteſt ar-
30 gui in propoſito, & in regula non præſtat. ¶ † Tum ſecundo,
quoniam quando mandatum conſumitur per factum principa
lis prout in caſu noſtro, quia rex conſenſit pro noſtro non eſt
alia intimatio eiuſdem facti ſeu conſenſus per principalem pr̃
ſtit. neceſſaria, vt dicunt Mod. in eodem. c. ex parte decani, in ſe
cunda limitatio. Tum tertio, quia dici debet eiuſmodi intima-
tio facta Papæ ex quo fuit ei tradita præſentatio de noſtro ad
idem monaſterio de alio facta ſatis reuocat. ad not. in d. c. cum
autem, & d. c. ꝙ autem, & in §. ſic itaq;, inſtitu. de actio. iunctis
no. in c. inter dilectos. §. cęterum de fide inſtru. & confert ꝙ di
citur in §. ſi duobus vehiculum. ff. commodati, iűctis etiam no
ta. in c. poſt electionem, prout etiam fateri oportet eam intima-
tionem reuocatam ex mãdato generali facto per Regem etiam
viceregi, ꝙ nulla præſentatio ſeu conſenſus præſtanſus, qui uel
quæ ab eo emanaſſet valeat ſeu vigore illius aliquid fieri, niſi
primitus eodem Rege admonito, pro quo fuiſſet idem conſen-
ſus præſtitus, ſeu de quo facta fuit præſentatio vt deliberare poſ
31 ſit, & non dubitan. † Quia idem cőſenſus Regis, pro noſtro in
dicto monaſtrio præſtitus, eo facilius iuuari debeat, ex quo in
eo qui prætenditur per aduerſarium, fuit pręciſe dictum, ꝙ ſi
non poſſet habere primum haberet ſecundum, & ſi impediret
in ſecundo haberet tertium, arguendo ex no. in c. dilectus. & in
c. cum ſuper, de conceſsione præben. iunctis nota, in c. ſi cleri-
cus, de præbendis lib. vj. & quia etiam remanet ei ſaluus idem
conſenſus in eiſdem alijs duobus monaſterijs, prout conſiderat
Rot. eod. titu. de præbend. in vj. in not. & per ſcribentes in d. ca.
32 cauſam, & quod in vulga. c. ex parte, de officio deleg. ¶ † Et vlte
rius aduertendum, nam ſuppoſito ꝙ præſentatio, & ꝯſenſus ſit
ante vacationem factus ſeu pręſtitus, nullius ſuit momẽti, ſicq;
dato ꝙ laicus poſsit ſecűdo p̄ſentare accumulatiuè, ſicq; tñ nő
priuatiuè ꝙ recedat a pręſenta. iuxta notata in d. ca. cű aűt, & in
d. cap. quod autem quando fuit ante vacationem, liberum de-
beat eſſe Regi poſt vacationem præſentare, ſeu conſentire vali-
dè arguendo ex dicta regula non præſtat cum ſimili. & quod
alias in c. ſuggeſtum, & in c. illud eodem titu. de iure patron. fa-
teri oportet vltra iam dicta adhuc non poſſe ſtare eam expedi-
tio. tanquam conſenſus eiuſdem Regis nullius ſuppletiuam,
ſicque virtualiter eiuſdem conſenſus ſublatiuam contra vulga
tum. c. dilectus, & quod alias in c. cum dilectus, nec intelligi de
bet Papam velle alterius iuri præiudicare in quauis etiam ma-
teria, iuxta dictum. c. cauſam. Præſertim Regi de quo conſtat ex
dicta regula in his terminis diſpoſitiuis, ꝙ etiam ſpecialis dero-
33 gatio contra eum requiratur, † ad quod etiam vulgariter dici-
mus, quod nota. ſpeciali ſit dignius, iuxta notata in capitu. fina.
de officio delegati. libro ſexto, & in cap. nec aliqui. de priuileg.
libro ſexto, & confert etiam quòd in clem. prima, de baptiſ. & in
conſtitutione execrabilis.

Pariſius.

SVMMA.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium reſoluitur in uim ſimplicis citationis, comparente monito.*
2 *Libellus articulatus in curia poteſt dari, licet ab initio debeat offerri, & nu. 3.*
4 *Item & tempore quo fertur ſententia.*
Stilus attendi debet.
5 *Petitio bona eſt, in qua, quis petit, rem ſibi reſtitui, ſi extat, alias eius ualorem.*
6 *Libellus attendi debet, & non monitorium reſolutum in uim citationis.*
7 *Proſequuta debent attendi, & ſatis eſt ſententiam illis eſſe conformem.*
8 *Vno deducto, uidetur etiam deductum antecedens neceſſarium ad illud.*
9 *Libellus ſaluandus eſt, & ut procedat multa impropriantur.*
10 *Declaratio & additio ad monitorium, fieri poteſt cum aduerſarius non læditur.*
11 *Societas, & inſtitoria, morte finitur.*
12 *Emens res alienas, excuſatur a furto.*
Dominus tamen uerus, poteſt rem ſuam conſequi.

CONSILIVM CXIII.

1 MONITORIVM emanatum. † Ab auditore came
ræ ad inſtantiam Michaelis reſolutum fuit in uim
ſimplicis citationis per comparationem factam a
procuratore Ioannis Franciſci, ut plenè per Are. &
2 alios citantes iura & deciſi. in §. curare. inſt. de actio. † & per ſcri
ben. in l. filiusfa. §. diui de leg. j. cum ſi. ſuper quo monitorio, cū
lis minimè conteſtata fuerit, & cum reſolutum remanſerit loco
citationis merito ipſe Michael dedit libellum articulatum, qui
in curia bene dari poteſt, cum in dictis articulis poſita appareat
generalis concluſio, quæ ſufficit ſm no. per do. Ant. in c. cum di
3 lectus de ordi. cogn. † Licet enim libellus a principio offerri de
beat, auth. offeratur. C. de lit. conteſt. cum uulga. tamen de ſti
lo curiæ, admiſſum eſt, ꝙ poſsit dari in articulis, in quib. poſsit
4 fieri concluſio ut ſ. † Quinimmo dari poteſt, & tempore quo fer
tur ſententia qui ſtilus excuſat, & omnia reddit ualida. l. an in to
tum. ff. de ædili. priua. c. deniq; iiij. di. & c. ij. de temporibus or
5 dinatio, & q̄ plenè in l. de quib. ff. de legi. † Potuit itaque in arti
culis petere res ſibi dari & reſtitui ſi extarent, alias ipſarum ualo
rem, quæ petitio ualida eſt & de iure procedit. l. ꝙ indebitum.
ff. de condi. inde. Bar. in l. qui autem. ff. quorum legatorum. & in
6 l. ſi ſeruum. §. ſi. ff. de uer. & plenè in l. uim. ff. ſi cer. pet. † Non ob
ſtat ꝙ in monitorium ſit petitum precium, ex quo ſuper eo non
fuit lis conteſtata, & quia per comparationem reſolutum fuit
in uim citationis, quibus ſtantibus attendi debet libellus articu
latus & petitio facta ante ſententiam, quibus etiam correſpon
det ipſa ſententia conſequenter ualida per no. in d. l. uinum, & in
7 c. licet heli. de ſimo. † ad quod etiam quia attentis proſecutis ſen
tentia eſt conformis, & ſatis eſt ꝙ reſpectu proſecutorū ſit ꝓla
ta. l. de reb. C. de arb. & per Bar. & alios in l. ſub prex. la. ij. & in
8 l. ſi decreta. C. de tranſ. Fely. in d. c. licet hely. de ſimo. † & quia
ad precium non competebat actio niſi rebus non exiſten. quo
caſu tanquā neceſſarium antecedens uī deductum ut in ſimilib.
per Imo. & Alex. in l. ſi cum nulla. ff. de re iud. & quæ in ſi. in l. ij.
9 ff. de iuriſ. om. iud. & in c. præterea de off. deleg. † Prout ēt idem
dicendum. Nam ut libellus procedat & ſaluetur multa ſolēt im
propriari, & diuerſimode interpretari. l. ſi uno. ff. lo. & quæ ple
niſsimè per Mod. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſi de ꝓprietate. l. de iu
10 re iu. † Ad quod ēt quia dicta declaratio ſeu additio ad dictū
monitorium potuit ſemper fieri cum per eā aduerſarius in ali
quo non fuerit læſus, ad plenè no. per oēs in l. edita. C. de eden.
11 cum ſi. Non obſtat aſſerta comparatio illorū. † Nā aduertendū
eſt ipſum. Io. Frā. emiſſe ab hæredibus. d. Ant. quo caſu, aut An
tonius erat tanꝗ inſtitor aut tanꝗ ſocius ipſius Michaelis, & u
troq; caſu morte finita fuit inſtitoria & ſocietas. l. ſi quis alicui.
§. morte. ff. mād. l. actione. §. morte. ff. ꝓ ſocio cū ſi. Nō potuerūt
ergo hēdes. d. Ant. in quos nec ſocietas nec inſtitoria tranſit uen
dere & alienare in ipſum. Io. Frā. in præiudiciū ipſius Michaelis
merces & res ipſius. Qui nō. obſtante alienatione & uenditione
poteſt illas repetere ab ipſo. emptore. l. rem alienam. ff. de con-
12 tra. empt. cum uulg. † Licet. n. propter illam comparationem ex
cuſetur a furto emendo res alienas. l. inciuile. C. de furtis, tamē
uero domino non præiudicatur, quin ab emptore & poſſidente
poſsit illam repetere. d. l. rem alienam, & alienum. C. de furt.
Quando enim dictus Io. Fran. emiſſet & ſoluiſſet dicto quondā
Ant. poſſet reſultare aliqua difficultas, ſed cum emerit ab hære
dibus qui de dictis bonis non poterant diſponere & eis preciū
ſolutum minimè appareat, neceſſario concludendum, ipſum Io.
Franciſcum teneri ad reſtitutionem dictarum rerum ſi extāt, ſeu
ad ipſarum precium ut iam extitit condemnatus. Non obſt. aſſer
ta communi opinione, quæ ipſi Michaeli, in aliquo non habet
præiudicare.

Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Vnio in qua non ſit mentio de præcedenti reſeruatione ſurreptitia eſt & præualet reſeruatio.*
2 *Si enim fuiſſet expreſſum de illa papa conceſſiſſet unionem.*
3 *Clauſula illa, præterquam &c. non debet referri ad reſeruata.*
4 *Beneficia iuris patrona. regis, non comprehenduntur ſub reſeruatione etiam, in corpore iuris clauſa, & nu. 18. & 19.*
5 *Exceptio debet eſſe de regula.*
6 *Exceptio non ampliat regulam, ut in illa comprehendātur quæ alias non comprehenderentur.*
7 *Reſignatio limitate facta, obſeruari debet, alias prouiſio illius cauſa facta nulliter proceſſit.*
8 *Per regreſſum continuatur primus titulus, nec impeditur per unionem.*
9 *Conceſſio generaliter loquens generaliter eſt intelligenda.*
10 *Beneficium, & gratia conceſſa regi, eſt latè interpretanda.*
11 *Reſeruatio facta motu proprio, & mentali, fauorabilis eſt.*
12 *Dictio ex, cauſam immediatam deſignat.*
13 *In odioſis, caſus mixtus, non comprehenditur ſub ſimplicibus.*
14 *Ius patr. mixtus, qualiter conſideretur.*
15 *Ius patr. poteſt concedi priuilegio propter augmentum dotis.*
16 *Mens, & intentio conſideratur, in qualibet diſpoſitione.*
17 *Expreſſi uim habet illud, quod fuiſſet diſpoſitum per concedentem ſi de eo fuiſſet interrogatus.*
18 *Beneficia ſpectantia ad collationem, ſeu præſentationem regis ex priuilegio non cadunt ſub reſeruatione, & nu. 19. 20. 21. & 4.*
19 *Idem ſi papa reſeruet.*
20 *Nec iſta poſſunt acceptari per expectantes.*
21 *Derogatio iuris patro. non includit regium.*
22 *Verba narratiua papæ, an & quando probent.*
23 *Fundans ſe ſuper iure patro. debet illud probare.*

CONSILIVM CXIIII.

1 CVM Reſeruatio ꝙ præcedat unionem in qua ſe fun
dat aduerſarius, & in qua non eſt facta mentio re
ſeruationis, præualebit reſeruatio, per ea quæ not.
Rot. in deciſio. iiij. in tit. de reb. ecc. non alienand.
in antiq. not. quod reſeruatio, & deciſio. vj eod. tit. in antiq. dic
ꝙ unio, & Lap. allegatio. xxvij. & Calde. conſi. xiij in tit. de reb.
eccle. non alien. ubi loquitur de unione facta per Papam de be
2 neficio prius reſeruato, † ſi enim fuiſſet expreſſum Papæ de reſer
uatione præcedenti non ita conceſsiſſet de facili unionem faeit
expit. poſtulaſti de reſcript ubi de leui. conſenſus regis non eſt
attendendus in unione quia non fuit memor prioris conſenſus.
Nec quòd iſtud monaſterium eſſet in iure patronatus, nec po
tuit uariate ex quo Papa contulerat ex nunc prout ex tunc, ꝙ
illa exceptio præterquam ratione uacationis illorum apud ſe
dem prædictam, uel ex eo ꝙ illa obtinentes noſtri & prædeceſſo
rum noſtrorum R. Pontificum ac uenerabilium fratrum noſtro
rum ſanctæ Rom. eccleſiæ Cardinalium uiuentium tunc fami
liares continuit commenſales fuerint generaliter reſeruat, non
comprehendat monaſteria de iure patronatus regis, ex priuile
gio apparet quia cum Papa reſeruauerit nedum quatuor mona
ſteria Siciliæ de iure patro. ſed alia quatuor in regnis Maiorica
3 rum, & Aragonum, & principatu Cathaloniæ † clauſulæ illius
exceptionis non debet referri ad illa quatuor monaſteria de iu
re patrona. quia poteſt referri ad alia quę non ſint de iure pa
tro. in quibus eſt diuerſa ratio ut in l. ſi idem cum eodem. §. ſi. ff.
de iuriſd. omn. iudic. poſtquam enim reſeruauerat quatuor mo
naſteria de iure patro. regis in regno Siciliæ, & quatuor alia in

Hiſpania quæ noo ſunt de Iure patro.ſubiunxitilla oerba,etiam
ſi eſſet ſpecialiter,uel generaliter reſeruata, & quia nimis largè
locutus eſt quoad monaſteria quæ non ſuut de iure patt.quæ ca
duut ſub reſeruatione,ideo poſsint illam exceptionem præter-
quam rõne uacationis apud ſedem uel rõne familiaritatis gene
raliter reſeruata,ex quo beneficia iure patro.regis ex priuilegio
4 non compreheudũtur † ſub reſeruatione ẽt in corpore iurũ clau
ſa,ut tenet Io.Mona.& Io.An.& ibi Dom.in c.ij. de præbendis
in ſexto,Attento ſtillo Papæ,& regola cancellariæ regis patro-
natui non deroganti,maximè quia aduerſarios ꝯfiteť in ſua unin
ne quod eſt ẽt ex fundatiõe,& iõ Papa dicit lu reſeruatione de
iure patr.regis ex priuilegio cui nõ hactenus in aliquo deroga-
tum, quaſi ex hoc innuat per reſeruationes ei nõ eſſe derogatũ,
5 † cum exceptio debeat eſſe de ꝑdicta.regu.ut per Bal.in l.his.ff.
6 de leg.& Bat.in l.maritum §.fi.ff.de adul.†& cum exceptio non
faciat ꝯprebeodi ſub regula q̃ alias non comprehẽduoť.l.gene-
rali.§.uxori.ff.de auro & arg.lega.maximè quia pariter dicere-
mus quã ſi oacarẽt ex perſona familiarum Cardinaliũ dicta mo
naſteria iur.pat.regis extra curiam,ꝙ non includerẽtur ſub bul
la reſeruationis com ſub eadẽ exceptione ponantur ꝙ eſt abſur
7 dum.†Item ex quo Leontius Archimaudrita reſignauit in fauo
rem archiepĩ,& dedit mandatum ad reſignandum in fauorẽ ar-
chiepĩ;& non uolebat aliter nec alio mõ ualere reſignationem&
reſeruauit ſibi regreſſum,certe ſi ſtante unione nõ ualuit proui-
ſio archiepiſcopi facta per Papã de monaſterio uacante,ex cau-
ſa reſignationis in manib.Papæ,uel oon ualuit reſignatio iuxta
deciſi.Rotæ.quartam titulo de retũ permu.in antiquis uel ſi ua
8 luit reſignatio & non prouiſio locus fuit regreſſui.† Qui regreſ-
ſus non impedit per unionem ex quo fingitur continuare primũ
titulum,& non fuiſſet alias reſignatum iux.conſi.Oldr. cclxxv.
Et tune quia redijt ad Leontium inducta eſt uacatio per eius
mortem extra curiam,& comprehenditur in reſeruatione,cupiẽ
tes,de quatuor quæ de Iure patr.regia Siciliæ ultra fatum pro
tẽpore exiſten.ex priuilegio apoſtulico cui hactenus in aliquo
derogatum non ſit exiſtunt ſeu quæ ad eius nominationem per
tineant in prædictis ac quatuur alijs monſterijs necnon duob.
prioralibus conuentualibus in Aragonum,& Maioricarum re-
gnis &c.ſi.u.Papa uolebat reſeruare ea in quib.rex oon haberet
ita iuridicam diſpoſitionem,ſicut eſt qñ concurrit priuilegium
cum fundatione utique quatuor monaſteria cuiuſcouque ordi-
nis primo uacatura fortius reſeruaſſet, quæ noo pertinerent ad
regis pñtationem & in quibus rex nullo mõ haberet diſponere
ſi intendebat euitare pręiudicium regis,ſed quia intendebat Pa
pa reſeruare monaſteria de quibus rex in regno Siciliæ põt di-
ſponere & intẽdebat prouidere illi non curat Papa diſtinguere
merum priuilegium.Non habens iuſtificatam cauſam fundatio
nis a priuilegio habeore cauſam iuſtificatiuam fundationis, tũ
quia generaliter loquitur de iure patr.gñaliter,ideo generaliter
intelligendum eſt.l.j.§.generaliter de leg.præſtan.& c.ſolitæ de
9 maio.†Tum quia ex quo intendit complacere regi† & non præ-
10 iudicare, & rex etiam conſenſit cenſetur gratia non ambitioſa
ſed beneficium etiam in præiudicium regis cõſentientis latę iu-
re præſentandi.c.cum dilecta de do.& in c.olim de uer.ſig. Attẽ
ta perſona regis,ꝯſentientis gñaliter & in perſonam filij ſui Re
uerendiſsimi archiepiſcopi Cæſaraugustañ.iuxta.l.pe.C.de do.
int.uir.& uxo.& l.ſancimus.C.de dou.& l.ſed & ſi ſuſceperit.ff.
de iudic.& quod tradit Oldr. de rege donante uel conſentiente
11 in conſi.clix.Ex præſenti themate,†conſiderata etiam reſerua-
tione fauorabili quia facta motu proprio,& mentali iuxta nota
ta per Lapum,& Dominicum in c.j.de conſti.lib.vj.& quod no.
idem Dominicus in c.ſi eo tempore de elec.li.vj.& Fed. in trac.
permu.in j.q.& quod hr̃ in c.ſi pluribus de præb.eo.lib. attento
ꝙ ex priuilegio utroq; caſu dicuuť eſſe iuria patr.regia dicta mo
naſteria ſiue concurrat fundatio ſiue non ex quo ſuut monaſte-
ria quæ habent conuentum iuxt.c.oobis de iure patr.& c. meſſa
ria.& c.ſacroſancta de elec.Præterea Papa non potuit diuinare
quis rex fundauerit,nec potuit ponere illa uerba,etiam ſi eſſent
12 iure patro.ex fundatione,†quia dictio,ex, deſignat cauſam im-
mediatam.l.j §.ex incendio.ff.de incendio ruina naufragio, cũ
nec de iure, nec de ſtillo cancellariæ monaſteria dicantur eſſe
de iure patro.regis ex priuilegio cui hactenus.in aliquo non ſit
derogatum ex qoo deprehenditur Intentio Papæ uolentis diſpo
nere de illis monaſterijs in quibus regi remanet Integra & non
13 uiolata diſpõ.†ad id quod dicitur ꝙ in odioſis caſus mixtus ſub
diſpõne ſimplicium uoo comprehenditur, dico ꝙ hic nõ ſumus
in odioſis ſed in fauorabilibus per ea quæ dixi dum allegaui no.
per Lapum,& Dominicum in c.j.de conſti.lib. vj.&in c.ſi eo tẽ
pore de elec.lib.vj.& quæ no.Fed.in trac.permu.in j.q.quo caſu
in fauorabilibus caſus mixtus ſub ſimplici comprehenditur. ut
in l.ſi ita ſcriptum.ff.de libe.& poſthu.& in l.ſeruis urbanis.§.ſi.
14 ff.de lega.iij.& Modern.in l.ij.in prin.de uerb.ob.†Immo ſi ce-
ctè conſideremus non poteſt dici caſus mixtus quia nõ ſunt mo
naſteria de iure patronatus ex fundatione & ex priuilegio, ſed
tantum ex priuilegio per.c.nobis de iure patronatus,uerum eſt
15 ꝙ cauſa iuſtificatiua eſt fundatio,†ſicut quandoque augmentũ
dotis inducit Papam ad concedendum ex priuilegio ius patro.
& ideo illa uerba ex priuilegio comprehendunt priuilegium ex
quacunque cauſa ex quo non exprimitur magis una quàm alia
16 arg.l.ſi mater cum ibi no.ff.de excep.re.iudi. † Item in unione
aduerſarij,ponuntur illa uerba quæ de iure patronatus regis Sci
ciliæ pro tempore exiſtentis,ex priuilegio apoſtolico exiſtunt.
17 † Item eſt conſideranda intentio ſemper Papæ in ſuis diſpoſi-
tionibus ut in c.mandatum in glo.fi.de reſcriptis & ſi fuiſſet in-
terrogatus ſi uolebat reſeruare monaſteria iuris patro.ex priui-
legio concurrente fundatione,certe dixiſſet,ꝙ ſic,igitur perin-
de ac ſi eſſet expreſſum facit.l.tale pactum.§.fi.cum gl.ff.de pac.
& quod no.gl.in uer.præſidentes in cle.j.de electin.cum ſimili.
18 † Quod beneficia ſpectantia ad collationem uel præſentationẽ
regis ex priuilegio apoſtolico non cadant ſub reſeruatione. ca.
ij.de præben.in ſexto dico ꝙ licet Archi.teneat,ꝙ cadant qñ ex
priuilegio apoſtolico pertinet collatio ad laicum,tamen Io. mo
na.& Io.And.& Domi.tenens quod non cadunt ſub reſeruatio
ne,& quod hoc tenet Io.And.& Lapus,in alleg. xcvj. Beneficia
uacantia in curia,poſt medium,dum dicit ꝙ Ioann.And. in c.
19 ij.de præb lib.vj.ſuper glo.nil tractat†an reſeruatio beneficio-
rum oacantium in curia includat beneficia quæ laici habent cõ
ferre ex priuilegio apoſtolico in quo artic.Arch.& Io. An. ſunt
contrarij,& Io.An.ſequitur Io.Mona.& cum eo etiã tranſit Do
idem tenet Io.de Imo.in c.dilectis,de off.deleg.dicens ſuper gl.
fi.ꝙ ſi Papa reſeruat beneficia uacantia non extendetur hæc re-
ſeruatio ad beneficia ſpectantia ad pręſentationem patroni lai-
ci uel ad collationem laici ex priuilegio apoſtolico & dicit hoc
20 tenere Io.An.in c.ij.de præb.in vj. † Accedat quod tradit Ab-
bas in conſi.xxix.In cauſa communis caſtri,ꝙ expectans nõ po
teſt acceptare beneficia pertinentia ad pręſentationem patrono
rum ex priuilegio & hoc maximè in rege cui non intendit Papa
21 derogare ut eſt etiam regula cancellariæ †ꝙ etiam ſi derogat iu
ri patronatus non includitur regium.Facit.ca.uel aliqua.de pri-
22 uile.li.vj.& c.fi.de off.deleg.†Inſuper attendatur,ꝙ non proba-
tur ꝙ Archimandritus fuerit fundatus per regem rogerium,qa
licet uerba narratiua Papæ ſufficiant quo ad Intentum Papæ nõ
tñ ſi principaliter reuocaret in dubiũ,an fundator fuiſſet Rex,ut
tradit Lapus alleg.vij.poſt medium allegat no.in c.illud de pręj
ſumpt.& in l.optimam.C.de contrah.& commit.ſtipul.ad idem
23 AEgid.deciſ.dcxxx.licet dominus uicecancellarius. † Præterea
bulla aduerſarij onionis,eſt ſurreptitia.quia non conſtat ꝙ mo
naſterium.S.Panthaleonis ſit iuris patro.regis Siciliæ. Immo ꝯ
ſtat ꝙ non ſit Iuris patro. quia in alio regiſtro cauſæ & litis ſu-
per.d.monaſterio.S. Panthaleonis, quam litem proſequebatur
Macharius,& producta prouiſio dicti monaſterij, quam fecit
Archimandrita tanquam prouiſor,& eſt data poteſtas conferen
di& nullum uerbum de præſentatione ſeu inſtitu.

P. Paulus.

SVMMARIVM.

1 *Petens aliquid ut conſanguineus,ſeu proximus defuncto id probare habet alias excluditur.*
2 *Dicens ſe talem,id probare debet.*
3 *Fama ut probet,qualiter ſit deducenda & probanda.*
5 *Scriptura priuata debet recognoſci,& parte citata præſentari, & numero.4.*
6 *Conſanguinitas,qualiter probetur.*
7 *Dictio uti, & tanquam,improprietatem denotant.*
8 *Verba ſequentia literarum declarantur ex præcedentibus.*
9 *Neceſſario probandum eſt rem iſtam fuiſſe in bonis defuncti.*
10 *Donatio cauſa mortis,morte ſecuta ualidatur.*
11 *Scriptura facta per actuarium probat plenè.*
12 *Pia cauſa multis gaudet priuilegijs.*
13 *Donatio cauſa mortis.an per ſolam reconualeſcentiam cenſeatur re uocata*

uocata,& nume:o.14.
14 *Onus probandi reconualeſcentiam,cui incumbit.*
15 *Onus probandi pupillum mortuum intra pupillarem ætatem,cui incumbat ſubſtituto uel alijs.*

CONSILIVM CXV.

1 IOANNES aduerſarius†Caſale prædictum pete-
re uidetur tanquam hæres præsbyteri Ioannis, &
tanquam proximior conſanguineus ſeu cognatus,
qui audiri non debet quoniam ſe conſanguineum
2 dicti Ioannis minimè probat.†Quod potiſsimum erat. l.j.& ij.
ff.de probationibus.l.nō epiſtolis.l.nonnullis.C eodem, & per
ſcriptores in l.is poteſt.ff.de acquir.hæred. cum ſimilib. ad quæ
not.in c.in præſentia de probationibus.Nam dicens ſe talem il-
lud probare habet.l.ſi uero.§. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſ-
da.cogan.& per Moder.in c.examinata de iudicijs colum.iij. &
3 iiij. † Non obſtant aſſertæ probationes ſuper hoc ex aduerſo fa-
ctæ, ut illa de fama publica &cæt.Nam formiter probata &de
ducta non apparet,ut plenè per Bar.in l.de minore.§. tormen-
ta.ff.de quæſtion.& pleniſsimè per ſcriben.in l.admonendi. ff.de
iure iur.& Moder.in c.cum oporte: de accuſa.cum concordan.
4 ¶†Aſſertæ literæ ad idem ex aduerſo productæ,minus faciunt,
tum quia parte non citata uulgata.l.de unoquoque.c.in nomi-
5 ne.de teſtibus † tum quia non formiter recognitę, ut per Inno-
6 centium,& ſcribentes in c.j.de fide inſtrum.† prout etiam quia
ipſis in hoc non datur fides, nec per aſſertionem talem in illis
contentam probatur conſanguinitas ut eſt tex.in d.l.non epiſto
lis,& in d.l.nonnullis,& eo maximè quia in aſſertis literis poſi-
7 tæ ſunt dictiones † importantes improprietatem ut eſt dictio,
uti,& dictio,tanquam.l.pecuniam quam.ff. ſi certum peta.cum
8 ſimi.†& uerba aſſertarum literarum ibi totus uidetur &c. decla
rationem capiunt ex præcedentibus uulgata.l.ſi ſeruus plurium
9 ff.de lega.j.cum concor.†ſecundo principaliter aduerſarius ex-
cludendus,ex quo non probat dictū caſale fuiſſe in bonis & hæ
reditate dicti Ioannis,ꝙ de ſubſtātia probandum erat.l.iiij.l.ne
ratius,& l.ſeq.l.item uidendum,& l.ſeq.& fere per totum.ff. de
petitione hæreditatis,& in l.hæreditas.ff.de uerb.ſignifi.& l.hæ
reditas.ff.de reg.iur.& quæ no.Bal.in auth.ex teſta.C.de colla.
colu.vij.uerſi.x.capitulum,& Alex.conſi.mihi.xcvj. uolum. iiij.
10 † prout & fortius excludendus eſt quoniam Ioannes Caſale de
quo agitur,donauit eccleſiæ,a qua noſter Pātaleon cauſam hēt,
quæ donatio licet fuerit cauſa mortis tñ remanſit ualida & fir-
ma,& ſecuta morte dicti Ioannis habuit effectum toto ferè titu
11 lo de dona.cauſa mortis.ff.C.& inſtituta eodem in prin.† de do
natione iſta ſatis aperte conſtat per articulos ex parte noſtra da
tos,& confeſſatos ex aduerſo, ac per ſcripturam ſeu inſtrumen-
tū pĩtatum,ꝙ plenam facit fidem,cum in actis & officio deputa
to appareat facta,ꝙ ſufficit etiam ſine teſtib.& in l.hac ſacratiſ-
12 ſima,& melius in l.in dona.ubi Bar.& alij.C.de do.¶†Ad quæ
no.in l.illud.C.de ſac.ſanc.eccl.& in l.ſi quis pro redemptione.
C.de dona.& in l.ſunt & perſonę.ff.de religioſis & ſumpti.fune
rum,& per Ludouicum in authentica ſimiliter.C.ad legem Fal.
13 ¶†Nec donatio ipſa impugnari poteſt,ſi diceretur fuiſſe reuo
catam,eo quoniam Ioannes reconualuit.ut habetur in iuribus
communi.& uulg.Nam quod poſt donationem factam. recon-
ualuerit minimè apparet,vnde ſatis eſt dicere uti docuimus de
donatione facta,&morte poſtmodū ſecuta,per quæ fundata eſt
intentio iur.ſuperius allega. & aduerſario uolenti repetere rem
donatam ex capite reconualeſcentiæ incumbit onus probandi,
ut actio ſeu condictio poſsit ſibi competere,ut habetur in l.ſena
tus.§.ſed mortis cā,& ibi Imo ff.de do.cā mor.&per glo.in l.iij.
eo.ti.& faciunt no.in l.ſi aliena.§.Marcellus,eo.ti.& quæ haben
14 tur in l.non omnis.ff.ſi cert peta.†Qui enim donat cauſa mortis
donare uidetur ſub conditione negatiua concepta ſi non recon
ualuerit &c.l.j.uerſi.item eum ipſe.ff.de dona.ti.generali & do-
natario ſatis eſt probare mortem ſecutam,& negatiua ſi non re
conualuerit probata eſt ſi ex aduerſo contrarium non probatur
uulgata.l.actor cum ſimi.C.de proba.petenti ergo reuocationē
donationis eo quia non ualuit cum ſit fundamentum intentio-
nis ſuæ incumbit onus probandi uulgata.l.ei qui cum ſimili. ff.
de proba ad quod etiam no.in §.commodum inſtit. de interdi.
15 & quæ ponunt doct.in d.c.in præſentia.†Prout optimum ſimi-
le adductum per Mode.Papienſes,poſt alios doct.in d.c. in præ
ſentia.col.xxvj.circa ſi.uolētes ſatis eſſe ſubſtituto,probare gra
uatum pupillariter mortuum,licet non probetur quod infra pu
pillarem ætatem,& etiam ſatis eſt probare grauatum fuiſſe mor
tuum nam præſumitur ſine filijs mortuum, niſi ex aduerſo pro-
betur contrarium. Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia a qua non fuit appellatum,tranſit in rem iudicatam.*
2 *Et pro ueritate habetur.*
3 *Et ius facit inter ipſas partes.*
4 *Et exequi debet.*
5 *Executioni rei iudi.quanto tempore præſcribitur.*
6 *Sententia lata contra aliam quæ tranſiuit in rem iudi nulla eſt, & nu.7.& 13.*
8 *Sententia reuocans aliam,in uno capite,in reliquis eam confirmat.*
9 *Murus quod ſit communis,ex quibus probetur.*
10 *Muri proprietas,per quæ ſigna probetur.*
11 *Teſtis deponens per iudicium ſuum,nihil probat.*
12 *Quibus teſtibus ſit ſtandum.*
13 *In muro alterius quis non poteſt aliquid facere.*
14 *In muro communi non licet facere ſcalam.*

CONSILIVM CXVI.

CERTVM eſt ꝙ Antonius principaliter intende
bat in loco uacuo, de quo præſens uertitur quæ-
ſtio facere & conſtituere ſcalam, per quam ad eius
cantinam ſibi daretur aditus, cumque dictum lo-
cum uacuum effudiſſet & demum inſtantiæ. d. Franciſco fuiſſet
prohibitus.pœna appoſita,tandem ſeruatis ſeruandis per Metro
politanum ordinarium diffinitiuè condemnatus extitit ad re-
plendum locum & reducendum ad priſtinam formam, conſe-
quenter & neceſſario condemnatus ne dictam ſcalam ibi face-
ret & licet aduerſus dictam ſententiam fuerit dictum de nullita
1 te † tamen nihil urgens fuit deductum, conſequenter remanſit
firma & ualida & cum ab ea non fuerit ex aduerſo appellatum
merito in rem tranſiuit iudicatam l. j. cum uulga.C.de appella-
2 tion.¶†Si tranſiuit in rem iudicatā pro ueritate habetur.l. inge
nuum. ff. de ſtatu hominum. l. res iudicata. ff. de regulis iuris.
3 † Et inter ipſas partes ius facit & conſtituit.c.cum inter de re iu
dicat.& quæ plene habentur in cap. quoniam contra de proba.
4 †Si pro ueritate habenda eſt ius inter litigantes in rem tranſiuit
iudicatam merito exequenda eſt.ut ff.& C.& extra.de re iudic.
5 & de executione rei iudicatæ per totum. † Cui executioni mini
me apparet præſcriptum, cum non ſint decurſi anni.xxx.ut ha-
betur per Bal.in rub.de præſcr.col.ul.& in l.creditor. C.de pac.
6 cum concor.† Dictæ rei iudicatæ non habet obſtare ſententia
lata per Reuerend. domin. Camillum ex quo aſſerta ſententia
nulla eſt lata enim apparet contra rem iudic. conſequenter nul
la.l.j.C.quando prouocare non eſt neceſſe.plene in d.c. cum in
ter.& habetur in c.ci qui uerſ.item ſi ſententia.ij.q. vj.& in cle.
ſi appellationem de app. Ad quæ no. & in fortioribus terminis
7 in l.ꝙ iuſsit.ff.de re iud.& in c.cum olim extra eo.ti.¶† Inquan
tum igitur ſententia.d.Camilli concedit aduerſario facultatem
in d.loco uacuo faciendi ſcalam expreſſe eſt ꝯ dictam rem iudi.
in qua prohibitus fuit aliquid facere,quinimmo & condemna
tus quod omnia reduceret ad priſtinum,conſequenter quod ibi
non conſtrueret ſcalam,quam conſtruere intendebat,&quia cō
8 tra rem iudicatam,conſequenter nulla.¶†Ad quod etiam ſen-
tentia lata per Reuerendum patrem dominum Nicolaum quæ
impugnat ſententiam latam per ordinarium reſpectu pœnæ tā-
tum in reliquis confirmat,uulg.c.nonne de præſumptionib.l.cū
9 prætor.in prin.ff.de iudicijs.¶†Quo uero ad aliud caput con-
tentum in aſſerta ſententia do. Camilli in qua aſſeritur murum
domus ipſius dominæ Franciſcæ eſſe communem, clare patet
ſententiam ipſam continere iniquitatem & iniuſtitiam. Com-
munio enim dicti muri non probatur eo quia fuerit communi
ter ædificatus per dictos litigantes, uel eorum anteceſſores uel
quod inter partes ipſas fuerit expreſſe actum, quod cōis eſſet,
uel quod ipſe Antonius uel anteceſſores immiſerint tigna, uel
aliquod onus in dicto muro uel quod ibi eſſent lapides aliquan
tulum extenſi per quę denotaret cōis iuxta ea quæ habentur in
l.cum duobus.§ item mella.& in l.iiij in prin.ff. pro ſocio, & in
l.ſi ædes communes.ff.communi diuiduudo cum alijs concor-
dantijs alleg. ius per Bartholomæum ucio. in tractatu de ſe-

30 innitu, in rubrica de muro. & pari. †Ea aduerſo pro parte dominæ Franciſca oſtenditur murum eſſe proprium ex quo ibi habet ſe neſtram reſpicientem dictum uacuum, & in totum perforantem dictum murum per quod denotatur proprietas ipſius, ut habetur in d tractatu de ſerui. in rub. de muro. & pari. & melius in rubrica de feneſtr. & cum in nulla parte appateat communia conſequenter reputatur proprius, ut plenè habetur in locis, ſu-
31 pra relatis, † & licet aliqui teſtes ex aduerſo producti, uideantur aſſerere eorum iudicio dictum murum eſſe communem, tamen minimè probant cum concludentem rationem non reddant. l. teſtium. C. de teſtibus. cap. tertio loco, de probationi. & quæ plenè in l. prima. ff. ſi cert. petat. & per Modern. in rubrica.
32 ff. de iure iurando. ¶ †Prout idem dicendum, quia teſtes dominæ Franciſcæ expreſſe aſſerunt murum eſſe proprium ipſius, & cum afferant concludentem rationem, & plures ſint numero ipſis magis eſt credendum, quàm teſtibus aduerſarij, ea nota. in l. iij. ff. de teſtibus. & in cap. cum tamen, & in ca. in noſtra, eodem
33 tit. †cum itaque murus ſit proprius dominæ Franciſcæ denotat iniquitatem dictæ ſententiæ in qua habetur eſſe communem, ſi ergo proprius, in ipſo non poteſt facere ſcalam, ut dictat ſententia do. Camilli, debet enim relinquere aliquod ſpacium ut dicit tex. in l. fi. ff. finium regundorum, cuius diſpoſitio procedit etiam in fundo Vrbano, ut tenet Bartholomæus in dicto tracta. de ſerui. in dicta rubr. de muro. & pari. colu. j & faciunt not. per eundem in dicto tracta. in rubri. de ſcalis col. ij. uerſic. ego autem teneo. ubi per multa iura & bonas rationes tenet etiam in muro communi non licere facere ſcalam prohibente altero, ut alias etiam dixi,

Pariſius Ro.

SVMMARIVM.

1 *Expectantes plures mutuo ſe impediunt, ne prouiſiones executorum expectatiuarum, ſortiantur effectum, ſine alio adminiculo, & alijs ſeq.*
2 *Expectantium, data paritate, recurrendum ad electionem ordinarij, & nu. 23.*
3 *Sntæ plurium delegatorum parium numero, ſe inuicem impediunt.*
4 *Expectatiuarum executores, uicem obtinent delegatorum.*
5 *Teſtamenta plura eiuſdem data, & diuerſa in ſubſtantia, ſe inuicem impediunt.*
6 *Idem in duabus ſententijs contrarijs, & ſimilibus.*
7 *Expectantes, iſti non ſe impediunt, ut cenſeantur nullum ius habere uel ut ſit locus acceptationi, & prouiſioni alterius expectātis habentis ius debilius, & ſeq.*
8 *Decretum appoſitum in literis expectantium, an obſtet poſſeſſori in proceſſu minus diligenti, ut non poſſit acceptari, & ſibi facere prouideri infra menſem.*
Et uidetur ꝙ non ſtantibus alijs in proceſſu diligentioribus.
9 *Decretum fortius, non impedit debiliores, niſi fortiore acceptante, & nu. 10. 12.*
10 *Acceptare facti eſt, & ſola mentis declaratio.*
11 *Declaratio mentis mea, non impedit declarationem mentis alterius.*
12 *Acceptatio fortioris, abſque alia prouiſione, excludit expectantes debiliores.*
13 *Nec debiliores poſſunt obtinere, ſi fortiores fuere negligentes, uel ipſorum gratia non habuerit effectum ex aliqua cauſa, & nu. 22.*
14 *Prouiſio beneficij, ab initio nulla, non poteſt reconualeſcere.*
15 *Quando plures uocantur ordine ſucceſſiuo, ſequentes non poſſunt prius admitti niſi præcedentes in totum excludantur.*
16 *Pater non poteſt accuſare, durante tempore conceſſo marito contra uxorem adulteram.*
17 *Quouſque procedit unus, alter non poteſt beneficium quærere.*
18 *Beneficium affectum pro uno, non poteſt per ordinarium conferri alteri.*
Via qua non capit duos minus capit tres.
19 *Prior, in gratia, non ualens capere, ſi ſubeſt cauſa ꝙ in futurum capere poſſit, excludit interim ſequentem in ordine.*
20 *Qui non admittitur ad partem, an & quando facit partem.*
21 *Qui habet decretum fortius poteſt excludi ab alio expectante ita ipſe excludit debiliores.*
22 *Habens fortius impedit debiliorem licet ille ex aliqua cauſa careat gratia.*
23 *Expectantium ſtante concurſu ordinarius eligit, non tamen propterea præiudicatur tertio.*
24 *Et quid ſi expectantes fortiores concurrerent, & debilior poſſideret.*
25 *In gratijs, ſi neutri, ſi nulli, in quibus eſt locus gratificationi, quis dicatur potior.*
26 *Gratia, ſi neutri, ut locum habeat, quid concurrere debeat.*
27 *Dictio ſeu, quorum concurſum requirat.*
28 *Acceptatio ſola expectantis, acquirit ius ad rem.*
29 *Expectantes non impediuntur acceptare ratione concurſus.*
Pluribus poteſt quæri ius ad rem ad idem beneficium.
30 *Idem eſt beneficium eſſe debitum, uel ad illud habere ius ad rem.*
31 *Canonicus receptus, habet ius ad rem.*
32 *Difficultas præſtationis non impedit, rem pluribus inſolidum deberi poſtquam ab initio, ſtipulatio ſuit utiliter contracta.*
33 *Impoſſibile, duos in ſolidum, idem beneficium conſequi.*
34 *In obligationibus alternatiuis, obligatio eſt in utraque re.*
35 *In pluribus reis debendi, et credendi, obligatio in quolibet in ſolidū conſiſtit.*
36 *Vbi concurrunt duo æqualis potentiæ, unum non perimit effectum alterius.*
37 *Ignorans habere facultatem eligendi unum ex pluribus, accipiendo unum non præiudicat iuri eligendi.*
38 *Vbi plura ita ſe habent, quod eorum alterum eſt eligendum, interim non poteſt fieri alia diſpoſitio. in præiudicium electionis.*
39 *Si neutri ius competiſſet, ordinarius poſſet conferre.*
40 *Vbi plures executores prouident pluribus expectantibus, concurrentibus inuicem, nulla erit inutilis, nam pendent ex futuro euentu a confirmatione ſuperioris.*
41 *Intellectus. c. duobus. in fi. de reſer. in ſexto.*
42 *Legatum uni quem titius elegerit, intelligitur datum a teſtatore nō ab eligente.*
43 *Confirmatio retrotrahitur ad tempus prouiſionis, perinde ac ſi nullus concurſus interueniſſet.*
44 *Gratificatio, quando locum habeat.*
45 *Gratificationi locus eſt, inter plures præſentatos ad idem beneficium.*
46 *Clauſula illa poſita in gratia, ſi neutri. uidelicet ſi per euentum litis &c. qualiter intelligatur.*

CONSILIVM CXVII.

1 SI QVAERIMVS †An iſti expectantes mutuo ſe impediant ad effectum ut prouiſiones executorum expectatiuarū non poſſint ſortiri effectum ſine alio adminiculo dicēdum puto, ꝙ ſic, ut eſt tex. in c. duob. in fi. de reſcri. lib. vj. ubi eſt expſſum ꝙ ſtante paritate expectantiū recurrēdum eſt ad electionē ordinarij, & ſic pa-
2 tet ꝙ ubi eſt paritas expectantiū, †nulla ex prouiſionib. executorū per ſe ſine alterius adminiculo effectū ſortit & ꝯñr ſe inuicē impediunt, cum ſemoto concurſu quælibet prouiſio ꝯſequeret effectum ex ſe ipſa ut probat in eo tex. j. & ij. rñſo, & in plurib. c. eiuſdem tituli, & de præbe. & de conceſ. præb. quaſi per totum.
3 Cōfirmatur quia ſi ſunt ſententiæ pluriū delegatorum parium numero ſe inuicem impediunt. l. duo iudices de re iud. l. ſi cui. ff.
4 de arbit. & in c. fi. de re iud. †Sic etiam debent ſe inuicem impedire prouiſiones executorū apoſtolicorum, ſtante in oibus paritate cum tales executores, uicem delegatorū obtineāt iuxta no. in cle. unica in gl. magna de off. deleg. & per Inn. & alios in c. fi.
5 de reſcr. †Confert his qm̄ etiam plura teſtamenta eiuſdem datæ & diuerſa in ſubſtantia regulariter ſe mutuo impediunt vt concludunt gl. & Bar. in l. j. §. non autem. ff. de bon. poſ. ſec. tab. & in l. fi. in fi. C. de edic. di. Adr. tol. Dy. & Bal. & Ang. in l. eum qui in
6 prin. ff. de acq. hær. †& idem dicitur in duabus ſententijs contrarijs ut nulla ſortiatur effectum ut uult Bal. in l. j. in antep. col. C. quando prouocare non eſt neceſſe, & idem in ſi. terminis dicit, Bal. in l. de reb. C. de do. ante nuptias, & gl. & Bal. in j. C. ꝯſtit. §. in quibus, & Bal. in l. falſus in xij. col. C. de furt. Poſſet etiam induci. l. duo ſunt titij. ff. de teſtamentaria tutela, cum ſuis con-
7 cor. †Si uero quærimus an dicti expectantes ſe impediant ad effectum ut cenſeantur nullum ius habere uel ut ſit locus acceptationi & prouiſioni alterius expectantis habentis ius debilius &
8 dicendum puto, ꝙ non, ut deducam in ſeq. †An autem decretū appoſitum in eorum literis obſtat poſſeſſori in proceſſu minus diligenti, quo minus acceptare & ſibi prouideri facere potuerit. J. menſem eis datum dr̄ ꝙ Ioannes minus diligens nō potuit acceptare, nec ſibi facere prouideri, ſtantib. alijs expectan-

tibus

tibus diligentioribus in proceſſu. Nam omnes iſti tres expectan
tes ut ex facto apparet acceptauerunt beneficium de quo agitur
infra primum mẽſem a die uacationis, vnde aut tenemus quod
decretum appoſitum in gratia fortiori, etiam ſine alia accepta-
tione. ĩ. primum menſem impediat expectantes debiliores acce
ptare & ſibi facere prouideri ut voluit Io. An. in addi. Spe. de cõ
ceſsione præbendæ, in rub. col. ij. Old. alle. cxxxvj. Quod ex pro
ductis & alleg. cxxxvij. deciſione Rot. in antiquis. lv. ꝙ ubi duo
ſunt & deciſione. cclxxxj. Cum ad collationem, & tunc indubi
tatum uidetur ꝙ ſtantibus fortioribus decretis acceptatio Ioan
9 nis infra dictum primum menſem fuit nulla. † Nec obſtat cõcur
ſus habentium gratias fortiores, ex quo ſecundum dictam opi-
nionem ad impediendum debiliores expectãtes habent eundẽ
menſem ad acceptandum & quod decretũ fortius non impediat
debiliores expectantes acceptare niſi fortiori acceptante uoluit
Calde. in ſua diſputatione quæ incipit duo clerici, & latè Card.
referens multos idem tenere in clem. unica. §. ſecus, in vj. q. de
conceſſ. præben. & hic etiam neceſſe eſt concludere ut arbitror,
dictum Ioan. minus diligentem excludi, cum in caſu noſtro Pe-
trus, & Gerardus, habẽtes gratias fortiores acceptauerint, & ſic
quamcunque opinionem teneamus, dictus Io. remanet excluſus
10 † Nec dici poteſt prędictos fortiores non potuiſſe acceptare, ꝓ
pter concurſum, quia acceptatio eſt nudi facti cum nil aliud ſit
quam mentis declaratio, ſecundum Cardinalem in d. q. vj. & idẽ
11 dicit Dec. in no. cxciiij. & cccxvij. & ccccxxxvj. colu. ij. † & certũ
eſt quod declaratio mentis per unum facta non poteſt impedi-
re alium mentem ſuam declarare, cum ea quæ in facto conſi-
ſtunt non tantum per ſimplicem uoluntatem hominis, ſed etiã
per legem ſcriptam impediri nõ poſsint. l. j. §. ſi uir. ff. de acq. poſ
ſe. l. in bello. §. factæ. de capti. & in reg. uerum eſt. ff. de reg. iuris.
Cum ergo dicti expectantes fortiores, non obſtante concurſu
potuerint acceptare, & acceptando fortior gr̃a impediat debilio
rem ergo dictus Ioannes minus diligens fuit impeditus accepta
re & ſibi facere prouideri. Nec etiam dici, poteſt ꝙ acceptatio &
prouiſio Ioannis reconualeſcant, ex quo prouiſiones habentiũ
12 gratias fortiores, impediuntur per concurſum. † Sola enim acce-
ptatio, expectantis fortioris &c. abſque aliqua prouiſione exclu
dit expectantem debiliorem ut declarat Dominicus poſt Ioan.
An. in c. j. §. fi. de conceſ. præb. lib. vj. & ita uidi pronunciari, &
idem in effectu vult Dominicus poſt alios, in c. ſi clericus ſuper
glo. in uer. debita, & in c. quoddam. col. ij. de præb. eod. libr. Di-
cens quod ubi prouiſio expectantis debelioris fuit impedita
13 per gratiam fortiorem, † licet propterea negligentiam expectan
tis fortioris uel uoluntatem, gratia fortior non habebit effectũ,
non tamen propterea reconualeſcet prouiſio quæ fuerat facta
14 expectanti debiliori ſecundum eum. † Nec enim poteſt recon-
ualeſcere prouiſio beneficij, quę ab initio fuerit nulla. c. auditis
15 de electionibus. c. pulaſtis de clericis excom. miniſ. † Vlterius cõ
firmaĩ iſta quia vbi plures uocanĩ ad aliquod ordine ſucceſsiuo,
& contingit aliquem ſeu aliquos ex præcedentib. non dico in to
tum excludi ſed impediri in euentum alicuius temporis, uel con
ditionis ſequẽtes in ordine nõ pñt aliquo mõ admitti niſi prius
præcedentes in totũ excludanĩ, ita eſt text. in l. j. §. ſi filius. ff. de
ſuis & leg. hær. ubi filius captus ab hoſtibus licet ipſe ſuccedere
nõ poſsit tñ impedit ſuccedere nepoẽ exiſtẽtẽ i ciuitate quouſq;
certum ſit filiũ ſuccedere nõ poſſe, ſic ergo in oppoſito, ex quo
expectãtes fortiores ꝑꝑ cõcurſum non ſunt in totũ excluſi ſed
expectanĩ futurũ euentũ uidelicet quis eorũ ab ordinario eligaĩ
iuxta c. duobus ergò non pñt interim præueniri ab alio expectã
te poſterioris gradus. Immo caſus illius. l. eſt fortior cum poterat
eſſe ꝙ filius nunquam reuerteretur ab hoſtibus, & ſic nunquã hę
res, ſed in caſu noſtro omnino ordinarius erat coactus eligere
alterum ex illis ut hr̃ in d. c. duobus. ergo &c. & eodẽ modo poſ
ſet induci. l. ſi maritus. la ij. in princ. ff. ad legem Iul. de adul. ubi
16 dicitur † ꝙ ſi maritus eſt impeditus accuſare uxorem de adulte
rio, licet pater qui habet æquale ius cum marito non ſit impedi
tus, tñ quandiu durat impedimentum mariti etiam pr̃ accuſa-
re non põt, vnde ſi impedimentum tãgens unum ex uocatis im
pedit admitti, alterum habentem ius æquale, fortius ergo in ca
ſu noſtro dẽt impedire minus diligentem & ſic poſteriorem in
17 ordine. † Ex alio etiam confirmatur iſta quia intellectualiter lo
quendo uia ad quærendum bñficium eccleſiaſticum in dimidio,
eſt ita arcta ꝙ q̃diu ꝓcedit unus, eſt impoſsibile ꝙ alius poſsit
q̃rere ſibi aliud beneficium, niſi remoueaĩ in totum ille qui ꝓce
dit, iſtud probaĩ, ex [illegible] non ualet prouiſio papæ de beneficio
uacante niſi deroget expectantibus. ut concludunt omnes in c.
ſi poſtquam de præb. lib. vj. & deciſi. in no. ccxlvj. Licet de more
18 & deciſio. in antiq. clxxiiij. & Calde. de præben. conſi. iij. † Item
probatur ex eo ꝙ iura dicunt beneficium pro uno affectum nõ
poſſe per ordinarium conferri alteri. c. ſi clericus, & c. poſtq̃ de
præben. lib. vj. & plenè. in c. ſi ſoli. de conceſſ. præben. eod. lib. &
ideo cum certum ſit illos duos expectantes fortiores non eſſe re
motos a ſpe acquiſitionis, ſed adhuc eſſe ĩ uia quærẽdi beneficiũ
non poſſunt ire duo ſimul effectualiter, ut patet ex eo ꝙ per cõ
curſum ſe impediunt, ergo illis duobus impeditis in uia exiſten
tibus non poterit tertius tranſire quia uia quæ non capit duos
fortius non capiet tres. l. qui indignus. ff. de ſenato. & ſi dicas ꝙ
iſte tertius ibit per aliam uiam, reſpondetur, cur ergo pari ratio
ne illi duo expectantes priores non currunt per diuerſas uias?
19 ¶ † Vlterius perſuadetur dicta concluſio ex theori. Bar. in l. j. §.
filium. ff. de bono. poſſeſſ. contra tab. per illum tex. & §. ſi ex tri-
bus in eadem. l. concludeñ. ꝙ licet prior in gradu non poſsit ca-
pere, ſi tamen ſubeſt de iure cauſa aliqua. ꝙ in futurum capere
poſsit excludit interim ſequentem in ordine, ita etiam in caſu
noſtro, licet illi duo expectantes interim capere non poſsint, ta-
men ex quo de iure communi alter eorum eſt eligendus ab or-
dinario, & ſic eſt ſpes acquiſitionis de iure communi, minus dili
gentes interim admitti non poſſunt. Preterea Bar. & alij in l. pla
nè. §. ſi conuictum. & in l. huiuſmodi. §. ſi Titio de lega. j. & in l.
20 unica. §. in primo. C. de caduc. tol. communiter concludunt † ꝙ
qui nullo iure admittitur ad partem, non facit partem, ſed quĩ
aliquo iure poteſt admitti ad partem, cum ergo quilibet ex ex-
pectañ. concurrentibus poſsit acquirere beneficium de quo agi
tur uigore dicti. c. duob. & ſi quilibet eorum poſsit admitti ali-
21 quo iure, ergo quilibet eorũ excludit poſteriores in ordine. † Vl
terius cõfirmantur iſta, nam cum decretum expectantis fortio
ris impediat expectantes debiliores etiam ubi ipſe expectãs for
tior ab alio expectante excludiĩ, ut eſt caſus in c. auctoritate de
conceſſ. præb. li. vj. ubi decretum appoſitum in literis tertij expe
ctantis excludit primum quantumcunq; ipſe tertius excludatur
a ſecundo, fortius ergo decretum expectantium habentiũ gra-
tias fortiores dẽt impedire expectantem debiliorem vbi ipſi for
tiores non excludunĩ, ſed concurrunt, cum magis obſtet cõcur-
rens quam excluſus, ut de ſe patet & probaĩ in l. qui ſoluendo la
j. ff. de hær. inſt. & in l. duo ſunt titij. de teſt. tut. põt autem indu-
22 ci ad hoc tex. in c. pe. de præb. li. vj. † Vbi decretum expectantis
fortioris impedit debiliorem quandocunq; gratia fortioris pro
pter ſuperueniens impedimentum, nullo mõ poſſet ſortiri effe-
ctum, multo magis ergo in caſu noſtro, impedietur debilior ex
pectans, cum fortiores expectantes non ſint in totum impediti.
23 † Præterea hoc vr̃ deciſum per gl. communiter approbatam in
d. c. duob. in uerbo teneantur dum uult quod ſtante ↄcurſu ex-
pectantium, ordinarius in tm̃ teneĩ alterum eorũ eligere ꝙ non
põt præiudicare tertio, unde patet quod decretum expectantiũ
in ſimul concurrentium eſt efficax in præiudicium aliorum, qua
enim ratione afficit manus ordinarij collatoris eadem afficiet
executores expectantium debiliorum & probatur. in cle. unica
24 primo rñſo de conceſ. præben. ¶ † Inſuper ſi expectantes fortio-
res concurrerent ſolum adinuicem, uel tractaremus de ſenten-
tia abſolutoria & debilior poſsidet forte tunc ferenda ſententia
pro debiliori expectante iuxta no. in c. viij. de eo qui mit. in poſ.
ſed ex quo quærimus de ualiditate prouiſionis & ſic ad effectũ
ſuiæ adiudicatoriæ nõ uideo quomodo defendi poſsit expectãs
debilior cum expectantes fortiores etiam cum ipſo concurrunt
& pugnant aduerſus ipſum ut ex facto apparet, unde ſi expectan
tes fortiores impediunt ſe ipſos, fortius etiam debent impedire
expectantem debiliorẽ, quis ſi quod plus eſt impediĩ fortius er-
go id qđ minus, aut. multo magis. C. de ſac. ſan. & in regulis nõ
25 dẽt cui quod plus eſt licet. ¶ † Quis autem ipſorum triũ ſit po-
tior, in gratijs ſeu neutri ſiue nulli, ſuper aſſecurione de qua agiĩ
& gratificatione de quibus in actis ddm puto, canonizandum eſ
ſe gratiam gratificationis Petri, nam gratia ſi neutri Ioannis ca-
nonizari non põt, ex quo cum illa in eadẽ ↄcurrit alia gr̃a ſi neu
tri, Petri, & certum eſt quod ubi ↄcurrunt duæ prouiſiones ſunt
inualidæ niſi ſuperior aliter declaret. Nec hoc caſu poſſeſſor prę
fertur ut ↄcludunt Io. An & alij in c. ſi a ſede de præbendis, li. vj.
26 ¶ † Præterea ut arbitror in terminis noſtris non põt habere lo-
cum gr̃a ſi neutri. Ad hoc enim ut gratia ſi neutri, locum habeat
eſt neceſſe nullum ex colligantibus habere ius neque in re ne-
que ad rem, nam diciĩ in huiuſmodi gratijs, ſi reperieris neutri

dictorum collitigãtium in dicto beneficio ſeu ad illud ius com
27 petere &c. ¶ † Et ſic ad hoc ut ſit locus huiuſmodi gratię, eſt ne
ceſſe ambos caſus uerificari, cum dictio ſeu, utrunque caſum in-
28 cludat. l. ſi quis ita legauerit ff. de aur. & arg. leg. ¶ † Sed certum
eſt ꝙ per acceptationem expectant. et ſolum quæritur ius ad rẽ
ut uult gl. fi. in c. fin. de conceſsione præben. lib. vj. & eſt deciſ. in
no. cxciiij. Quod acceptatio facta. itaq; cum beneficium de quo
agitur fuerit acceptatum tam per Petrum quam Gerardum in-
uicẽ concurrentes, & ſic cuilibet eorum fuerit quæſitum ius ad
rem ergo non poteſt eſſe locus gratiæ, ſi neutri. Nec dici poteſt,
ꝙ ratione concurſus, dicti expectantes fuerint impediti accepta
29 re ut deduxi in proximo dubio. ¶ † Nec etiam ut arbitror de-
bet uideri mirum ꝙ pluribus quæratur ius ad rem, circa idem
beneficium. Nam qua ratione eadem res poteſt deberi pluribus
& eidem pluries deberi. l. iij. §. ſi ex pluribus. ff. de acq. poſſ. l. quo
ties de rei uen. l. ſiue autem. §. ſi duobus. ff. de publica. l. penult.
§. Lucius de dona. ut in regu. nam vt ex pluribus eadem ratione
etiam circa idem beneficium debent habere plures, ius ad rem,
30 cum habere ius ad rem, & beneficium eſſe debitum. † idem ſit
in effectu ut concludit glo. in clem. auditor de reſcr. in uer. debi
tum, & Ioan. de Imo. in c. dilectus filius col. aj. de præb. & in c. li
31 teris de reſcr. ¶ † Iſtud etiam coadiuuatur ratione. Nam certum
eſt ꝙ per receptionem in canonicum quæritur ius ad rem ut eſt
expreſſum in d. c. penul. de præbend. lib. vj. & probatur. in d. c. ſi
clericus, & c. ſi poſtquam. eodem titu. & declarat Ant. de Butri,
in c. ueniens. colum. ulti. de renunciationibus unde ſi ponamus
plures receptos in canonicos concurrere in data, & in fulmina-
tione proceſſus, neceſſario erit cuilibet eorum quæſitum eſſe ius
32 ad rem in eodem beneficio. ¶ † Confert his quod difficultas p̃-
ſtationis, non impedit rem pluribus deberi inſolidum poſtquã
ſtipulatio fuit ab initio utiliter contracta ut dicit tex. in l. j. §. ex
his ergo. ff. de uer. ob. ita ergo & in propoſito ex quo gratiæ cõ
ceſſę expectantibus ꝯcurrẽtib. ab initio, ſunt ualidæ, non dẽt im
33 pediti acquiſitio iuris ad rem † licet ſit impoſsibile ambos idem
beneficium conſequi. c. dilecto de præben. l. ſi ut certo. §. ſi duo-
34 bus. ff. commo. ¶ † Accedit his ꝙ in obligationibus alternatiuis
obligatio eſt in utraque re, licet altera tantum ſit ſoluenda. l. ſi
duo rei. in fine. ff. de uerb. oblig. & no. in l. qui decem. §. ſticbum
35 de ſolu. † & in pluribus rei credendi & debendi obligatio conſi
ſtat in quolibet inſolidum quantumcunque ſufficiat uni ſolui,
& ſolutio facta ab uno inſti. de duobus reis, in prin. & ff. eodem.
l. ij. ſic ergo quantumcunque iſtud beneficium ſit dandum alte-
ri ex concurrentibus, non tamen inconuenit quod uterque in-
terim habeat ius ad rem inſolidum, & conſequenter non eſſe lo
36 cum gratiæ ſi neutri. ¶ † Vlterius confirmatur iſtud, quia ubi cõ
currunt duo æqualis potentiæ impoſsibile eſt quod unum peri-
mat effectum alterius ut dicit tex. in l. ſi reus. ff. de duob. reis. in
l. gñaliter, & in l. hæres. §. j. ff. de fideiuſ. & in l. non eſt nouum de
act. emp. cum ergo acceptationes expectantium concurrentiũ
ſint æqualis potentiæ. ergo una non poteſt impedire effectũ al-
terius, & conſequenter ex qualibet quæritur ius ad rem & ideo
ſtantibus huiuſmodi acceptationibus non poteſt eſſe locus gra
37 tiæ ſi neutri. † Ex alio etiam cõfirmatur iſta. Nam ſicut ignorãs
ſe habere facultatem eligendi alterum ex pluribus, accipiendi
unum non præiudicat iuri eligendi. Quod ſibi cõpetebat ut di-
cit textus in l. manifeſtiſsimi. §. ſinautem. C. de fur. & in §. ſinau-
tem. inſtituta de obligationibus quę ex delictis. ſic & in propoſi
to Papa prouidendo uni ex duob. ignorans quod inter eos cade
bat electio, non debet pręiudicare nec tollere illud ius eligendi.
38 ¶ † Præterea vbi plura ita ſe habent quod alterum eorum eligen
dum eſt non poteſt interim fieri alia diſpoſitio circa illa in præ-
iudicium electionis, vt ex tex. in l. ſi cum optio. ff. de optione le-
gati, & in d. c. j. circa finem de conceſsione pręben. ex quo igitur
Papa poſt gratiam, ſi neutri, ſcienter gratificauit & elegit Pe-
trum, ergo præcedentes gratiæ, ſi neutri in præiudicium iuris eli
39 gendi factæ a Papa ignorante ſunt nullæ. ¶ † Præterea ſi dicere
mus neutri competijſſe ius in dicto beneficio ſequeretur ꝙ ordi
narius potuiſſet illud alteri conferre quod tñ eſt falſum, ut ha-
betur in d. c. duob. ergo dicere non poſſumus neutri ius compe
40 tijſſe & conſequenter non eſt locus gratiæ, ſi neutri. ¶ † Vltra
prædicta puto poſſe ſuſtentari ꝙ vbi plures executores proui-
derint pluribus expectantibus inuicem concurrentib. nulla illa
rum prouiſionum ſit inutilis, ſed pendeant ex futuro euentu, ui-
delicet a confirmatione Papæ uel ordinarij, cui Papa in d. c. duo
bus dedit poteſtatem confirmandi, & ita uidetur expreſſe proba
ri in c. fi. de re iudi. ubi eſt expreſſum ꝙ ſi duo delegati profe-
ſſi in eadem cauſa diuerſas ſententias ambæ ſunt in pendenti do-
nec ſuperior alteram confirmet, & ibi, & in l. duo iudi. eo. ff. de
re iud. doc. aſſignant rationem, quare magis illud procedat in di
uerſis ſententijs delegatorum quàm in ſententijs ordinariorum
unde puto idem dicẽdum in diuerſis prouiſionibus executorum
expectatiuarum cum eadem ſit ratio, & iſtum puto eſſe intelle
41 ctum dicti capituli duobus, in fi. ¶ † Nam non poſſumus dicere
ꝙ in caſu illius capituli facta electione per ordinarium expectãs
dicetur beneficium ab ordinario aſſecutus, cum ordinarius in il
lis terminis careat omni poteſtate prouidendi ſtante decreto, &
appoſitione manus Papæ cap. vt noſtrum de appellationibus, &
42 in cap. ſi ſoli de conceſ. præben lib. vj. ¶ † Confirmatur quia ſi-
cut legatum factum uni ex pluribus quem Titius elegerit, non
cenſetur datum ab eligente ſed a teſtatore. l. unum ex familia. §.
j. ff. de leg. ij. ita in caſu d. c. duob. beneficium debet cenſeri col-
latum a Papa mediante executore gratiæ ex quo ordinarius e-
rat coactus alterum ex illis eligere, & ſi aliter diceremus ubi or-
dinarius elegiſſet unum, non deberet uacuari reſpectu alterius.
Nam ſi ordinarius contuliſſet, non deberet uideri eccleſia gra-
uata quod tamen eſt contra illum tex. Poteſt etiam ad hęc indu
ci text. in c. cum aliquibus de reſcri. eod. lib. Vnde ſi præſuppo-
nimus executorum actus in dictis terminis non eſſe nullos ſed
expectare confirmationem ſuperioris, ſine dubio uidetur tenen
dum, non eſſe locum gratiæ, ſi neutri, quia confirmatio retrotra
hitur ad tempus prouiſionis perinde ac ſi nullus concurſus in-
teruenisſet, vt probatur in dicto. ca. fin. de re iud. ibi, pendet &c.
43 ¶ † Iunctis quæ habentur, in l. ſi is qui pro emptore de uſucap.
in §. ſi ab hoſtibus, inſtituta quibus modis ius patr. pot. poteſt
ſolui. in l. qui potior. & in l. qui balneum. ff. qui potio. in pign.
44 ab. & in l. ſi. C. de ſen. paſ. ¶ † Vltimo ꝙ in caſu noſtro non
ſit locus gratiæ, ſi neutri, ſed gratiæ gratificationis uidetur de-
terminate glo. in d. c. duobus in verbo concurrant dum dicit in
45 illis terminis locum eſſe gratificationi. ¶ † Coadiuuantur etiã
hæc quia vbi inter plures præſentatos ad idem beneficium eſt
paritas locus eſt gratificationi, vt dicit Anto. de Butr. in c. quo-
niam, in v. col. & glo. in uerbo, & potior in c. cum autem de iure
patronatus, & Ioan. de Imo. in clem. ſi. in §. pen. col. eo. tit. Idem
in ſimilibus terminis dicit glo. in l. ſi quis in graui. §. ij. In uerſic.
contraxiſſe. ff. ad ſillan. & Bar. in l. ij. §. ſi. de cuſtodia, & exhibi.
46 reorum. ¶ † Iſtud etiam uidetur clare determinari per bullam
Petri, dum dicit ſi per euentum litis huiuſmodi tibi conſtiterit
nulli &c. in dicta &c. ſeu ad illam ius competere, ſeu eſſe adeo
pares, ut ſe inuicem impediant, & ſit locus gratificationi, ex quo
cũ Papa iſtos duos caſus reputat diuerſos, ergo in gratia, ſi neu
tri, non comprehenditur gratificatio, alias huiuſmodi adiectio
gratificationis in dicta bulla ſuperflueret ʒ capitulum ſi papa
cum vulgaribus. ¶ Puto igitur concludendum canonizandam
eſſe gratiam gratificationis Petri contra quam nihil obſtat.
Laus Deo. Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Noua prouiſio, obtenta durante tempore dato expectantibus ad publicandum, an ualeat, uel ne, & per totum, & 3. & 5.*
2 *Noua prouiſio unde dicatur, Papa poteſt titulos multiplicare.*
4 *An quæratur ius plenum reſolutiuum, & quid ſtante regula, & numero. 14.*
5 *An quæratur tale ius, quod perditur per non publicationem, & numero. 16.*
6 *Et quid ſi minus prærogatiuatus acceptat, & obtinet prouideri, & pendente termino ad publicandum, tertius obtinet ſibi de nouo p̃uideri, an ualeat noua prouiſio.*
7 *Et tale ius quæſitum ſit reſolubile.*
Papa apponendo manus, & nulliter, reſeruat beneficium.
8 *Aliqui uolunt talem nouam prouiſionem eſſe nullam.*
9 *Beneficium commendatum non uacat durante commenda.*
Et iſta prouiſio, an ſit in ſuſpenſo.
10 *Ex acceptatione & prouiſione, an quæratur ius uel ne.*
11 *Papalis non tollitur per ſubſequutam prouiſionem.*
12 *Prouiſiones apoſtolicæ, an laborent uitio ſurreptionis.*
13 *Et quid ſi omnes fecerint diligentiam.*
14 *Electus, & confirmatus moriens ante conſecrationem, facit uacare eccleſiam, & nu. 15.*
16 *Acceptatio, & prouiſio, expectat publicationem.*

17. *Si acceptans prouiſus, moritur pendente termino ad publicandum, ſumus extra regulam.*
18 *Gratia expectatiua an trahatur ad reſeruata.*
19 *Regula quo caſu prouidet ultra ius commune.*
20 *Et an expectantibus quæratur ius abſconditum, & paleatum.*
21 *Quæ faciant pro apoſtolico, & quæ contra.*
22 *Si minus prærogatiuatus acceptauit, & fuit prouiſus, & alius impetrauit a papa.*
23 *Decretum, in cauſa reſeruationis, an & quando liget.*
24 *Minus prærogatiuatus acceptat, ſecundo idem facit magis prærogatiuatus, pendente termino ad publicandum, tertius obtinet nouam prouiſionem.*
25 *Et quid ſi ante nouam prouiſionem fuiſſet unus alius apoſtolicus, & num. 26.*
27 *Declaratio dictæ regulæ, & uerborum ipſius.*
28 *Quid ſi minus prærogatiuatus acceptauit, & fuit prouiſus, & moritur.*
29 *Et quid ſi minor acceptauit, poſt acceptationem maioris.*
30 *Minus prærogatiuatus acceptat, & eſt prouiſus, magis prærogatiuatus ſecundo loco idem facit, ab illo primo impetratur noua prouiſio, ambo defecerunt in deligentijs, quid iuris.*
31 *Decretum fortius, ualde conſideratur.*
32 *Fictio in caſu ficto tantum operatur quantum ueritas in caſu uero.*
33 *Seruitutis impedimentum per fictionem tollitur.*
34 *Regula uult non uacare ex perſonis illorum propter diligentias non factas.*
35 *Noua prouiſio ad quid uenit.*
36 *Cogitatio in genere conſideratur.*
37 *Ordinarius poſt menſes elapſos an poſſit prouidere.*

CONSILIVM CXVIII.

1 CIRCA materiam, an† Noua prouiſio obtenta durante tempore dato ad publicandum expectantibus ualeat, necne, uide conſi. Ludoui. in ordine. cccxxxij. Quoad primum, in ſecundo articulo pro
cuius dictis facit, quia impetrans in noua ſua prouiſione dicit
dubitans acceptationem & prouiſionem uiribus non ſubſiſtere
2 † & propterea impetrat de nouo prouideri, iſtud dubitare depē
det ex mente ipſius impetrantis, & ſiue dubitatio ſit bona, ſiue
non Papa uult de nouo dare, & propterea cancellaria appellat
nouam prouiſionem, & poteſt Papa titulos multiplicare, quia iſte non poterit ſe iuuare niſi ex utroque uero, quia ſi deteget ue
ram cauſam dubitationis, & ſubſiſtentem propter quam acceptatio non fuit bona, nitetur ex noua prouiſione, ſi non deteget
poterit initi ex acceptatione ſi erit facta diligētia, vñ poterit ex
eo titulo quo uoluerit inniti. Nec eſt hoc abſonum, quod ſi quis
habeat unum titulum bonum, poſſit etiam obtinere alium titu
lum de nouo, & ex eodem inniti nolēre ſuperiore, hoc uidemus
3 quotidie, & illam canonizamus, quæ nobis uidetur melior. † Et
idem quod Ludouicus uidetur uelle Oldradus conſ. cccvj. Quā
uis, & in Rota fuit ita iudicatum, licet aliqui noluerint eſſe quæ
4 ſitum plenum ius reſolutiuum. ¶ † Quod dixi uerum de mero iu
re communi ſecundum poſita in c. ſi tibi abſenti de præb. in ſex
to, & in cap. fin. de conceſſ. præben. eodem lib. per Dominicum
in c. fina. cum ſimilibus, ſed ſecus ſtante regula, ut hic in propoſito, quod etiam oſtendunt illa uerba regulæ, dum dicunt, quod
per non factam diligentiam in publicando ex ipſius perſona nō
cenſetur uacare, licet aliqui reſtrinxerint ſolum illa uerba reſpe
ctu aliorum acceptantium de quibus apparet factam diligentiam. Et id quod ſenſit Ludouicus uidetur idem firmare conſil.
5 cccxxix. in fine ſeconda colum. ¶ † Quidam tamen uoluerunt,
ꝙ eſſet ius plenè quæſitum quod perditur per non publicationem, ſicut in illo, qui habet beneficium quod perditur per eius
delictum uel alias facto ſuo, & ideo quia aduerſarius acceptauerat ante nouam prouiſionem licet poſt noſtram acceptationem
quia nos non publicaueramus, & ipſe ſic habuit ſententiam pro
ſe, quia dicebat quod noſtra noua prouiſio non poterat tollere
ius ſibi quæſitum per acceptationem & prouiſionem. Nec obſtat præcedens acceptatio noſtra quia ius noſtrum fuerat deperditum per non publicationem & ius ſuum fuit ualidum ſem
6 per. ¶ † Verum poſtea in alia cauſa, in tali caſu minus prærogatiuatus acceptat, & facit ſibi prouideri, & pendente termino ad
publicandum, tertius obtinuit ſibi de nouo prouideri, quia fuerat prouiſum per ordinarium eidem magis prærogatiuatus po-
ſtea acceptauit & fuit prouiſus & fecit diligentias, fuit iudicatū
pro noua prouiſione, quia fuit dictum quod propter maius decretum iſtius non potuit. B. acceptare, & facere ſibi prouidere
propter conſi. Oldrad. xxxvj. qui loquitur ubi non eſt regula, &
Card. in d. clem. §. ſecus de conceſſ. præben. & in conſi. Paduano
& ſic dantur uarietates, nunc unum, nunc aliud, ſicut in caſu præ
cedenti, uoluit Rota, ꝙ noua prouiſio non ſuffragaretur. D. qui
etiam ibi erat magis prærogatiuatus propter acceptationem &
prouiſionem alterius expectantis medio poſtea factum cui dicebat ius quæſitum, quia nō ſimiliter, in caſu ſequenti acceptatio
& prouiſio. B. non impediunt de nouo prouideri illi tertio, nec
iſta contrarietas poteſt ex aliquo ſolui, nec uariatur caſus licet
in primo idem. D. qui acceptauerat primo, & primo prouiſus
non feciſſet diligentias quia non agitur de iure ſuo ex gratia ex
pec. ſi ex noua prouiſione quam impetrauerat ipſe ante factas
diligentias. per aduerſarium, & tamen ſibi non opitulatur, & in
propoſito licet per. B. fuerint factæ diligentiæ ſibi non ſuffragantur propter nouam prouiſionem tertij, & D. fuit excluſus quia
acceptauit poſt illam nouam prouiſionem licet diligentias fe-
7 ciſſet, ut per Brixienſ. in uerſiculo, expectans. ¶ † Vna tantum ratio cui difficile eſt reſponderi, facit quod minus prærogatiuatus habeat ius ſi tenemus quod quæratur ius, ſed reſolubile, quia ſi poſtquam acceptationem & prouiſionem Papa pro
uidit, per appoſitionem manus Papæ antequam prærogatiuatus
acceptet impeditur poſtea acceptare propter clauſulas in prouiſione apponi conſuetas ex quo etiam nulliter apponendo ma
nus remanet reſeruatum. c. inter dilectos. de exceſſione prælatorum, & ſic decretum potentius magis prærogatiuati non poteſt
impedire minus prærogatiuatum ulterius, & ſic ius remanebit
minus prærogatiuato, ex quo ſecundum prædicta ius fuerat ſibi quæſitum reſolubiliter, & reſolutio fieri non potuit poſt appoſitionem manus Papæ prærogatiuato ergo eſt neceſſe hodie
dicere, ꝙ propter regulam, nullū ius quæritur minus prærogatiuato, ex ſola acceptatione & prouiſione ſaltim plenum. ¶ Nec
obſtat ſi dicatur, quod per prouiſionem Papæ non tollitur acceptatio, cum prouiſione præcedenti, quia illud eſt propter clauſulas in prouiſione, quæ licet tollant acceptatiōem, per quam nul
lum ius eſt requiſitum, non tollunt prouiſionem, per quam quæritur plenum ius de iure communi circunſcripta ragula, quia ꝑ
8 regulam, hodie non plenū. ¶ † Et ſi dicatur quare etiam hodie
& quotidie iudicatur, quod ſi poſt acceptationem & prouiſioné
Papa prouidet, prouiſio, eſt nulla. Quia dico quod prouiſio papæ erit nulla, ſi expectans fecit poſtea omnes alias diligentias,
alias erit ualida, q̃ a ſcīt regulam ex perſona expectantis, nec ex
ſua acceptatione & prouiſione, nō eſt inducta vacatio, ergo nul
lum habuit plenius ius, licet in contrarium faciat quod diximus
in commenda. quia durante beneficium uō uacat gl. in c. nemo.
9 de election. lib. vj ¶ † Sed ea ceſſante uacat primo modo, nec dicamus propterea ualiditatem prouiſionis apoſtolicæ medio tēpore factæ eſſe in ſuſpenſo, & pendere ex futuro euentu, quia ua
liditatis effectus eſt cauſatus incontinenti, uel inualiditatis &
detegitur a principio fuiſſe uel non fuiſſe ualidum, & dato ſi diceretur quod fuerit in ſuſpenſo, non propterea eſſet ita graue, ſi
cut in ſimili uidemus in decili. Biſg. vlt. de præb. licet contrariū
faciat, nam eſt contra naturam prouiſionis, ut per glo. in c. ij. de
electionib. lib. vj. & in c. ſi tibi abſenti, & ex ratione &c. & quia
non expectato tempore. c. commiſſa de electionibus, lib. ſexto.
10 ¶ † Et ſi dicatur quod ex acceptatione & prouiſione hodie non
quæratur plenum ius, ergo ſemper prouiſio Papæ ſuperueniens
ante factas alias diligentias deberet ualere, & impedire expectā
tem, & ipſum præoccupare, ut poſtmodum aliæ diligentiæ factæ
non proſiut ſicut dr̃ de iure communi de prouiſione Papæ quæ
tollit acceptationem per quam non quærit̃ ius plenum, ſed non
prouiſioné, ſic hodie tollat acceptationem & prouiſioné perquā
11 ſtante regula non quærit̃ ius plenum. ¶ † Et ſicut de iure communi ſi ſubſequat̃ prouiſio non tollit papalem, ſic nec hodie deberet per regulam, ſubſecuta publicatione, & alijs diligentijs, nā
poteſt rñderi, quod illud eſt propter clauſulas generales in prouiſionibus apoſtolicis, uidelicet, aut ſi aliqui &c. & clauſulam, dū
modo non ſit alteri ius quæſitum, quæ licet tollant acceptationē
ꝓſeruant prouiſionem, unde ēt ſtante regula præſeruantur clauſulæ prouiſionis, & per illam eſt quæſitum licet non plenum ius
tñ non poteſt negari quin aliquid ultra quam per ſolam acceptationem, & de quo requiritur alias fieri mentionem, ut tollatur
ad not. in ſimilibus in cap. ſi tibi abſenti. de præbendis, in ſexto.

12 ¶ Et ſi dicatur ergo hodie ſemper prouiſiones apoſtolicę eſſēt ſurreptitię ſi clauſulæ non tollant prouiſionem, nec de illa faciant mentionem. Dico quod ex quo prouiſio ſola non dat plenum ius, & expectat publicationem, non erit etiam a principio ſurreptitia, quod detegitur ex non publicatiōe, quia regula uult quod non inducatur uacatio ex illa præambula acceptatione, & prouiſione, & clauſulæ prouiſionum papaliū præſeruant prouiſionem poſt acceptationem factam, licet ex regula, ita demum, ſi aliæ diligentiæ fuerint factæ, cum autem non dicatur prima ꝓuiſio, & ideo clauſula, dummodo non ſit alteri ius quæſitum, ex regula, demum præſeruat ſequutam prouiſionem ſequutis alijs diligentijs, quia per talem prouiſionem, regula non uult quæſitum plenum ius, ſicut ius commune, item ex quo in caſu propoſito omnes fecerant diligentiam, omnino ius uidetur apoſtolici.

13 ¶ † Et ſi teneamus, quod etiam hodie non obſtante regula quęratur plenum ius ex acceptatione, & prouiſione, ſed reſolubile, & commutabiliter, ut uolunt domini, quia ſumus extra caſum regulæ quæ ſolum, eo caſu fingit non induci uacationem, ſi magis prærogatiuatus deficiat in faciendis diligentijs, ſed cum hic omnes fecerint diligentias ſumus extra terminos regulæ, & ideo quo ad hæc, in iure communi, quod ſecundus qui habet fortius decretum. impediuit minus prærogatiuatū acceptare, & facere ſibi prouideri, & ideo ualebit prouiſio apoſtolica quæ non debebat facere mentionem de prouiſione, & acceptatione nul-
14 la, contra Oldra. & Calde. ¶ † Et pro dominis, quod quæratur ius, ſed reſolubile eſt, quod dicitur de electo, & confirmato qui moritur pendente tempore ad conſecrandum per cuius obitum inducetur uacatio, ut in cap. ij. de tranſlatione prælatorum, & cap. cum in cunctis de electionibus, & ſicut dicit Innoc. electo & confirmato eſt quæſitum plenum ius, ſed commutabiliter, quia ſi non fecerit ſe conſecrari perditur, ut dicitur in cap. inter dilectos de exceſſione prælatorum, & cum eo caſu, licet expectetur nullus, dicet quod per prouiſionem apoſtolicam tollatur ius electi, & confirmati pendente termino ad conſecrandum.

15 ¶ Niſi reſpondendo dicatur, quod maius uinculum contrahitur ex electione, & confirmatione, ut in d. c. ij. quàm ex ſimplici
16 acceptatione, & prouiſione. ¶ † Ex alio uidetur, quod non ſit quæſitum plenum ius, quia ex quo acceptatio, & prouiſio expectat publicationem per regulam, adhuc dico beneficium uacare, ſicut in ſimili. dicit Domi. in d. cap. ſi tibi abſenti in terminis illis, quod beneficium ante ratificationem dicitur uacare, licet ordinarius impediatur conferre, ſi ponderentur uer. regulæ, credo quod Domini bene dicant, quod ex acceptatione, & prouiſione queritur plenum ius, ſed reſolubile ex non publicatione, quia hoc denotant uerba regulæ. dum dicit, perinde, ac ſi non acceptaſſent, unde retro fingitur non acceptatum, nec cenſeatur, ex perſonis non facientibus alias diligentias inducta uacatio, non uult ergo regula induci uacationem propter alios expectantes, ne ſint impediti ex ſola acceptatione, & prouiſione maioris prærogatiuati, & non dicit, quod acceptanti prouiſio non tribuat ius, ſed non cenſeatur, unde potius præſupponit, quod licet plenum ius fuerit quæſitum habeatur, ac ſi non eſſet quæſitum aliquod. eo caſu quo deficit in faciendis diligentijs.

17 ¶ † Et ideo poſtmodum in alia cauſa fuit dictum, quod ſi pendente termino ad publicandum moriatur acceptans prouiſus quod non eſſemus in terminis regulæ, quia non dicitur defeciſſe in faciendis diligentijs, & ideo tanquam extra caſum regulæ, quod ex perſona ipſius dicatur beneficium uacare, ut per gloſ. in clem. j. ut lite pend. in uerſic. collatio, & Ioan. Andr. in addi. ad Spec. in tit. de accuſ. & peti. in §. ſuper petitionibus in quęſt.

18 ¶ Nec obſtat ratio ſupra adducta contra magis prærogatiuatū, per quam uidebatur excludi per prouiſionem apoſtolicam, quātumcunque nulliter factam, quia eſſet inducta affectio per capitulum inter dilectos & gratia expectatiua non tralitur ad beneficia reſeruata, & ſic magis prærogatiuatus poſtea acceptans, & alias diligentias faciens nihil haberet, quia reſpondetur, quod ex prouiſione apoſtolica nulliter facta, tunc demum inducitur affectio, quando prouiſio eſt de beneficio uacante, ſecus ſi de pleno, ut erat in propoſito, quia erat plenum per acceptationem & prouiſionem minus prærogatiuati, licet commutabiliter, itē deciſi. xxj. in antiquis in ti. de conceſſ. præb. dicit quod talis affectio, non impedit expectantes acceptare uera, itaque poteſt eſſe concluſio huius dubij pro ipſo apoſtolico, eo caſu, quo alter defeciſſet in faciendis diligentijs. Namque prouiſus apoſtolicus poſſet aliquid habere, quia impetratio ſurreptitia de beneficio pleno tanquam uacanti, quinimmo etiam in caſu propoſito apoſtolicus nihil uidetur poſſe, habere, quia quod ſecundus magis prærogatiuatus, faciat diligentiam pendet ex futuro euentu, & prouiſio apoſtolica anterior non poteſt ualidari ex futuro euentu, item non ſumus extra terminos regulæ, quia habet duas partes, quo ad primam, quod omnes poſſunt ualide acceptare, & ſibi facere prouideri, & alia pars, ſi potiores defecerint in faciendis diligentijs, quod reliquorum acceptationes. &c. Sortiatur effectum, ac ſi non acceptaſſent magis prærogatiuati prouideri, non ſumus extra regulam, & ideo uidetur, quod apoſtolicus nihil habeat, ſed magis prærogatiuatus, fuit tamen iudicatū pro apoſtolico, ut per Brixienſem in uer. expectans apoſtolicus multum etiam facit quærere, ſi primo minus prærogatiuato ius ſit quæſitum, uel ne in caſu propoſito, quia uerum eſt dicere, qđ acceptantibus quæritur ius, ſed reſolubile ex regula, ita generaliter loquendo, ſed reſpiciendo quomodo reſolubile oportet dicere, quod acceptanti uigore regulæ quæritur ius reſolubile, ex eo, quia non fecerit diligentias, ſicuti dictum eſt ſupra de electo & confirmato, & illud dicere eſt uerum, eo caſu, quo agimus de acceptante prouiſo, nullo alio exiſtente, qui habeat fortius decretum, quia eo caſu non cadit dicere, ꝙ minus prærogatiuatus prouiſus habeat ius reſolubile, ſed uerius, non habuiſſe ius propter impedimentum fortioris decreti. quia ſiue minus prærogatiuatus proſequatur in diligentijs, ſiue non nunquam aliquid habet, quod patet, quia ſtante fortiori decreto alterius acceptātis, quæſitum eſt ius fortiori, & eodem tempore, duo nō poſſunt habere ius in eodem beneficio per iura uulgaria. ¶ Nec cadit dicere, quod ius ſit in ſuſpenſo, quia iura in beneficijs abhorrēt dicere, quod ius pendeat ex futuro euentu, & interim ſint in ſuſpenſo, ut ceſſent ergo iſta inconuenientia, & regula quo ad quęrendum ius ex acceptatione, & prouiſione, ſanctius eſt dicere nihil immutatum a iure cōmuni, quia ſicut de iure qui habet fortius decretum acceptans prouiſionem habet ius, & impedit aliquod ius quæri minus prærogatiuo, ſic etiam ex regula, ut innuant uerba regulæ, dum dicant, & ſi potior defecerit in faciendis diligentijs aliorum acceptationes, & prouiſiones ſortiantur effectum. ¶ Infertur igitur, quod ante nullum ius alij haberent, ſed quod cauſetur illis ex negligentia magis prærogatiuati, qa diſpoſitio eſt conditionalis, & ſimi. &c. Quod clarius oſtendunt uerba ſequentia, perinde, ac ſi potiores in diligentijs deficientes nullatenus acceptaſſent, nec ex eorum perſona cenſeatur inducta uacatio, eſt ergo hæc per fictionem, non per ueritatem, quia dictio, perinde, ac ſi, demonſtrat quod erat quæſitum ius fortiori tantum, ſed reſoluitur & ex tunc ſubintrat minus prærogatiuatus, & ab initio fingitur ex acceptatione, & prouiſione ſua quæſitum fuiſſe ſibi ius, & quo ad hoc tantum regula deuiat a iure per fictionem ab ea cauſatam. ¶ Habita ergo iſta cōſideratione remaneret concluſio, quod ius in caſu propoſito cōpeteret apoſtolico, ſed non eſſet uerum dicere, quod dicunt Domini, quod omnibus acceptātib. quæritur ius reſolubile. ¶ Quęritur ergo ius reſolubile ex negligentia deficiendo facere diligētius, ſed non reſolutum ius, ex ſuperexiſtentia potioris acceptantis prouidi, quia reſolutio cauſatur ex perſona propria deficientis facere diligentias, ſed ex perſona habentis fortius decretum acceptantis prouiſi. cauſatur impedimentum, quod non quæratur ius debilior, & adeo dico fortius ius acceptantis prouiſi. quia ſi fortius non uteretur decreto non impediret, minus decretum hodie propter regulam, & negligentiam. ¶ Sed in caſu propoſito remanet una conſideratio, an minus ꝓrogatiuatus impediat a potiori, uī quod non quia prouiſio apoſtolica impediuit potiorem ualide acceptationem facere, ergo uī, quod ſit perinde, ac ſi magis ꝓrogatiuatus nunquam acceptaſſet & ſic acceptatio & prouiſio prius facta debiliori, per illam fuiſſet ꝗſitum ius, & impediuiſſet apoſtolicam prouiſionem non facientē de illa mētionem, quia clauſulæ bullarum præſeruant prouiſionem expectanti factam, iſtud dependet ab illo ſi quæratur, ius minus prærogatiuato infra menſem illum datum expectantibus, quia ſicut dictum eſt non quæritur ius ꝑ alios habentes fortius decretum, prouiſus apoſtolicus obtinet, quia non tenetur facere mentionem de prouiſione inualida, ſi tenemus, ꝙ quęratur ius prouiſio apoſtolica eſſet nulla, & non pręſtaret impedimentum magis ꝓrogatiuato, & nihil haberet minus ꝓrogatiuatus ꝓpter impedimentum potioris, nec appoſitio manus. Propterea iſto caſu afficit beneficium, ut ſupra dictum eſt, unde totum dependet ſi ex regula omnibus quęritur ius ex acceptatione, & prouiſione,

& ſtet

& ſtet in pendenti, vt ſupra dictum eſt, vel non, quod credo non
quæri ius ſtante magis prærogatiuato, vt ſupra dictum eſt, & te
nendo iſtam partem minus ledi eſt ius commune per regulam.
19 ¶ † Nec ratio minus prærogatiuati, poteſt eſſe bona, quia cōclu
derentur duo contraria. Primū videlicet, ꝙ prouiſio apoſtolica
eſſet nulla ex eo, ꝙ ſua acceptatio, & prouiſio præcederent, &
deinde, ꝙ eſſet valida ad impediendum ſecundum habentē for-
tius decretum. Vnde ex propoſito regula prouidet in hoc vltra
ius cōmune, videlicet ꝙ infra eundē menſem poſſunt validè ac
ceptare omnes, ſed in hoc concordat, ꝙ illi quæritur ius qui ha
bet fortius decretum plenum alijs, impedimētum præſtans iux
ta conſi. Old. cccvj. ſupra allegatum, item in hoc vltra ius com-
mune prouidet regula, ꝙ licet alias habens fortius decretū in-
fra menſem impediat minus prærogatiuatū, etiam ſi habens po
tentius non acceptet, vt per Oldr. in dicto conſil. cccvj. in tan-
tum ꝙ ſi infra dictum menſem acceptaſſet minus potens, licet
magis prærogatiuatus non acceptaret infra dictum menſem, ni
hilominus acceptatio, & prouiſio minus prærogatiuati omni-
no viribus non ſubſiſterent, & quia a principio nulla, non con-
ualeſcit, ſecus eſt ex regula, quia deficiente magis prærogatiua-
to, vel ſuo decreto, vel gratia ipſo non vtente, aliorum accepta-
20 tiones, & prouiſiones ſortiuntur effectum. ¶ † Poſſet etiam at-
tentari, ꝙ regula velit omnes expectātes ex acceptatione quæ-
rere ius, ſed abſconditum, & palliatum illorum qui haberent mi
nus decretum ex verbis regulæ, dum dicit, ꝙ expectantes de mi
nori, vel æquali data etiam minus prærogatiuati valeant acce-
ptare, & facere ſibi prouideri, quod videtur intelligi de validā,
& efficaci, quæ dat ius in re ſicut dicitur in cap. finali, de conceſ-
ſione præbendæ, cum ſimilibus, quia nō videtur regula fruſtra-
toriè prouidere velle, & innuitur etiam ex verbis ibi, & ſi po-
tiores in faciendis diligentijs defecerint reliquorum accepta-
tiones, & prouiſiones ſortiantur effectum quaſi vellit, ꝙ licet eſ-
ſet per acceptationem, & prouiſionem quæſitum ius, impedie-
batur ſortiri effectum ꝓpter magis prærogatiuatum, ſed quod
primo dictum eſt uidetur uerius, vt per regulam minus lædatur
ius commune, & eſſet incōueniens, ꝙ plures habeant ius plenū
ex prouiſione ſuper eodem beneficio, & verba ſequentia regu-
læ demonſtrant, ꝙ aliorum acceptationes, & prouiſiones ſortiā
tur effectum perinde, ac ſi potentiores non acceptaſſent, ergo
hoc vult fieri per fictionem non per veritatē, quia veritas erat,
ꝙ ea quo non erat alijs minus prærogatiuatis quæſitum ius nō
poterant acceptationes, & prouiſiones quæ erant nullæ etiā def
ficiētibus magis prærogatiuatis ſortiri effectum, & ideo poteſt
21 dicere minus prærogatiuato. ¶ † Si vinco vincentem te. & cæ-
tera ad præmiſſa, & pro apoſtolico facit deciſio Aegidij, ccce-
lxxxviij. & deciſione in non. de conceſ. præben. nota. primus, &
ſecundus, & plures aliæ concordantiæ. Facit item pro apoſto-
lico, quia in dubio pro prouiſo Papali, ſed contra eū facit, quia
ſequeretur inconueniens, quod multum præiudicaretur expe-
ctantibus, & ſemper impedirētur, quia prouiſus apoſtolicus ad
excludendum acceptātem iam prouiſum ſemper quæreret, aliū
expectantem habentem fortius decretum, ut ſic excluderēt mi
nus prærogatiuatum, & quæretur ſua prouiſio, item ſi non quę-
reretur ex acceptatione, & prouiſione ius, aliud ſequeretur incon
ueniens, ꝙ ſi acceptans faciat ſibi prouideri, & apoſtolicus im-
petraret poſt, licet acceptans fecerit poſt alias diligentias fruſtra
quia præuentus a Papali prouiſo impediretur, niſi dicamus, ꝙ qñ
vnus ſolus acceptat, & facit ſibi prouideri, ex quo ab alio non im
peditur ꝙ quæritur ius, ſed vbi eſt alius magis prærogatiuatus
non pro alijs, ſed illi tantum quæritur ius, & iſtam verā credo.
Nec obſtat, ꝙ nimis lederent expectantes, quia ſanctius eſt iſto
ordine prouidendi, quàm per expectatiuas conſequi beneficia,
& videmus, ꝙ cancellaria oſtendit, ꝙ magis valent prouiſiones
Papales quam executorem in expectatiuis, quia adinuenit clau
ſulas derogantes expectantibus, & ita in Rota fuit iudicatū pro
apoſtolico, ex his videtur, ꝙ tantum vni quæritur ius, ſed pro-
pter fictionem regulæ, eſt in occulto donec fictio habuerit lo-
22 cum, uel non, ex cuius euentu detegitur poſtea. ¶ † Alius ca-
ſus poteſt cōſiderari, minus prærogatiuatus acceptauerat, & fue
rat prouiſus, poſtea alius impetrauerat a Papa, qui contra pro-
uiſum dedit de una reſeruatione fortiori, cuius uigore non acce
ptauerat ille pro quo emanauerat, quia minus prærogatiuatus
fecerat diligentias, propter regulam dicebat ſibi ius compete-
re, & quòd non fuerat impeditus propter decretum reſeruatio-
nis propter regulam, quę dato, ꝙ poſſint omnes acceptare, & ꝙ
deficientes in diligentijs, habeantur perinde ac ſi nunquam ac-
ceptaſſent, & in caſu propoſito, eſt fortius quia nunquam acce-
23 ptauit. ¶ † Et decretum in cauſa reſeruationis non ligat, ſi no-
luit illo vti iuxta dicta doctorum, poſt Ioannem monacum in c.
ſtatutum, de præb. in vj. alioquin ſequeretur magnum abſur-
dum, ꝙ propter decretum in reſeruatione impedirentur omnes
expectantes, & fruſtratoriè eſſent expectatiuæ in loco reſerua-
tionis, & nec eſſent alicuius effectus, & ordinarius nō poſſet cō-
ferre, & beneficia ſtarent vacantia ſi reſeruatiuis nō acceptaret,
& propterea multi fuerunt pro expectante, quia fecerat omnes
diligentias, & prouiſus apoſtolicus reperierat beneficium ple-
num ex acceptatione, & prouiſione minus prærogatiuati, quia
nec demum magis prærogatiuatus, quo fecit diligentias pro-
pter fictionem regulæ, de pluribus acceptātibus, & clarius oſtē
dit regula de publicandis, quæ nedum, vult quod deficiētes ha-
beantur perinde, ac ſi acceptaſſent, & quod non cenſeatur indu
cta uacatio ex eius perſona, ſed quod ordinarius poſſet libere
cōferre perinde, ac ſi dictæ expectatiuę nullatenus emanaſſent,
ergo habetur perinde, ac ſi nō emanaſſet reſeruatio quandu nō
fecit diligentias, non fuit impeditus minus prærogatiuatus igi-
tur, & propterea menſis appoſitus in reſeruatione hoc oſtēdit,
quia, ut operetur decretum, uult quod infra menſem acceptet,
unde minus prærogatiuatus ſemper habuit ius incommutabi-
liter, ſed detegitur poſtquàm uidetur, ꝙ ualeat fictio a regula
24 introducta. ¶ † Alius caſus conſideratur, minus prærogatiuatus
primo acceptauerat, ſecūdo loco poſtea magis prærogatiuatus
infra tempus ad publicandum, tertio ſuperuenit noua prouiſio,
minus prærogatus, & utrinq; defecerint in diligentijs, fuerunt
multi pro noua prouiſione, quæ non reperiebat aliquod impe-
dimentum, quia expectantes, ex quo non fecerunt diligentias
habebantur perinde, ac ſi nunquam acceptaſſent, & ſi nunquam
25 acceptaſſent clarum eſt, ꝙ noua prouiſio canonizaretur. ¶ † Et
conſideratur in propoſito alius etiam caſus, quod ſi ante nouā
prouiſionē fuiſſet unus alius apoſtolicus, noua prouiſio non ua
luiſſet, quia reperiebat ius plenum, & in caſu propoſito, facit
quod ſi magis prærogatiuatus feciſſet diligentias omnes, quod
beneficium fuiſſet ſuum, ex quo acceptauerat, & fuerat proui-
ſus ante apoſtolicos, quia tunc fictio regulæ nō cadebat in pro-
26 poſito. ¶ † Et ſi ille alius apoſtolicus fuiſſet ante acceptationē,
& prouiſionem iſtius magis prærogatiuati, ille habuiſſet bonū
ius, quātumcūq; magis prærogatiuatus feciſſet diligentias om-
nes quia tēpore ſuæ acceptationis & prouiſionis reperiebat be
27 neficium plenum, &c. ¶ † Quæ omnia conſideranda ſunt qñ ca
ſus accideret, & ſi prædicta regula bene inſpiciatur uult ꝙ pro-
gatiua minus prærogatiuorum non valeant niſi in defectū dili
gentiarum potiorum ſeu magis prærogatiuorū, & non autem p
uerba quæ dicunt, & ſi potiores defecerunt prouiſiones minorū
ſortiantur effectum, ergo ante euentum conditionis carebat ef
fectu alioquin ſi contrarium eſſet infinitæ abſurditates reſulta-
rent, prout patet exemplis clariſſimis, nam pone ꝙ ſint quinq;
aut plures expectantes, quorum ſecundus eſſet magis prærog a
tiuatus primo, tertius ſecundo, quartus tertio, & quintus quar-
to, & ſucceſſiuè &c. quorum primus minus prærogatiuatus ac-
ceptat, & facit ſibi prouideri, ſequeretur ꝙ haberet ius vſq; ad ac-
ceptationem ſecundi, magis prærogatiuati & deinde ſecūdus ha
beret ius vſq; ad acceptationē tertij magis prærogatiuati & ſuc
ceſſiuè &c. & ſic eſſet caſus ꝙ vnus habuiſſet ius in vno benefi-
cio per vnam diem vel horam, cum collatio debeat eſſe pura, ꝙ
28 non eſt credendum † vel pone ꝙ ſint duo tm̄ expectantes mi-
nus & magis prærogatiuatus. ſ. minus prærogatiuatus primo ac
ceptat, & facit ſibi prouidere & deinde infra eundē mēſem mo-
ritur, & per vnam, aut dies duos poſt obitum illius magis præ-
rogatiuatus acceptat, infra eundem menſem ſi minus prærog a-
tiuatus habuiſſet ius, tunc vacaſſet beneficium per obitū illius,
ita quòd, ſi ex aliquo capite, quia fuiſſet familiaris alicuius Car
dinalis fuiſſet reſeruatum magis prærogatiuatus non potuiſſet
amplius acceptare beneficium reſeruatum, nec poſſet dici hoc
caſu ꝙ acceptatio minus prærogatiuati per acceptationem ma
gis prærogatiuati reſoluatur, quia tempore acceptationis ipſius
magis prærogatiuati, acceptatio ipſius minus prærogatiuati nō
29 erat ineſſe cum ille eſſet mortuus. ¶ † Patet etiam quia regula
intelligitur etiam de acceptatione minoris facta, poſt accepta-
tionem maioris, & tamen eſt nulla, & nihilominus conualeſcit
facta negligentia maioris, item etiam ſi minus prærogatiuatus
haberet ius, magis prærogatiuatus nunquam repetiret benefi-
cium,

cium,ita vt illud poſſet acceptare iuxta gratiam ſuam , quæ di-
cit ꝙ debeat acceptare beneficium ſi quod vacet, & multa alia
infinita exempla poſſunt ad hoc adduci, & quoniam dictum eſt
in hac ſpecie,ſi minus prærogatiuatus primo acceptauit & fuit
prouiſus,poſtea ſecundo loco acceptauit & fuit prouiſus magis
prærogatiuatus, poſtea eſt impetrata noua prouiſio a minus p̄-
30 rogatiuato,& ambo defecerũt in diligentijs. ¶ †An noua pro-
uiſio ſit valida , & dicebam ꝙ ſi non eſſent regulæ cancellariæ,
res nõ haberet difficultatem, quod pendulitas iuris fortioris in
decretis impediret nouam prouiſionem acceptationem & pro-
uiſionem debilioris in decreto,per ea quæ plene in cap. cum ex
officij. de præſcrip. ſecundum magis communem concluſionẽ.
Sed duæ regulæ altera de inſinuatione & publicatione altera de
pluribus expectantibus &c.quæ de accreſcendis ſolet appellari,
demonſtrant in præſenti caſu nouam prouiſionẽ debilioris fo-
re canonizãdam, nam licet dicatur acceptationem & prouiſio-
nem debilioris non valere propter defectum diligentiarum, &
nouam prouiſionem minime propter pendulitatem iuris babẽ
tis fortius decretũ, cui per antea fuerat per exequutorem proui
ſum, per capitulum ſi tibi abſenti.tamen ex pluribus deducitur
contrarium.Primo quia dictæ regulæ non factis diligentijs,ne-
dum annulant acceptationes,& prouiſiones, ſed diſponunt re-
tro,& fingunt,perinde ac ſi minime acceptaſſent, & conſequen
tẽr tollitur impedimentum cum effectu ſuo,ſi ergo tale impedi
mentum fortioris decreti non fuiſſet clarum eſſet nouam pro-
31 uiſionem bonam . ¶ † Eodem ſublato impedimento per glo.
reputatam notab. in clem. ij. in verbo pro infectis, de immu.
eccle.& ibi Cardi.in vij.notabi.& Imol. in ij.col. qui plura di-
32 cunt ad propoſitum.¶ †Facit etiam quia tantum facit fictio in
caſu ficto quantum veritas in caſu vero.l.filio quem pater.de li
be.& poſthu.& ibi no.cum ſimi.ſed ſi vere non fuiſſet facta ac-
ceptatio per habentem fortius decretũ noua prouiſio eſſet,bo-
na igitur,& nunc poſtquam fingitur non fuiſſe,prout etiam vi-
demus quod impedimento ſeruitutis aut alio per fictionẽ ſub-
lato.¶ †Vt etiam impedita valeant,ac ſi nunquam fuiſſent im-
33 pedita,vt in.l.lege Cornelia, de teſta. & in.l. lege Cornelia, de
vulg. & pup. & plura exempla poſſunt adduci ex nota. in l. ſi is
qui pro emptore , in materia fictionis translatiuę.ff. de vſucap.
& ſic noua prouiſio ſublato impedimento acceptationis, & p̄-
uiſionis per fictionẽ ita valeat ac ſi nunquã illud fuiſſet. ¶ †Vl
34 terius aduertendũ ꝙ regula intantum eradicat de medio acce-
ptationem,& prouiſionem non ſequutis diligentijs, vt licet ve
re ex perſona negligentium , vacare viderentur quibus per bo-
nam prouiſionem exequutoris fuit ius quæſitum , tamen cauda
regulæ videlicet ex illorum perſonis, nullatenus cẽſeri vacare,
ergo illud ius quod nedum fuit reſolubile,ſed iuris fictione nul
lum patir effectum ac ſi nunquam fuiſſet in rerum natura nõ ha
bet patrare impedimentũ nouæ prouiſionis ꝑ regulam iuris nõ
præſtat impedimentum.faciunt no. per Bart. & alios in l.ſi tibi
hoc.§.cum ſeruus.ff.de leg.ij.in l. a Titio.ff.de fur. cum ſi. non
ob.prætenſa pendulitas iuris habẽtis fortius decretum propter
quam noua prouiſio eſſet in pendulo,ꝙ non eſt dicendum nam
dico ꝙ regulæ admittunt iſtam pẽdulitatem,patet in prouiſio-
ne facta per exequutorem habentis debilius decretum quæ eſt
in pendulo,& pendet a futuro euentu diligentiarum fortiorum
pariformiter, & noua prouiſio non eſt inconueniens ꝙ ſit in pẽ
35 dulo ex eadem prouiſione regulæ. ¶ †Quod probatur quia no-
na prouiſio venit ad perficiendam illam acceptationem,& pro-
uiſionem quę poterit reſolui in euentum etiam non diligentia-
rum, per nouam etiam promiſſionem conſolidatur , & tollitur
futura reſolutio , & ſic beneficium ſuum pure, vt clare intuenti
declarat Lud.Roma.conſi. ccccxxxiij. Sicut ergo permittitur a
regula pendulitas in prouiſione prędicta infecta , ergo & in eo
per quod peruenitur ad perfectionem ipſius ꝑ regulam. l. ij.ff.
de iur.om.iud.& l.oratio.per contrarium.ff. de ſponſa. facit tex.
in l.penult.ff.de vſufru.quem alle.Fran.Are.in c.de teſtib.in iij.
36 col.de teſtib. & ſic in noua prouiſione. ¶ †Quæ vt dixi perfi-
cit & purificat illam prouiſionem exequutoris pręambulã pro-
batur etiam nã eo ipſo ꝙ papæ in noua ꝓuiſione narratur acce-
ptatio & prouiſio, vigore gratiæ expectatiuę papa inconueniẽn-
ti poteſt percipere ſaltem in genere illum eſſe, vel poſſe eſſe ſu-
biectum regulæ prędictę argumento.l. qui iure militari. de te-
ſta.mil.ſed illã acceptationem & prouiſionem,poſſe eſſe in pen
dulo , deinde mandat prouideri de nouo videtur pariformiter
illam nouam prouiſionem eodẽ modo regulari, & ſicut admiſit
pendulitatem in prouiſione ita & in noua prouiſione, quia di-
ſpoſitio regulatur a ſubiecta materia & propter ſubiectam ma-
teriam diſcedimus a communibus regulis.l.ſi vno.ff.loca.l.d -
ni infecti quidam.ff.de dam.infec.cum vulgaribus, ſicut & ra-
tione perſonę cum verba diriguntur.l.plenum.§. equitij. ff. de
vſufru.cũ his quę plene accumulat Fely.in c. cauſamq;.xij. col.
de reſcrip.& ſic non obſtat.c.ſi tibi.& ſimilis materia de pẽdu-
37 litate.¶ †Non obſtat qđ in cauda regulę,de inſinuatione & pu
blicatione diſponatur ordinarium non poſſe conferre,niſi poſt
menſes elapſos,quia reſpondetur, ꝙ ſi id fuiſſet, de iure fruſtra
papa prohibuiſſet , quia nihil ſuperfluum , vt in vulgaribus . §.
quibus.& verba debent operari.c.ſi papa.l. ſi quando. ergo de-
monſtratur ꝙ niſi papa prohibuiſſet tenuiſſet prouiſio ordina-
ria propter fictionẽ regulę,demum non ſequitur prohibuit or-
dinario , ergo ſibi a quo nunquam abducitur poteſtas iuxta c.
dudum . nam ſi voluiſſet vtiq; ſciuiſſet dicere argumento.c. ad
audientiam.l.j.§.penult. cum vulgaribus.

Pariſius.

SVMMARIVM.

1 *Ordo regula prærogatiuorum obſeruandus eſt.*
2 *Prouiſio facta alicui pendente termino ad acceptandum,nulla eſt in præiudicium illorum qui habent fortius decretum , & numer.3. 14. 20.*
4 *Si habentes fortius decretum non faciunt diligentias gratia haben tium minus reſurgit .*
5 *Reſtitutio intelligitur conceſſa ſine præiudicio tertij.*
6 *Papa non poteſt prouidere de beneficio conceſſo abſenti antequam ille non conſentiat.*
7 *Ex quo illi erat quæſitum ius ad rem .*
8 *Clauſula aliqua tollunt ius ad rem.*
9 *Expectans an præferatur prouiſo à papa uel econtra.*
10 *Intellectus ad capitulum ſi tibi abſenti , & numer. 6. & ſeq. alijs multis .*
11 *Gratia beneficialis æquiparatur ultimæ uoluntati.*
12 *Infra tempus deliberandi alij non poſſunt adire.*
13 *De gratia inualida,mentio non eſt facienda.*
15 *Gratia facta ſub conditione an ualeat .*
16 *Beneficium non debet ad tempus conferri .*
17 *Intellectus regula de acceptando &c.*
18 *Diſpoſitio conditionalis non habet effectum , ante conditionem impletam .*
19 *Actus producens malum effectum non eſt expectandus.*
21 *Ad regulam de pluribus expectan. an minus prærogatiuatus propter non factas diligentias ab alijs præferatur, & beneficium per obitum cuius dicatur uacare & alijs ſequenti.*
22 *Eodem tempore an poſſit eſſe ius quæſitum pluribus in eodem beneficio .*
23 *Verba teſtatoris vel conſtitutionis eundem recipiunt intellectum.*
24 *Contractus uerba differunt ab iſtis.*
25 *Verbum,deficere, quos caſus comprahendat.*
26 *Conditio poteſtatiua habetur pro defecta,quando deficit per caſum uenientem, in perſonam eius qui debet adimplere.*
27 *Mors,uoluntas,negligentia,in quibus æquiparantur.*
28 *Impetrans parrochialis infra annum moriens, antequam fuit prouiſus per ſui obitum facit vacare beneficium .*
29 *Prouiſio facta ab executore inhabili, nihil ualet.*
Acceptatio ſola tribuit ius ad rem .

CONSILIVM CXIX.

1 SVPER Hoc dubio † Pręſuppoſitis priuilegijs po
tioribus nobilium & familiarium immediatorum
apparet dictum Petrum & dictum . A. fortius de-
cretum habuiſſe quàm dictum . B. quia nunquam
pręrogatiuatus antiori etiam nobili qui fuit immediatus fami-
liaris ex ordine literę regulæ prærogatiuatum præfertur,cui or-
dini ſtandum eſt.l. generaliter. §. quid ergo de fideicõmiſſaria
libertate.l.hæredes mei.§.peto.ff.ad Trebell.l.quoties.ff.de vſu
fru.c.ſi quis iuſto.de electio.in vj.& c.mandato.de præb. in vj.
2 † etiam propter priuilegia antiorum ex quo patet quòd proui
ſio.B.facta pendente termino quo Petrus &.A.poterant acce-
ptare habentes fortius decretum fuit nulla.c.quod.de præb. in
vj.& clem.cũ ei qui.§.ſecus.de conceſ.præb.Oldr.cõſi.cxxxvij.

Plur e

3 Plures ſunt. † & conſil. cccvj. Quamuis pater reuerende. cum
conſi.ſequen.& deciſio in antiq. quæ eſt.xxxiij.in tit. de cõceſ.
præb.Primus & ſecundus in dat.alias. dcccaaxiij.& deciſio Biſ-
gneti,prima,eo.tit.& Aegidius deciſ.ccccclxviij.Si primus.& cõ
ſil.Card.cv.& deciſio. vlt. in tit. de præb. quæ eſt Biſgneti, nec
obſtat ſi dicatur ꝙ inualidatio acceptantium habẽtium fortius
decretum propter non factas diligentias facit gratiam reſtrin-
gere illius qui habet minus decretum iuxta regulam cancella-
4 riæ,quia ideſt in dicta regula propter verbum,perinde, † quod
denotat fictionem.l.iure ciuili.ff.de cond.& demon.& l.ſacrile
gij. ff. ad legem Iuliam pecul. in quem dicit regula ꝙ potiori-
bus deficientibus in diligentijs minus prærogatiuorum proui-
ſion. effectus habeantur perinde ac ſi illi non feciſſent prouide-
5 ri, † iſta fictio ſeu retrotractio non præiudicat rei medio tem-
pore mutatæ.c.quãuis.de reſcrip. in vj.l.quod ſi minor.§.reſti-
tutio.ff.de mino.l.fi.ff.de pactis.l.Pantonius.ff. de acquir. hæ-
red.not.Cy.in vj.q.io l.fi.C.ad Maced.facit.c.ſi pro te.de reſcr.
lib.vj.& ſic non fiet præiudicium prouiſio.F.medio tẽporis fa-
ctæ, quanto magis quia oſtenditur de diligentijs illorum can-
6 toris & nobilis,& ſic ceſſat regula de acceptando. † Non obſtat
ſi diceretur ꝙ prouiſio.F.non debebat tollere acceptatum præ-
fato.B.& eius prouiſionem quæ propter ſpem defectus diligen-
tiarum illorum potiorum poterat effectum habere, ſicut dici-
mus in c.ſi tibi abſenti.de præb.in vj. vbi habetur ꝙ antequàm
abſens conſentiat prouiſioni, ſi eſt dictum beneficium impetra
7 tum etiam a Papa ꝙ impetratio non valet. † Quia reſponde-
tur,ideo in dicto.c.impetrando nõ tolleret ius ad rem illi abſen
ti quæſitum, etiam ſi eſſet clauſula, ſi alteri non eſt ius quæſitũ,
quæ in illo caſu intelligitur de iure quæſito ad rem, vt tradit La
pus,& Pet.de Anch.& doct.in d.c.ſi tibi in pluribus verſiculis.
& ibi etiam Bened.Capra, quia ſumus in illo, qui in totum pri
uaretur ſi eius ius ad rem tolleretur, ſed nos ſumus in caſu quo
conſeruarentur expectatiua veriſimiliter tempore impetration.
F.ipſi.B.quo ad alia beneficia propter clauſulã acceptandi.iuxa-
ta elegãtem deciſionem in nouiſſimis quæ eſt.ccaliiij. Licet de
8 more.in tit.de præb. ¶ † Suffragabuntur ergo clauſæ conſue-
tę,quæ in impetratione.B.F.ſunt poſitę eius,videlicet clauſula.
Nõ obſtantibus literis aliorum ſpecialibus generalibus, vel ſpe
cialibus quibus quo ad hoc beneficium volumus eundem an-
teferri,ſed non quo ad alia præiudicium generari, quæ induci-
tur vt tollat ius ad rem, etiam per acceptationem quæſitum vt
tradit Card.conſil.laj.Caſus ſunt quo conſilium, in fi. & Io. de
Imo.poſt Card.in antepen col.c.inter cætera.de præb. & Ioan.
And.& Dominicus in c.ſi poſtquàm in vlt.col. & in c.dudum.
9 in iij.col. de præb. in vj. † Nec obſtat deciſio vlt. quæ incipit,
vtrum innocentiam.in tit.de rer. permut. in nouiſ. quia loqui-
tur inter duos expectantes, nos de expectante ex vna parte, &
prouiſio a Papa ex alia inter quæ eſt differẽtia cap.duob. de re-
ſcrip.iuncto.c.ſi a ſede.de præb. in vj. Secundo reſpondetur ad
10 dictum.c. ſi tibi abſenti. † ꝙ ibi valebat prouiſio quatenus re-
ſpiciebat cõferentem,qui poteſtatem habebat cõferendi. adeo
ꝙ non licebat variare ei,& ab ea recedere ut ibi patet per illam
rationem, quia cum habeamus ꝙ optione ſemel facta non li-
cet variare.l.apud amphidium.ff.de optione leg. & l. ſerui ele-
11 ctione.de leg.j. † Et gratia beneficialis vltimæ voluntati æqui-
paratur.c.autem.de conceſ. præb. in vj.non licebit dico varia-
re,quam ſimilitudinem facit Ioan. Monacus. & Ioan.And. ibi,
vt refert do.Gemin.in d.c.ſi tibi abſenti.col.iiij.verſi.ſed quæ-
ro.qui etiam eadem col.aſſimilat illum abſentem in tit.illi qui
eſt infra tempus deliberandi,infra quod alius adire non poteſt.
l.quandiu.ff.de acquir.hæred.l.j.§.hue.ff. de ſucceſſ.edict. me-
rito in d.c.ſi tibi,collatio alteri facta non tenet. At in caſu.F.B.
12 non præceſſit colatio valida. ¶ † Etiam ſi poteſtatem collato-
ris,ideſt executoris,qui.B. cõtulit reſpicimus, quia eius manus
propter fortius decretum ſunt ligate. d.c. quod. de præben. in
13 vj.& dicta clem. cum ei qui.§. ſecus. † & ſic cum fuerit inuali-
da, de ea mentio facienda non fuit.c. non præſtat impedimen-
tum.de reg.iur.in vj.& quod habetur in c.ex tenore. de reſcrip.
& quod tradit deciſio.in nouiſ. cccx. Si reus & poſſeſſor. & de-
14 ciſ.Aegid.dec.& Old.conſi.ccxcix. ¶ † Nam pendente termi-
no potiorum aut prouiſio. F.B. fuit facta ſimpliciter & non ua-
let,quia dicitur acceptaſſe beneficium alteri debitum.l.penult.
C.de edi.diui Adria.toll.ibi,qui primo loco inſtitutus eſt indu
ci in poſſeſſionem debet.l.ſi quis ſeruum §.decretum.ff.de leg.
ij.& cap.cum in eccleſi.& cap.ſi poſtquam.de præb.in vj. & no
tat glo.in verbo proximo.in c.tibi qui.de reſcrip. in vj. ant fuit
facta ſub conditione.& non valet cap.actus legiti.de reg.iur.&
15 in c.ij.de electio.in vj. ¶ † Nec potuit duraſſe dicta prouiſio.B.
vigore expectationis ſibi factæ donec illi potiores acceptarent,
16 & diligentias facerent. ¶ † Quia beneficia non debent ad tẽ-
pus conferri lv.diſtinctio.cap.præcepta.& vj.q.j.paſtor. vt not.
glo.in c.veniens. de filijs presby. & in c. ſi gratioſæ. de reſcrip.
in vj.Prout quæ non obſtabunt verba dictæ regulæ cancellarię
de acceptando iure quæ dicere videntur ꝙ infra tempus potio-
rum poſſint minus prærogatiuati ſibi facere conferri,quia intel
17 ligitur de collatione facta inualida. ¶ † Nam ſi diceremus qđ
tribuiſſet talis collatio ius,iam potiores non potuiſſent tale be
neficium acceptare vtpote non vacans.cap. fi. de conceſ. præb.
c.qui de non.& c.nulla.de conceſ.præb. & patet ꝑ regulæ præ-
dictæ induxerunt ꝙ acquiratur ius,non ex tunc, ſed a tempore
collationis infra tempus potiorum factæ minus prærogatiua-
to,quia ponit conditionem regula ꝙ ſortiantur effectum ſi illi
potiores in diligentijs defecerint,conſtat autem quod antequã
diſpoſitio ſortiatur effectum,prius debet cõditio impleri.l.qui
18 hæredes.§.placentius.ff.de cond.& demon. ¶ † Facit textus ad
propoſitum in l.j.§.quibus.ff.de ſucceſſ.edic.ibi, ſi quis eorum
dari ſibi voluit tunc cæteris bon poſſeſſ.perinde competit. ac ſi
prior ex numero non fuerit,ponderando dictionem,tunc.l.iiij.
19 ff.de cond. & demonſt. ¶ † Prout etiam reſpõdetur ad dictũ c.
ſi tibi abſenti.ꝙ ibi impetratur actus qui non induxit triſtem euẽ-
tum,ſed voluntatem acquirentis hic deſiderat triſtem euẽtum,
ſcilicet annullationem acceptationum potiorum quod eſt con
20 tra.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verb.oblig. ¶ † Poteſt au
tem & aliter reſponderi ꝙ in c. ſi tibi . eſt prouiſio conditionia
quæ dependet a voluntate illius cui fit prouiſio. l. ſi ita legatũ.
§.illi ſi vollet.de leg.iij. non autem ſumus in conditione proui-
ſionis.B.quæ dependebat ad eam validantem ex caſu tertij pu-
ta potioris non facientis diligentias, & ſic non impeditur ante
euentum conditionis gratia alteri medio tempore facta, d. c. ſi
pro te.vbi poſt Ioan. And. tradunt doctores in ij.col.qui alleg.
glo. in verſic. executorem in d.c. cum ei quem, & ſic videtur ex
prædictis gratiam & prouiſionem.B.eſſe validam. ¶ Et vlterius
ad illud vtrum per obitum quondam Ioan. qui erat familiaris
Papæ,& ſcriptor apoſtolicus,& dictos canonicatum & præben
dam acceptauerat,nulliter tamen fecerat ſibi per laicum proui
deri,& ante factas diligentias obijt, per cuius obitus.N.impe-
trauit dictos canonicatum & præbendam, præfatus vero.E. li-
cet habeat minus decretum, tamẽ propter dictas diligentias ꝑ
præfatum Ioan.non factas pretendit vigore gratiæ ſuæ expecta
tiuę acceptationem & prouiſionem, & regulæ de pluribus ex-
pectantibus,quod propter defectum prouiſionis dicti Io.remã
ſerit ſua acceptatio & prouiſio valida,nec per obitum dicti Io.
21 fuit inducta a vacatio. ¶ † Quod profecto uidetur eſſe iuri con
ſonum & ex mente Papæ in dicta regula uidetur eſſe expreſſum
& comprehenſum coniungendo regulam præcedentem de pu-
blicandia in fine in qua equiparantur deficientes & negligẽtes
ibi,deficere uel negligentes eſſe contingerit &c.& dictam regu
lam de pluribus expectan.dum dicit ꝙ ſi potiores defecerint in
diligentijs perinde habeatur,ac ſi non acceptaſſent,nec cenſeã
tur beneficia huiuſmodi ſic acceptata ex perſonis eorundẽ ac-
ceptantium & ſuas acceptationes non publicantium uel nõ in-
timantium poſſeſſoribus eorundem vel alias diligentias non fa
cientibus vt tenebantur quouis modo vacare ex quibus uerbis
colligitur ꝙ in omnibus acceptationibus ex acceptatione &
prouiſione quæritur ius gradatim & ſubordinatur in beneficio
acceptando,tamen eius effectus eſt in impendulo,& per exclu-
ſionem primi potioris propter defectum diligentiarum ſtatim
corroboratur ius ſecundi,& fit potẽtius & ualidius reſpectu ter
tij,& propterea eo ipſo quod potentior,primus non fecerit ſuas
diligentias,aut propter defectum potentiæ,quia ceſſerit,uel ꝑ-
pter defectum uoluntatis,quia neglexerit,tũc incontinẽti ſub-
intrat ſecundus,nec aliquo momẽto datur vacatio,& cõſequen
ter non poteſt dici quod per obitum primi deficientis,ante dili
gentias factas inducatur noua vacatio. Quinimmo ius quæſitũ
primo per acceptationem & prouiſionem, cenſetur eſſe condi-
tionale,ſi ſequantur reliquę diligentiæ ſtante dicta regula per-
miſſiua acceptationum & prouiſionum plurium expectantium
diuerſimodo prærogatiuarum,alias enim ſi dictum ius non cen
ſeretur conditionale ſequeretur inconueniens quod eodem tẽ
pore eſſet quæſitum ius pluribus in eodem beneficio quod etiã
non

non poteſt.l. ſi vt retto.§. ſi duobus vehiculum.ff. commodati.
22 & nota.in regula beneficium in vj. ¶ † Hoc ergo præſuppoſito
dico ꝙ vbicunq; eſt appoſita conditio reſolutiua actus purè fa
cti,ſi ante euentum conditionis ille deceſſerit ius reſoluitur nec
tranſmittitur ad hæredes ex perſona defuncti, vt eſt bonus tex.
in l.ſi legatum purè. ff.de adimendis legatis.&in l.quibus die-
bus.§.quibus diebus.&.§.quidam Titio.ff.de cond.& demon.
ex quibus probatur,ꝙ in vltimis voluntatibus conditio reſolu
tiua poſt legatum purè factum appoſita facit ipſum conditio-
nalem ergo idem in dicta condstione reſolutiua appoſita in di
23 cta regula & conſtitutione. ¶ † Quia verba teſtatoris & legum
conditoris eundem recipiunt intellectum , vt eſt tex. quem ad
hoc ibi notat Angelus in l.ſiquis legauerit Titio.de lega.j.& in
l.ſi ita fuerit.in §.fina.de manumiſſis teſtamento. & notas Gu
lielmus de Cunio in l.ſi cum.in §.fi.ff.ſi quis cautio Bar.in l.cē-
teſimis in §.fi.ff.de verb.obli.& Bal.in l.quoties.C.de fideicō.
24 ¶ † Nec obſtat tex.in l.j.& ij.ff.de in diem adiecti.vbi conditio
reſolutiua contractus reddit contractum conditionalem, & il-
la iura loquuntur in contractibus qui ex voluntate contrahen-
tium perficiuntur & ſunt firmiores quàm vltimæ volūtates vel
conſtitutiones quæ a voluntate teſtatoris,vel principis depen-
dent,& ad libitū reuocari poſſunt,vt notāt ibi doctores. ¶ Præ
terea conſideratur quod ſi diceretur ius quæſitū eſſe primo pu-
rè, & non conditionaliter ſequeretur quod nō poſſet quæri ius
ſecundo ex acceptatione, & prouiſione tunc temporis facta, ſi
primus in diligentijs defecerit quod eſſet opus noua prouiſione
facienda poſteriori in prærogatiua,cuius contrarium diſponi-
tur in dicta regula inquantum in ea dicitur quod prouiſiones
prius factæ ſuum ſortiantur effectum , & conſequenter ambæ
prouiſiones ſunt in ſuſpenſo , donec appareat de diligentia vel
25 negligentia primi. ¶ † Nec videtur fienda differentia vtrum
omiſſio diligentiarum ſit cauſata ex negligentia primi , vel ex
caſu mortis,quia dicta regula de publicandis inquātum loqui-
tur per verbū,deficit,uel negligens fuerit, videtur vtrumq; ca-
ſum comprehendere,& verbum defecerit, poteſt etiam caſum
negligentiæ & mortis comprehendere, ut notatur in l.j.de in-
26 ſtitu.& ſubſtit.ſub conditio. factis. ¶ † Et conditio poteſtatiua
deficiens per caſum venientem in perſonam eius qui debet im-
plere habetur pro defecta,vt notatur in l.ſub diuerſis.ff.de con
27 ditio.& demonſt.& ꝑ doct.in l.ij.C.de inſtit.& ſubſtit. ¶ † Præ
terea mors & voluntas vel negligentia æquiparatur ad effectum
deuoluēdi,ſeu ſubleuatione obſtaculi prioris habentis alias me
lius ius,vt notatur in.l.vnica.C. quando non petentium partes
in l. meminimus in §.fi.C.de legitimis hæredibus . & in §. pen.
inſtituta de bonorū poſſeſſione. ergo in caſu prædicto ſiue defi
ciat ex negligentia , ſiue ex impotentia debet habere locum di-
ſpoſitio dictæ regulæ de pluribus expectā. quæ in eorum fauo-
rem fuit edita , vt quàm citius poſſent effectum ex gratia con-
ſequi , & ſi in caſu negligentiæ voluit tollere obſtaculum primi
expectan.multo magis in caſu mortis debet habere locū , quia
de alterius præiudicio non tractatur, & magis fauendum eſt ſe
cundo expectan.cui erat quæſitum ius in beneficio per accepta
tionem & prouiſionem quàm præfato Stephano nouiter impe-
tranti qui tempore acceptationis & prouiſionis præfati,E,nul-
lum ius in dictis canonicatu & præbenda prætendere poterat.
28 † Nec obſtat quod opponitur ex aduerſo de.c. licet cano. iun-
cto.c.commiſſa.de electionibus in ſexto, vnde impetrans paro
chialem ſi moritur infra annum antequam ſe fecerit promoue
ri vacat ex perſona ſua &c.quia reſpondetur,ꝙ in dicto caſu nō
datur concurſus plurium ad idem beneficium eodem tempore,
nec dabatur ſuſpenſio vtriuſq; iuris & fortificatio ſecundi ex-
pectan. per remotionem primi impedimēti & propterea indu-
citur nouatio & ius diſponit. ꝙ per lapſum anni ſit priuatus er
go ſi ante deceſſerit nō erat priuatus & ſic inducitur vacatio ꝑ
29 obitum ipſius ante annum,ꝙ ſecus eſt in caſu noſtro. † Vltimo
conſideretur ꝙ præfatus Ioannes dici potuit negligens etiā an-
te obitum in quantum fecit ſibi prouideri per laicum & licet di
ctus actus prouiſionis ſit reiterabilis tamen conſtat de eius ne-
gligentia inquantum eligit inhabilem ad prouidēdum & ſic re-
manſit ſimplex acceptatio quæ ſolum tribuit ius ad rem nō au-
tem in re,vt notatur per doct.in cap.ſi tibi abſenti. de præb. in
vj.& in cap.fi.de conceſ prębendę.ergo non videtur, ꝙ ex per-
ſona præfati Ioannis potuerit induci noua vacatio & cōſequen.
præfat.E. erit potior in dicto canonicatu & præben. de quibus
agitur.

Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Citari perſonaliter quis non poteſt regulariter.*
2 *Ita tamen citatus , per ſe debet comparere non per procuratorem.*
3 *Citari ad perſonaliter comparendum , poteſt quis , omni caſu per papam.*
4 *Ita & per delegatum papæ ſi ſpecialiter eſt ſibi commiſſum , & numer. 5.*
5 *Et in citatione inſeri debet tenor poteſtatis.*
6 *Citari quis poteſt ad perſonaliter comparendum in cauſa criminali.*
7 *Talis cauſa , cuius qualitatis debeat eſſe.*
8 *Crimen legis iuliæ de vi publica,quando committatur,*
9 *Pœna dicti criminis quæ ſit.*
10 *Crimen commiſſum violenter congregata, & coadunata gente, cū armis,an ſapiat ſpeciem criminis læſæ maieſt.*
11 *Ita citati , & non comparentes poſſunt excommunicari, & ab eis pœna exigi.*
12 *Informatio capta ſufficit ad decernendam talem citationem.*
13 *Quæ cauſæ excuſent à dicta comparitione.*
14 *Conatus ad delinquendum punitur quando &c.*
15 *Conatus perficit crimen.l. iuliæ de vi publica.*
16 *Executor excedens mandati fines malè dicitur procedere.*
17 *Et debuit ſeruare formam traditam à doc. cum reperijſſet alios poſſidere.*
18 *Clauſula ammoto quolibet,non tollit ſurreptionem.*
19 *Excommunicatio timenda eſt.*
20 *Excommunicati celebrantes vel facientes celebrare vel audientes diuina incurrunt irregularitatem.*
21 *Abſolutio habita à non habente poteſtatem nulla eſt.*

CONSILIVM CXX.

1 REGVLARITER † Quis non poteſt citari ad
perſonaliter comparendum.c. querelam. de procu-
ra.l.j.ff. eodem titu. tamen quando citatus eſt quis ,
2 vt perſonaliter compareat, † debet per ſe, & non per
alium comparere.c.cupiētes.§. quod ſi per viginti. de electioni.
lib.vj.c.j.de iudicijs,eod.lib.c.cum dilecta , de reſcrip. c.finali.
3 de accuſa. ¶ † Et licet vt diximus talis citatio regulariter non
poſſit fieri tamen fallit in Papa qui indiſtinctè in omni caſu po
teſt citare ad perſonaliter comparendum.c.cum dilect. de do-
lo,& contuma. glo.in c.fin.de maior. & obed. gloſſ. & doct.in
4 dicto cap.j.de iudicijs. ¶ † Eodem modo, & delegatus Papæ,cū
ſpecialiter eſt data dicta poteſtas , poteſt citare ad perſonaliter
comparēdum,vt notatur per omnes,in dicto cap. primo, & per
5 glo.& alios,in d.c.fi.cum concord. ¶ † In caſu noſtro reuerēn-
do vicario vrbis data eſt ſpecialis poteſtas a Papa citandi modo
prædicto,vnde bene fieri potuit, & citati ꝑſonaliter debent cō
parere cum citati appareant inſerto tenore poteſtatis prædictę
iuxta notata per Imolam in c.cæterum,de iudic. & in c. cum ſit
6 generale,de for.compe.cum ſim. † Præterea in cauſa criminali
in qua non poteſt interuenire procurator, citari quis poteſt ad
perſonaliter comparendum text.gloſ.& omnes in d.c.j.gl.in di
cto c.fi.Rot.in aucten.dccxxiiij.Modern.in tract.de citatione,
xx.q.princ.artic.xv.cauſa iſta criminalis eſt , item & criminali-
ter intentata iuxta notata,per glo. & doct. in dicto cap.j. ergo.
7 ¶ † Non obſtat ſi diceretur ꝙ debet eſſe criminalis cauſa,& ta-
lis quæ inferat pœnam corporis afflictiuam, ita ꝙ in ea non poſ
ſit interuenire procurator iuxta nota.in c.veniēs,de accuſatio-
nibus,& in l.penult.§.ad crimē.ff.de pub.iud.nam præſens cau
8 ſa talis eſt,vnde. ¶ † Quod deducitur,nam congregata, & co-
adunata gente,crimen prędictum commiſſum apparet violen-
ter,& cum armis conſequenter ſapit crimen.l.Iuliæ. de vi publi
ca.ut notatur in l.In eadē.ff.ad l.Iuliam de vi publica. in princ.
& in l.vti ne,& l.qui dolo malo,verſic.hac lege,eod.tit.pulchre
ꝑ Andr.de Iſern.in conſtit.reg.comes,ſub rubr.de his q in reg.
quær.mo.& in conſtitutione,intentionis,de illicita portione ar
morum,ſi crimen eſt leg.iul.de vi publi.in eo non poteſt inter-
9 uenire procurator, † cum pœna dicti criminis ſit quandoq; ca-
pitalis,vt dicit textus in.l.penult.ff.ad legem Iuliam de vi pub.
quandoq; interdictio aquæ,& ignis,vel deportatio, vt dicit tex
tus in l.qui dolo.§.fi.eod.tit.vbi gl.& tex.inſti. de publicis iudi
cijs.§.itē.l.Iuliæ de vi. ſi talis eſt pœna nō admittitur igitur ꝓ-
curator,vt concludunt oēs in d.c.veniens, & in d.§.ad crimen.
merito itaq; potuit fieri talis citatio ad perſonaliter comparē-
dum.

10 dum. † Nec eſſet ponere os in cœlum dicere hoc crimen ſape-
re crimen læſę maieſta.iuxta no.in extrauag.qui ſint rebelles,&
in puncto per Pau.de Caſt.in l.ij.cum ibi no.C.de epi. aud. &
11 per Card.in cle.paſtoralis. de re iud. † Ad quæ deciſio.Rot.in
not.cclaaij.licet contra quæ in puncto loquitur cum cõtra prę
dictos delinquentes propter enormitatẽ delicti & ſcãdali exor
ti in partibus & ad terrorem aliorum , & ne ſimilia perpetrẽtur
& vt magis per eorum reſponſionem veritas habeatur,legitimè
potuit dicta citatio fieri & eum facta ſit,ſi perſonaliter non cõ-
pareant poſſunt excommunicari,& pœna exigi vt notatur in di
12 cta deciſio.Rot. † Eo maxime cũ de p̃dictis criminibus fuerit
capta informatio & per eam de ipſis conſtet,quæ ad dictam ci-
tationem decernendam capi potuit etiam ipſis non citatis , vt
vult Rot.in no.deciſ.cccclxxvij.& per Bellemer.deciſi.dccvij.
13 cum concor. ¶ †Nec ipſis obſtat allegata excuſatio delinquen-
tium, ex quo cauſæ per ipſos allegatæ ad perſonaliter non com
parendum non ſunt in facto verę nec in iure ſubſiſtunt,vt dicit
Calde.conſi.v.ſub tit.de dilati.& Phil.Fran.in d.c.j. de iudicijs
14 in fine col.j. ¶ †Minus etiam obſtat ꝙ fuerit ſolus conatus , &
ad effectum non deductus, nam conatus ad delinquendum re-
gulariter punitur quando non fuit ſimplex,ſed vltra deuentum
fuit ad actus exteriores & propinquos.vt in præſenti caſu p no
ta.p Bal.in l.non ideo minus.C.de accuſa.col.vij.verſi.vj.quæ-
ro.& in l.ſi quis non dicam rapere.de epiſc.& cleric. & per Fe-
15 ly.in compendio quando puniatur conatus in fallen.† Propte-
rea conatus in caſu noſtro inducit crimẽ leg.iul.de publi.vt di-
cit allegata.l.in eadem.in princ.& d.l.vti ne.& d.l.qui dolo ma
lo.verſi.hac.l.per quæ iura clare patet, ꝙ talis conatus perfecit
16 delictum,& meretur pœnam,vt.s̃. † ſumus igitur In delicto cõ
ſumato non attentato,& reuerendus epiſcopus Iulianus,aſſer-
tus exequutor male proceſſit , cum fines ſui mandati exceſſerit
iuxta nota.in c.cum olim.de offic. delega. & vulga.l. diligenti.
17 ¶ † Eo maximè quia cum reperiſſet alios poſſidere nõ debuit
procedere vti proceſſit, ſed ſeruare formam traditam per Imo-
lam in c.propoſuit. in fi.de conceſ.præb.etiam quia parte poſ-
ſidente & non vocata , proceſſit iuxta notata per Archidia.xij.
18 q.ij.c.q.& per Rotam in antiq.deciſ.clxxxviij. ¶ †Nec excuſat
ipſum clauſula ammoto quolibet &c. Nam ſurreptionem non
tollit,vt tenet Lap.in allega.xv.& Moder.in c.in noſtra. de re-
ſcrip.in xxxvj.col.& in c.licet in corrigendis.de officio ordi.cũ
19 ſimi. † Et aduerſarij excommunicati ab ordinario debuerunt il
lam timere cum timẽda ſit , ſiue iuſta ſiue etiam iniuſta eſſet.xj.
q.iij.c.ſententia.c.quod ſuper his. de fide inſtrumentorum.c.p.
20 tuas de ſententia excommunicationis.cum concor. † Et ita ex-
communicati celebrantes vel facientes celebrare,vel audiendo
diuina irregularitatem incurrerunt gl.in clem.j.de priuilegijs.
21 plenè per Moder.in d.c.ad audientiã.ne cleri.vel mona. † Nec
eis opitulatur aſſerta abſolutio , tum quia facta a non habente
poteſtatem.iuxta notata in c.prudentiam.de officio delega. tũ
quia parte non citata c.olim.ea lite.de reſcr.c.propterea.de of-
ficio ordinarij. vbi Modern.alia adducunt. Paſiſius Romę.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor ſoluere tenetur quod tenebatur principalis.*
2 *Et ſatis eſt liquidare debitum principalis a iudicio agitato contra fideiuſſores.*
3 *Fideiuſſores ſoluere quicquid talem debere conſtiterit , neceſſe eſt debitum liquidari viuo debitore non poſt mortem.*
4 *Ex diuerſis non bene infertur.*
5 *Intellectus.l.qui Romæ paragra.augerius.ff.de verbo.obli.*
Et procedit quãdo fideiuſſor conſiderauit tẽpus futurũ aliàs ſecus.
6 *Et ſi promiſerant ſoluere debitum, de quo iam conſtabat tenentur.*
7 *Verbum,conſtiterit,qualiter capiatur.*
8 *Reſiduum,quod tempus reſpicit.*
9 *Et quid ſi viuo debitore,conſtaret de debito.*
10 *Conſtare de debito,ex quibus dicatur.*
11 *Inſtrumentum publicum , legitimam inducit probationem.*
12 *Si mortuo debitore liquidatio fuit facta contra fideiuſſores,an ſufficiat.*

CONSILIVM CXXI.

ISTI Fideiuſſores Antonij,Iulius in quadraginta,
& Bernar. in reſiduo,quod Ioannes debebat conſe
1 qui a dicto Anto. † inſpecta forma & verbis fide-
iuſſionis tenentur dicto creditori ſoluere reſiduum
ad quod tenebatur Anto.principalis debitor.l. vbi autem non
apparet.§.qui vero.ff.de verb.obli.& ferè per totum titulum.ff.
2 C.inſti.& extra de fideiuſ. † & ſatis eſt liquidare debitum prin-
cipalis in iudicio agitato contra fideiuſſores per ea quæ latè ha-
bentur in auc.præſenti.C.de fideiuſ.cum alijs concordantibus.
& per Soc.in §.augerius in.l.qui Romæ.ff.de verbo.obli. in ca-
ſu præſenti concurrunt prædicta,conſequenter effectualiter te-
3 nentur. † Solum contra Ioannem principalem obſtare videt tex.
& ibi docto.in d.l.qui Romæ.§.augerius.de verb.obli. vbi com
muniter concluditur ꝙ ſi quis fideiuſſit ſoluere quicquid talem
debere conſtiterit &c. ſi debitum nõ fuit liquidatum viuo prin
cipali debitore, fideiuſſor eſt liberandus dato ꝙ poſtmodũ de-
bitum fuerit liquidatum contra hæredes, debitoris in caſu no-
ſtro,verba præſentis fideiuſſionis ita ſonare videntur, unde Iu-
lius & Bernar.fideiuſſores cenſentur liberati,& nõ debent tene
ri, cũ Io.creditor viuente Antonio principali debitore non li-
quidauerit debitum,& licet motiuum prima facie videatur ob-
ſtare Io.creditori. & ſit uerum in terminis in quibus loquuntur
doct.tamen conſideratis uerbis fideiuſſionis in puncto non mi
4 litat,nec obſtat Ioanni. † Termini enim ſunt ſatis diuerſi ex q-
bus non bene infert vulga.l.Papinianus exuli ff. de minoribus,
5 & vulga.§.nihil cõmune. † Diuerſitas oſtenditur & clare , nam
d.§.& omnes doctores.ibi loquuntur quando fideiuſſor promi
ſit ſoluere quicquid conſtiterit talem debere &c.& ſic in futurũ
& conditionaliter.Nam tempore fideiuſſionis nõ conſtabat de
debito, ſed debebat conſtare in futurum poſt fideiuſſionem da
tam , ideo illa conditio quæ futurum tempus reſpiciebat debe-
bat adimpleri in forma ſpecifica, & ſic viuente principali debi-
tore,& non poſt mortem ita declarat glo.ij.d.§. augerius , illud
uerbum,conſtitiſſet.ſcilicet in futurum & conditionaliter eidem
firmant Bar.Bal.Ang.Alex.Are.& Moder.omnes in d.§.auge-
6 rius in ſummario.& in glo.ij. † Sequitur ex iſtis ꝙ ſi fideiuſſo-
res promiſerunt ſoluere debitum,de quo tunc conſtabat in præ
teritum uel in præſenti , ꝙ tunc non procederet.d.§. augerius.
nec dicta doctorum ibidem , quoniam illa ſtipulatio & fideiuſ-
ſio in præteritum, vel in præſenti ſortita fuiſſet effectũ , & tan-
quam pura eſſet validiſſima,& fideiuſſores tenentur qũocunq;
& qñcunq; debitũ fuiſſet liquidũ ſiue in vita , ſiue poſt mortem
debitoris principalis,vt eſt tex.ad literam in d.l.vbi autem non
apparet,in verbo,qui vero a Titio, & tex. in l. cum ſtipulamur.
ff.eodem tit.de verb.obli.cum ſimi.quando enim fideiuſſor p-
mittit ſoluere illud quod debet in præteritũ,vel de præſenti de-
bitor principalis ſemper tenet, ſiue ſit facta liquidatio debiti vi
no debitore,ſiue poſt eius mortẽ dictis iuribus,& in pũcto poſt
alios doctores eſt deciſio Alex.in d.§. augerius col.ij.verſic. in
7 glo. ſuper verbo extitiſſe, † vbi ſecus ſi conſtitiſſet de debito tẽ
pore ſtipulationis in dicta aucten.§.augerius,verbum conſtite-
rit capitur in futurum,quoniam erat verbum dubium, & in præ
teritum vel de præſenti non poterat verificari vt tenent omnes
doct.ibi in glo.ij.& in ſummario, at quando verbum eſſet cla-
re in præteritũ uel in præſens, & dictis temporibus poterat veri
ficari ceſſat diſpoſitio.d.§.augerius,& procedit tex. in d.verſic.
ſi uero,& d.l.cum ſtipulamur, & doctri. Alex.ubi.ſ. poſt alios.
8 † in caſu præſenti dicti fideiuſſores promiſerunt ſoluere omne
reſiduum quod Io. debet conſequi ponderetur verbũ, reſiduũ,
ergo debitum erat de præterito,& de præſenti,& de illo conſta
bat per ſcripturas publicas ad quod.l.ij.C.de hæred.inſtit.pon-
deretur etiam verbum,debet,quod eſt de præſenti, & validum
vt in puncto eſt tex.in l.vbi autem non apparet, verſi. qui vero.
ibi,debet,cum alijs concordã. vnde cum fideiuſſores promiſe-
rint purè & ſimpliciter ſoluere debitum quod erat de præterito
uel de præſenti tenentur ad illud ſoluendum ſiue ſit liquidatũ
uiuo debitore, ſiue poſt mortem ut notatur in iuribus allega-
tis.ceſſatq; diſpoſitio dicti.§ augerius,& doctri. de qua ibi per
doctores,q loquũtur in terminis i quibus loquitur uidelicet qñ
9 fideiuſſio fuit facta in futurum † & conditionaliter,& ſic extra
caſum noſtrum debet intelligi ſm ꝙ intelligit Bar. ibi,circa fi-
nem,uerſi.& ita ſi cõnſtitiſſet,& omnes docto. eum ſequuntur,
quando uiuo debitore de debito non cõſtaret,ſed ſi uiuo eo cõ
ſtaret nõ procederet in caſu noſtro de debito Antonij debito-
ris,eo uiuo conſtabat fideiuſſores itaq; non ſunt liberati, ſed te
10 nentur. ¶ †Et ꝙ conſtaret de debito viuo Antonio patet p in-
ſtrumenta publica in terminis autem. d.§. augerius. de debito
dicitur conſtare nedum quando conſtat per ſniam , ſed etiam ſi
conſtat per alias probationes legitimas,ita Alex. ibi colũ.ij. in
apoſtil

apoſtilla ſone lite a verſic.in tex.ibi debere conſtitiſſe, hoc idē
ſequitur Aretinus ibi in verſi.ſi tamen iſta clauſula, Idem ſequi
tur ibi Iaſ.col.ij.verſi.in textu ibi debere conſtitiſſe, & idem fit
mat ibi dominus meus Socinus in iij.notabili qui doctores alle
gantes leges & cotas volunt ꝙ in præſenti caſu conſtare de de-
11 bito dicatur nedum per ſententiam, † ſed etiam per alias le-
gitimas probationes, contra dictum Anto.debitorem, eo viuo
conſtabat de debito per inſtrumenta publica quæ legitimā ꝓ-
bationem inducunt, vt in.l.j.vbi doctores.C.de fide inſtru.& ꝑ
Bal.in rub.ibi,& Canoniſtas extra de fide inſtrum.in rubr.cum
concord.de quibus in c.licet cauſam.de probat. per om.neceſ-
12 ſario igitur concluditur dictos fideiuſſores teneri. ¶ †Prout &
tollitur diſpoſitio.d.§.augerius. ex his quæ dicit Iaſ. ibi col.iiij.
ponendo nouum intellectum ad illum tex.volens ꝙ ideo ibi fi-
deiuſſores non tenentur eo quia liquidatio debiti nedum non
fuit facta viuo debitore, vt ſupra ſed etiam eo mortuo, non fuit
facta contra fideiuſſores, ſed tantum contra hæredes debitoris,
vnde ſi facta eſſet mortuo debitore contra fideiuſſores teneren
tur fideiuſſores & non procederet diſpoſitio tex. ibi in caſu no
ſtro contra fideiuſſores facta eſt liquidatio ergo.

P. Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Solutio facta illi qui erat inſtitor, & etiam ſocius, quo nomine cen*
ſeatur facta & num.14.13.
Habens poteſtatem vendendi videtur habere poteſtatem recipien
di precium.
2 *Propoſito alicui negotiationi, bene poteſt ſolui.*
3 *Qui videt & patitur ſolui alicui, vt inſtitori, approbare id vi-*
detur.
4 *Solutio prædicta fuit ualida & liberationem præſtitit, & nu.14.*
5 *Idem ſi pecunia ſoluta verſa apparet in vtilitatem principalium.*
6 *Solutio in dubio applicari poteſt facta in caſum eligendum per de-*
bitorem.
7 *Vel in debitum antiquiſſimum & vetuſtius.*
8 *Vel in debitum cuius dies ceſſaret tempore ſolutionis.*
9 *Vel in debitum durius.*
10 *Vel in debitum grauius.*
11 *Vel in debitum efficacius.*
12 *Vel in illud quod erat pœnale, ſi non ſolueretur.*
13 *Contractus vnus non alteratur per alium geſtum inter alios.*
14 *Vel ad aliud quod poterat exigi.*

CONSIL. CXXII.

1 IN CAVSA † Iſta prima datur difficultas, an iſti
principales debitores rectè & legitimè potuerint ſol-
uere Sigiſmundo, & ex ſolutione illi facta cenſeātur
liberati, & breuibus dicitur legitimè potuiſſe ſolui
ex quo ipſe Sigiſmundus habebat poteſtatem vendendi coria,
quo caſu etiam habuiſſe videtur poteſtatem recipiendi ſolutio-
nem tex.eſt vbi Bart. not. & alij in l.quod ſeruus.ff. de ſolu. &
2 idem Bar.in l.filiæ.eod tit.verſi.item habuiſtis. † Rurſus Sigiſ-
mundus inſtitor ipſorum de chiſijs erat & præpoſitus pecunijs
exigendis in negocijs ipſorum ripalibus, quibus ſtantibus bene
potuit ſolui.l.ſi quis.l.diſpenſatori.l. diſpenſatorem. & ibi doc.
ff.de ſolu.eſt tex.& ibi ſcribentes in.l.eius qui.in princ.ff.ſi cer.
pet.& in l.ſi quis mancipijs.§. impuberes.ff. de inſtito. cū ſimi.
3 † Ad quæ nam iſti de chiſijs, videbant, ſciebant ipſum Sigiſmun
dum & Hannibalē dicta facere & exigere paſſi ſunt & approba
runt vnde per ea quæ not.in c.ij vt lit. non conteſt. & in.l.j.ff.ſi
4 quis ius dice.non obtemp. cum concor. † Ex quibus infert ip-
ſos ratam habuiſſe dictam ſolutionem fuit igitur valida & libe-
rationem præſtat.l.ſi quis offerenti.l.diſpenſatorem.ff.de ſol.eo
5 tot t.rem ia.hab. † Ad quæ nam verſæ apparent pecuniæ ſolutæ
in vtilitatem bāchi, quo caſu pleniſſimam præſtāt liberationem
toto tit.de in rem verſo cum ſimi.Secundo difficultas principa-
lis eſt, ex quo non apparet qualiter Sigiſmundo fuerit facta di-
cta ſolutio, an vti ſocio ipſorum venditorum, an vero vti inſti-
tori vel habenti poteſtatem, & ſic nomine ipſorum de chiſijs,
& hoc propter ſocietatem inter eos initam poſt venditionē co-
riorum &c. Ad quod dicitur attento ꝙ verſa fuit ſolutio facta
Sigiſmundo & Hannibali, in vtilitatem banchi, attento etiam
ꝙ banchum ratum habuit difficultas ex iſtis & alijs.ſ. euacua-
6 tur. † Tamen ſtrictius reſpondendo dicitur non poſſe aliud cō-
ſiderari, niſi ſolutionem factam Sigiſmundo & Hannibali, non
vti ſocio, ſed vti inſtitori vel habenti poteſtatem, & ſic nomine
ipſorum de chiſijs, tum quia dicta ſolutio eſt ſimpliciter facta,
quo caſu de iure applicari poteſt in caſum eligendum per ſoluē
tes, & declarandum per eos, vt dicit tex.in l.j.ff.de ſolu.vbi Bar.
7 & alij. † Præterea contractus venditionis & emptionis corio-
rum vetuſtior & antiquior erat, quam cōtractus ſocietatis & in
dubio ſolutio facta cenſetur in debitum vetuſtius & antiquius,
non in recens, vt dicit tex.in.l.in his.in prin.& in l.cum ex plu-
8 ribus.& i l.ſi ex pluribus.& ibi gl.& doc.ff.de ſol. †Rurſus dies
ſolutionis in contractu ſocietatis non venerat, ſed bene vene-
rat dies ſolutionis contractus emptionis coriorum, tempore.n.
quo ſolutio facta fuit Sigiſmundo & Hannibali venerat dies ſo
lutionis coriorū patet ex contractu & die ſolutionis factæ, quo
caſu in dubio ſolutio facta cenſetur in debitum in quo dies ue-
nerat, & non in aliud in quo minimè uenerat.d.l.j. ubi gloſſ. &
Bar.& dicta.l.cum ex pluribus. & melior tex. in l.iij. ff. de ſolu.
9 † Præterea debitum de chiſijs, durius erat quàm debitum Sigiſ-
mundi, quod nullum erat.nedum minus durum, quo caſu in du
bio ſolutio facta cenſetur in durius.l.iij.& iiij.ff.de ſolu.Bar. in
l.j.col.ij.uerſi.item opponitur & in.l.in his.in prin.eodem titu.
10 cum concor. † Ad quod nam debitum de chiſijs erat grauius,
quàm illud Sigiſmundi quod nullum, nedum minus graue quo
caſu in dubio in grauius.l.ſi ex pluribus.ubi Bar. declarat &.l.ſi
11 quid ex fundo.ff. de ſolutio. † Prout etiā nam debitum de chi-
ſijs erat magis efficax, quàm dictum Sigiſmundi, quod nullum,
nedum minus efficax quo caſu in dubio in efficax facta dicit.l.
ſi is cui.§.flauius.& ibi Bart.ff.de ſolutio.& maximè, quia erat
12 pœnale, † & in forma cameræ ad not.in.l.iiij.ff.de ſolutio.cum
13 ſimi. † Et aduertendum ꝙ contractus ſocietatis nō alterat pri
mum uēditionis toto tit. res inter alios acta, unde cum uirtute
primi potuerit ſolui Sigiſmundo uti fuit ſolutum dicta ſolutio
liberationem præſtat ut in prima difficultate fuit dictum, nam
in ſecundo contractu ſocietatis non negatur ſolutionem illi fie
ri nō poſſe, immo expreſſe hoc dicitur reſpectu capitalis, ut pa
tet per uerba ſecundi contractus ex quibus clarè colligitur, ꝙ
Sigiſmundo debebat ſolui capitale tantum ſcilicet duc. 4500.
& iſtud ibi nominatur capitale, quod debet exponi.i. debitum
ipſorum de chiſijs, uel debitum ipſorum emptorum, aliud ipſi
Sigiſmundo non erat ſoluēdum, nam ſoluto capitali prædicto,
de damno & lucro ipſi emptores habebant dare computum fi-
dele ipſi Sigiſmundo & non ſoluere, vnde cum Sigiſmundo erat
ſoluendum capitale tantum, ſi fuit poſtmodum ſolutū uti fuit,
apparet ſolutū ſibi capitale illorum de chiſijs, conſequenter ſo-
lutio facta dicitur nomine ipſorum de chiſijs, quorum erat ca-
pitale, non autem poteſt conſiderari ſolutio facta Sigiſmundo,
uti ſocio, ex quo uti ſocius nullum habebat capitale, & non en-
14 tis nullæ ſunt partes.d.l.eius qui.in prin. cum ſimi. † Attentis
itaq; uerbis contractus ſocietatis, neceſſario concludunt ſolu-
tionem capitalis factam uti inſtitori uel deputato ad exigendū
nomine ipſorum de chiſijs, quorum erat capitale, & nomine ꝓ-
prio Sigiſmundi, qui capitale non habebat facta uti inſtitori, cō
cluditur ꝙ ſolutio liberationem conceſſit, maxime quia facta
præſumitur in debitum, & capitale quod poterat exigi non au-
tem in debitum, & capitale ipſius Sigiſmundi quod nō erat nec
exigi poterat, ut eſt doc. Bart.in præalle §.flauius ubi ad debitū
quod poterat exigi nō ad illud quod non poterat, ut in caſu no
ſtro pro quo.l.fundus coloni.& in.l.ſequenti.ff.de fund.inſt. &
no.in.l.j.ff.ſi cer.pet.in illa quæſt.quādo debetur ex legato &c.
cum alijs.ſ.alleg.ad quod nam uirtute contractus ſocietatis nō
debebat ſolui alteri niſi Sigiſmundo, & tamē ſolutum apparet
Hannibali non ut ſubſtituto Sigiſmundi in ſocietate, ſed ut de-
putato ad exactionem debitorū ripæ, per ipſos de chiſijs uel ſal
tem per ipſum Sigiſmundum uti eorum inſtitori, & non aliter
unde &c.

Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Bulla ſixtina, quando & quo caſu cogat vicinum ad uendendum do*
mum contiguam per totum ferè.
Et quid ſi illa non indiget vicinus.
2 *Et ſi duo uicini concurrunt an ſit locus præuentioni.*
3 *Quilibet poteſt rem ſuam uendere, cui uult regulariter.*
4 *Nec uendentes debent requirere vicinos ſi volunt emere uirtute*
dictæ bullæ.

5 *Virtute bullæ agi non poteſt, ſi eius forma non ſeruatur.*
6 *Non requiritur intimatio reſpectu eius, qui ſcit, & nu. 7.*
8 *Cogi inuitus quis non poteſt ad emendum.*
9 *Monitio, & denunciatio quid operatur.*
10 *Et tuetur monentes, quatenus ad id tenerentur.*
11 *Et an ſit facienda, in iudicio, uel ſufficiat extra iudicium.*
12 *Et an poßit fieri diebus feriatis.*
13 *Et quot vicibus, ſit facienda.*
14 *Paria ſunt nolle emere, vel afferre precium uile.*
15 *Relinquens in integrum dominium domus, an videatur relinquere proprietatem, uel uſumfructum.*
16 *Vſufructuario mortuo, res reuertitur ad proprietarium.*
17 *Si habens declarare, moritur ante declarationem, quid agendum.*
18 *Legatum conditionale, reuertitur ad hæredes, conditione defecta.*
19 *Et quid in vltimis voluntatibus, declaratione non facta.*
20 *Et ad quos hæredes reuertitur, vniuerſales, vel particulares.*
21 *Teſtatoris voluntas expreſſa, ſeu tacita ſequenda eſt.*
22 *Præcedentia declarant ſequentia quatenus eſſent dubia.*

CONSILIVM CXXIII.

ATTENTO Tenore bullæ ſeptimæ, & confirma
1 tione Iulij, & Leonis, † clare patet ipſũ Hierony. te
neri, & compelli debere vendere domum de qua in
reconuentione ipſi Auguſtino, ex quo Hierony. di
cta domo non indiget, ſed eam locatam tenuit, & tenet, & cum
ſit intermedia inter domum antiquam ipſius Auguſti. & domũ
aliã ipſius Auguſti. quam nouiter emit a fratribus populi, & pa-
ratus ſit ædificare, & omnia hæc cedant ad ornatũ vrbis, & do-
mus ipſa magis conueniat domibus ipſius Auguſt. quàm Hie-
rony. concluditur ipſum cogi ad vendendũ, ex quo ipſe Auguſt.
paratus eſt ſoluere precium arbitrandum per magiſtros, & para
tus eſt ſe obligare infra tempus arbitrãdum, vt ſupra ædificare.
2 ¶ † Nec ob. aſſerta præuentio allegata, nam in domo recunuen
ta, nulla eſt præuentio, ſed illa conſideratꝰ, in alia domo, quæ fuit
fratrũ, nõ in iſta, & ideo in diuerſis nõ cadit ꝓuentio iuxta ea q̃
3 no. in. c. propoſuiſti de foro comp. cum concord. ¶ † Domus ve
ro quæ fuit fratrũ, empta p Auguſt. dr̃ eſſe ipſius Auguſtini, qui
ad reuendendum Hierony. minimè cogitur, ex quo valida fuit,
quilibet. n. rẽ ſuã cui vult vẽdere põt. l. nec emere. C. de iure de-
lib. l. in re mandata. C. mãd. l. dudum. C. de cõtrah. emp. cum ſi.
& bulla non ob. ex quo conſiderata indigentia, & decore vrbis
ſuper quibus bulla figit pedes, qualitates iſtę concurrunt in ꝑ-
ſonam Auguſtini magis quàm in perſonam Hierony. nam ipſe
Auguſt. indiget, & locatã tenet domum Hierony. & paratus eſt
ædificare ad ſui ĩdigentiã neceſſitatẽ, & ꝯmoditatẽ, ac vrbis de-
corum, quæ oĩa ceſſant in Hierony. & ſic ſumus in regula iuris,
4 ꝙ potuit emere, nec vendere cogitur. ¶ † Non ob. quod fratres
irrequiſito Hiero. non potuerunt vẽdere & vẽditio facta eſt nul
la virtute Bullæ, &c. Nam bulla hoc non dicit, ꝙ vendentes de-
beant requirere emptores, quinimmo dr̃ in bulla totum ꝯriũ,
quod emptores volentes ædificare debent requirere vẽditores,
qui ſi volunt, vel recuſant vendere, tunc venditio alijs facta de-
bet reſcindi, vt ex verbis illis, nollũt, vel recuſant, colligitur, qđ
5 ipſi ſunt requirendi ab emptoribus non econtra. ¶ † Quod Hie
ronymus ipſos fratres requiſiuerit minimè apparet, & q̃a tenor
bullæ non eſt ſeruatus, nec forma agẽdo ex ea excludi debet. c.
cũ dilecta, de reſcri. l. diligenter. ff. manda. c. cũ olim, de off. dele.
6 ¶ † Et ſi dicereꝰ ſaltim fratres debuerũt notificare Hiero. ꝙ vo-
lebant vendere, ex quo in dubio præſumitur ignorantia vulg. l.
verius, rñ ꝙ ipſe Hiero. bene ſciuit, & notitiam habuit, quod vo
lebant vẽdere ꝯõr talis ſcientia ſufficit iuxta ea quæ no. in. l. itẽ
veniunt. §. petitam, cum ſi. ff. de pet. hæred. ꝙ ſciuerit bene pro-
7 batur, nec ipſe inficiatur. ¶ † Sed vlterius conſiderandũ eſt, qđ
de vrbanitate fratres fecerunt, id ad quod minime tenebantur
denunciauerunt enim, & notificauerunt eidem Hierony. velle
vendere domum, & proteſtati ſunt, quod volebant vendere, &
monuerunt, ꝙ erant parati eidem vendere, ſi vellet, qui ſemper
8 recuſauit. ¶ † Vnde ad emendum ipſum Hiero. inuitum cogere
non poterant, iuxta. d. l. nec emere, & quæ no. Bald. in. l. j. C. de
9 epiſ. & cleric. & Abb. in cap. j. de emptione, & vend. ¶ † iſta eñ
monitio, denunciatio, & proteſtatio declarauit, & deduxit ad
notitiam Hieronymi animum, & voluntatem fratrum volentiũ
vẽdere iuxta notata, in cap. cumana, de electio. & in. l. ſi quis, in
principio teſtamenti, de legatis tertio, & in capitulo, cum. M. de
10 conſtitu. cũ ſimilibus. ¶ † Et iſtos proteſtantes monẽtes, & de-
nunciantes, quatenus ad id tenebuntur tuetur, vt nota. in dictis
iuribus, & per Bar. & alios in. l. non ſolũ. §. morte, de operis no-
11 ui nũciatione, & in capitulo ſollicitudinẽ, de appellatio. ¶ † Et
ſi dicereꝰ, ꝙ talis monitio, & denunciatio, vt prodeſſet fratribus
conſequenter ipſi Auguſtino debebat fieri in iudicio, & non ex
tra, vt fuit facta, reſpõdetur, & dicitur canonice fuiſſe factam, ẽt
extra iudicium, vt in puncto eſt deciſio in terminis fortioribus
domini Matthæi de Afflict. in tractatu de iure prothomiſios in
verſi. vt infra triginta dies, col. iiij. in fine, & col. v. in prin. vbi cõ
cludit, ꝙ in quocunq; loco ẽt extra iudiciũ, põt fieri, & facta te-
net, ẽt ſi faciens ad iſtud teneretur allegat. l. amplius. ff. rem ratã
12 haberi, & not. in. l. mora. ff. de vſur. ¶ † Subdẽdo, ꝙ ẽt diebus fe
riatis conceditur, ex quo fit ad effectum tollendi ignorantiã, vt
per Bar. in. l. j. §. nunciatione. ff. de noui operis nũciatione, & in
13 l. miles. §. lx. ff. de adulterijs. ¶ † Nec debuit fieri pluries, & ſic
ad minus ter, nec vr̃ ſufficere ſemel fieri, qm̃ proteſtatio, moni-
tio, denunciatio extra iudiciũ, ſatis eſt, ꝙ ſemel ſit facta p nota.
in c. cupiẽtes. §. quod ſi p viginti, vbi gl. & Geminia. de electio-
nibus lib. vj. & per gl. in l. mora, de vſur. & in l. Titio ſeio, verſi.
uſuras, de lega. ij. & pleniſſime Moder. in c. ex literis, col. iiij. de
conſanguinitate (?) & in puncto noſtro eſt deciſio Bal. in d. tractatu de
iure protho. col. j. verſi. ſed nunquid requiratꝰ, & domi. Matthęus
in eodem tractatu, præallega. verſ. col. v. vbi multa ad hoc addu
cit, cum ergo ipſe Hieronymus ſciuerit fueritq; ſibi denuncia-
tum, & recuſauerit emere, non video quin fratres libere non po
tuerint uendere Auguſtino, & attento iure communi, vt ſupra,
& attento tenore Bullarum, vt ſupra, declaratarum, quibus nõ
obſtat ſi dicereꝰ, ꝙ ipſe Hieronymus uolebat emere, ſed fuerũt
14 diſcordes in precio, & alijs & ſic non ſtetit per eum. ¶ † Nã ad-
uertendũ, ꝙ paria ſunt nolle emere, uel nelle emere pro precio
modico, & cũ qualitatibus inſolitis, ut dicit tex. in. l. nõ dubiũ,
circa finẽ, de lega. iij. & in. l. ſi domus. §. qui ꝯſiteꝰ, de lega. j. q̃ li-
cet loquantur in uenditore, tñ locum habent in emptore, cum
ſint correlatiua. l. ſi. C. de indic. uiduit. l. fin. de accept. unde cũ
fratres fuerint parati uendere, ſed per Hieronymum ſteterit, ſe
quitur, ꝙ modo rumpere non poteſt uenditionẽ, ritè, & recte
15 factã. † Circa aliã difficultatẽ, licet ex uerbis illis integrũ domi
niũ uideatꝰ, ipſi Auguſtino relicta proprietas dictæ domus. &c.
Tamen p uerba ſequẽtia, ibi reſeruatio, & ibi, ſua uita durante,
& ibi, in ultimo relinquendi iuxta eius conſcientiã, & beneme-
rita dictorũ ſuorum filiorũ, clariſſime patet non eſſe relictã ꝓ-
prietatem, ſed tm̃ uſumfructũ in uita & in morte arbitriũ relin
quendi domum, & apothecã filijs iuxta eorũ merita. Illa. n. uer-
ba, ſua uita durante, militant & reſtringunt uerba illa præcedẽ
tia, integrum dominium, & non proprietas, ſed uſuſfructus, ex
quibus uerbis clarè apparet teſtatorẽ uoluiſſe limitare legatũ
domus, ut non reſpectu proprietatis, ſed tm̃ reſpectu uſuſfru-
ctus, ſit relictũ, ut tenet Bar. in l. iiij. ff. de alimen. & ciba. lega. al
legãdo tex. qui hoc probat in. l. Titia. §. Titia. ff. de lega. ij. & ibi
16 doctores, & maxime repeten. col. v. & vj. † infertur, ꝙ mortuo
vſufructuario, domus ipſa debet reddire ad hæredes vniuerſa-
les teſtatoris, & filios, vel virtute fideicõmiſſi poſt mortẽ. &c. vt
dicit textus in d. §. Titia, ĩ vltimis verbis, uel mero iure finita tẽ
poralita. iuxta tex. in. l. Titia. C. de lega. vbi ſcribentes plura ac-
17 cumulant. ¶ † iſte. n. Auguſtinus poterat in morte relinquere
domũ non ſimpl̃r cui uellet, ſed filijs teſtatoris, & non ſimplici-
ter oĩbus, ſed ſm̃ ipſorũ benemerita, inſpiciẽda, & declarãda ſm̃
ꝯſcientiã ipſius, & quia ipſe minime declarauit reſultat duplex
cõſideratio, uel ꝙ cõditio declarationis defecerit iuxta. l. ſi quis
arbitratu. ff. de uerb. & l. ſi. C. de ꝯhenda emptione, & l. multa,
18 de ꝯd. & demon. ¶ † Et ꝯditione defecta ad hæredes vniuerſa-
les, domꝰ debet reddire, & legatũ applicari. l. vnica. §. ſin aũt, ſub
19 ꝯditione. C. de caducis tollẽdis. ¶ † Vel ꝯſiderato, ꝙ ſimus in vl
timis volũtatibus ẽt declaratione nõ facta legatũ applicabiꝰ le
gatarijs, ſeu fidicõmiſſarijs iuxta. l. ſi. §. ſed ſi q̃s. C. ꝯmu. de lega.
20 ¶ † Et vtraq; ꝯſideratione habita, domus debet ꝑuenire ad fi-
lios maſculos hæredes vniuerſales, non aũt ad filias fœminas, &
Bonannũ hæredes particulares, ex quo filiæ fœminæ, & Bonan-
nus fuerũt particulariter inſtituti, & prohibiti plus petere iux-
ta nota. in. l. quoties. §. ſi duo. ff. de hæredibus inſtituẽdis, & ple-
nè in. l. quoties. C. eodẽ, cũ ꝯcor. Ad qđ nã teſtator voluit domũ
ꝑuenire ad filios ſuos, nõ ſimpl̃r, ſed ſm̃ benemerita ad ꝯſciẽtiã
Auguſtini, vnde mẽs, & uolũtas teſtatoris, fuit ꝙ domus ꝑueni
ret ad filios ſm̃ ipſorũ benemerita declarãda, in quàm declara-

tionem

tionem per eũ nõ factã ſuccedit,& ſurrogatur arbitriũ boni iudicis,qui ſm voluntatẽ teſtatoris,& ſm benemerita filiorũ habet dictã domũ applicare ipſis filijs,& arbitriũ iudicis erit cõſiderare benemerita filiorũ,vel erga teſtatorẽ,vel erga matrẽ,vel erga ipſoſmet filios,vt virtutibus operã darẽt frugi eſſent,& bene viuerent ſuæ qualitates,in Bonoanno minime ↄcurrunt ↄſequenter ad partẽ domus venire non põt. Tum quia nõ benemeritus in aliquo. Tũ quia particulariter inſtitutus,& prohibitus vltra patrẽ,ut ſupra,alij uero dui filij & in teſtatorem,& in matrem,& in ſeipſos fuerunt,& ſunt bene meriti ſm quæ domus eſt ipſis applicanda. Tum quia ẽt vniuerſaliter inſtituti a dicto teſtatore,ex quibus colligitur arbitrium clarum ꝙ ipſis,& non
21 Bonanno domus eſt danda. † In iſtis enim ſequẽda eſt uolũtas teſtatoris eſpreſſa,& etiam tacita vulgata.l.in ↄditionibus,primũ locum,de cond.& demou.l.cum uirum.C.de fideicom.l.iij. C.de liber.præterit.cum ſimilibus,& ex præcedentibus in dicto teſtamento colligitur,quid teſtator voluit intelligere de bene-
22 meritis filiorũ non certe aliud niſi quod ſuperius dictũ eſt. † Et præcedentia declarant ſequentia,quatenus dubia eſſent,vulga. l.ſi ſeruus plurium.§.fina.ff.de legatis primo cum ſimilibus.

Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata non viſis actis, præcipitanter, & ſine cauſæ cognitione,nulla eſt ipſo iure,& nu.3.& nu.22.*
2 *Siue ſit diffinitiua, ſiue interloquutoria.*
4 *Maximè ſi cauſa fuit commiſſa cum illa clauſula conſtito &c.*
5 *Geſta per iudicem à quo poſt inhibitionem, nulla ſunt.*
6 *Et quid ſi iudex ad quem reuocauerat inhibitionem.*
7 *Et an poſſit illam reuocare.*
8 *Et quid ſi à primo iudice cauſa fuit ſublata, per uiam auocationis, & nu.10.11.12.*
9 *Et quid de ſtilo curiæ.*
11 *Procedens ſine iuriſdictione, nulliter procedit.*
12 *Et taliter procedens punitur.*
13 *Idem quando dicit ſe officialem, & non eſt.*
14 *Falſum committunt dicentes habere poteſtatem,quam non habent.*
15 *Falſi pœna,quandoq; capitalis eſt,quandoq; alia.*
16 *Exercens leuiora,ut iudex, cum non ſit punitur extraordinariè.*
17 *Reſcriptum ſurreptitium non eſt nullum,ipſo iure, ſed venit annullandum,& num.21.22.*
18 *Onus probandi ſurreptionem,cui incumbit,& nu.20.*
19 *Proceſſus factus virtute reſcripti ſurreptitij, parte non opponente valet.*
22 *Et quid ſi ſecunda commiſſio ſurreptitia, nedum conferat iuriſdictionem verum illam reuocat ab alio.*
23 *Commiſſia etiam ſurreptitia auocans iuriſdictionem ab alio tribuit iuriſdictionem.*
24 *Clauſula illa conſtito de aſſertis, poſita in ſignatura partis citationem exigit.*

CONSILIVM CXXIIII.

SENTENTIA Lata non viſis actis, & ſine cauſæ cognitione,† & ſic ꝑcipitanter, nulla eſt ipſo iu-
1 re nota.in clem.paſtoralis,uerſ.uerũ,ibi,iudicãtis ꝑcipitatione,& uerſi. dicitur ergo ſnia meruit, ubi ſcriben.de re iudicata,in clemẽtina,& ij.q.vj.§.diffinitiua, uerſ. itẽ ſi ꝫ ſolutũ,gl.xj.q.iij.in ſumma, & eſt vulgata doctrina Bar. in l.prolatã in fi.C.de ſententijs,& interloquuto.oĩum iudicũ, quàm cõiter ſequunt doct.in l.ij.C.de edẽdo,& plenius ſcribẽtes,maxime Fely.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ, de ↄſtitutionibus, col.v.& ſeq.vbi urguẽdo ad partes tãdẽ ↄcludit hãc opinionẽ eſ-
2 ſe cõem,qđ ſit ipſo iure nulla,allegat quotas,& deciſio. ¶ † Qđ nedum procedit in diffinitiua,ſed ẽt in interloquutoria,vt vult Bal.in.l.ex ſtipulatione ꝑ illũ tex.C.de ſentẽtijs,& Bart.in.l.fi. ff.de fer.cũ alijs allega.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ,col.xj.verſ. iiij.nota.& licet in dictis locis ꝫ hanc cõem ſniam adducantur aliquæ limitationes, tñ nulla ipſarũ in caſu præſenti põt verificari,ↄſideratis illis,& ipſarum vnaquaq; ac facti veritate, cũ.n. Reuerendo patri dño Auditori fuerit cauſa cõmiſſa,& ipſe hora.xxiiij.inhibuerit,& poſtmodum die immediate ſequenti hora noua reuocauerit ihibitionẽ,nõ viſo regiſtro,nõ auditis partibus,nulla ꝓcedẽte informatione,nec facti,nec iuris,ex iſta temporis breuitate,cũ nox vna tantũ, & breuis octo horarũ concurrit non potuit inſtrui de meritis cauſæ,non potuit de ipſa ẽt minimam habere cognitionẽ,ↄſequenter talis reuocatio.ita celeriter facta,fuit ipſo iure nulla ꝑ deciſiones ſ.citatas,& eſt in terminis doctrina Dominici de ſancto Geminia.in.c.põderet.l.di-
3 ſtin.vbi per illum tex.tex.clamat contra iudices,quibus de ſero mittitur proceſſus,& de mane iudicant, ad quæ faciant allegata,& accumulata i d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ,col.xij.ꝑ Fely. circa finẽ,quãto magis in caſu noſtro,vbi nec ẽt illo vnico ſero ꝓceſſus fuit datus iudici, nã erat penes iudicẽ primum a quo, & nõ penes iſtum ad quẽ, qui nec ẽt oculo tãtum uidere potuit & reuocauit inhibitionẽ,ex quibus concluditur reuocationem ip-
4 ſo iure nullam. † Eo potiſſimum quia cum & articulus fuerit eidem cõmiſſus cum clauſula, ꝙ ↄſtito de aſſertis per quam clauſulã ſi ↄſtiterit pars debebat citari,vt ꝑ Rotã i antiq.dclxxxiij. & q.dcclxxiij.& cum nullo modo cõſtiterit,ſed reuocauerit, vt
5 ſ.talis reuocatio nulla fuit. ¶ † Et quia in præſenti articulo iudex cui cã fuit commiſſa inhibuit, & facta inhibitione iudici, a quo oĩa quæ iudex ille geſſit fuerũt nulla,vt in.c.non ſolum,de appellatio.lib.vj.& ꝑ Rotã in nou.deciſi.cxcv.cũ ſimilibus,iudex itaq; a quo declarando,& abſoluẽdo colonos male fecit,cũ iſta agitauerint inhibitione prius ſibi facta,qua ſtãte nihil age-
6 re potuit,& quæ egit,nulla fuerunt,& ſunt. † Nec obſtat,ſi dicatur verum eſſe niſi iudex ad quem reuocauerit inhibitionẽ ꝓut reuocauit,& ſtante dicta reuocatione,bene iudex a quo potuit
7 procedere,& procedendo,acta ſunt ualida. † Nam dubiũ eſt,primo an poſſit reuocare inhibitionem per Federicum conſi xciij. prout etiã quoniam in caſu præſenti conſiderandũ eſt, causã nedũ per viam appellationis fuiſſe deuolutam ad iudicẽ ad quem, & nedum iſta uia appellationis fuiſſe ſublatam de manibus pri-
8 mi iudicis. † Verum etiam per uiã auocationis fuit enim, ut patet in ſignatura cõmiſſionis cauſa expreſſe auocata a primo auditore quo caſu ſuccedit doctri.Abba. & docto. per illum textũ,in capitulo ut noſtrum,de appellati.uolens plus auocationẽ cauſæ operari,quam appellationẽ, nã per appellationem iuriſdictio iudicis a quo dicitur ſtare,& eſſe in ſuſpenſo,ſed per auocationem infici,vt per doctores ubi ſupra, pro quo facit text. i l. iudicium ſoluit.ff.de iudi.& ꝑ Rotam in noui.deciſio.aj.& ſcribẽtes in capitulo cum M.poſt Innocentium. de conſt. q decisi, loquitur de ſtilo cur,& Abba.not.in d.c.cum.M.col.penul.di-
9 cit † ꝙ facta reuocatione proceſſus ſequens eſt nullus,& ꝙ icut, ita indiſtincte tenet,& ẽt tradit Rot.in no.q.lxxvj. in additioni-
10 bus. † Vbi concludit,ꝙ poſtquàm Papa auocauit negocium proceſſus factus per inferiorem eſt nullus, capitul. licet, de officio delegati.c.prouide de elec.lib.vj.allegatur.c.ut noſtrum, ut ſupra,& not.in d.c.cum M.Ferrarien.in fine,& not.Mili.in uerſũ. iudex ſi datur unus,ubi idem concludit,cum itaq; Papa auocauerit cauſam a primo,& commiſerit ſecundo,dato ꝙ ſecundus inhibuerit, & reuocauerit inhibitionem, tamen ex hac reuocatione,non eſt tributa iuriſdictio iudici a quo propter auocationem factam a ſuperiore,qm̃ iudex primus iuriſdictione caruerat per auocationem factam,& ſine noua commiſſione Pontificis auocantis non potuit in cauſa ſe intromittere cũ iuriſdictio-
11 ne careret, † & quia ſine iuriſdictione proceſſit oĩa facta ab ipſo tanquã a priuato nulla ſunt iuri.vulga.& per Belleme.deciſi.
12 dccxlvij.& Iſer.in ↄſtitutio.Reg.terminum uitæ,tenet † ꝙ carẽs iuriſdictione faciens actum in modum iuriſdictionis tenet pœ-
13 na leg.iul maieſta.& qñq; alia,ut ibi col.ij. † & dicẽs ſe officialẽ ſi non eſt punitur,ut in ↄſtitutio.durã,& ibi Iſer.& iure Romano,eſt crimẽ leg.iul.maieſta.lege tertia,in fine.ad legem iuliam maieſtatis. & ibi Ang. & in uſurpantes talia ſtatuta eſt pœna qñq;,ut per Cæpol.in tract.de ſerui.ruſtic.prædiorũ, in capitulo mare,& eſt capitalis lege probatorias,&.l.fin.§.ultimo.C.
14 de diuerſ.offi. lib.xij. † Nam falſum committunt dicendo poteſtatem habere, quàm non habent, & ubi non eſt pœna ſtatuta
15 puniuntur extraordinarie.l.in hijs de diuerſ.offi.eod.lib. † Nã in falſo pro qualitate delicti aliquando pœna eſt capitalis, aliquando nõ in.l.vbi.C.de falſ.l.j.§.ultimũ.ff. eod.l. maiorem.C. de falſ.quandoq; puniuntur in quadruplũ.l.j.C.de ſtatu.& ima-
16 gi. † & exercens leuiora, ut iudex cum non ſit punitur extraordinarie,dicta.l.probatorias.l.in hijs,quandoq; in.iij. lib. ami.l. fi.in fi.C.de uſuc.quã ſto. & etiam crimine ſacrilegij, ut dignitatũ ordo ſeruetur lib.xij.l.j & crimine ſtellionatus,ꝙ eſt quando deficit titulus criminis.l.ij.ff.de crimi.ſtelli. & dictam doct. Iſer.in dicta conſt.terminum uitæ,refert, & ſequitur domi.Io.

Bapt.de S.Seue.in l.imperinm in a.q. in fi.ff.de iuriſd. om.iud.
17 † Vlterius reſcriptū ſurreptitium non eſt nullum ipſo lure, ſed
uenit annullandū ope exceptionis,cap.cęterum.c.ad audientiā
cū ibi not. de reſcrip.Belle.q. nc.& Ber.de biſg. in tit.de reſcr.
18 q.xiij. † Et quis habet probare de ſurreptione traditur per Fe-
lyn.in c.conſtitutus,de reſcrip.in prin.& in cap.ſuper literis,eo
19 dem tit. † Proceſſus .n. factus in vim literarum ſurrepticiarum
parte non opponēte ualet, & ſi non excipitur ēt in materia ap·
pellationis,ut not.in d.c.ſuper literis, & Bernae.de reſcrip.aiij.
20 Gemin.in c.ab eodē,de appellatio. lib.vj. † Allegauti namque
ſurreptionem incumbit onus probandi, in reſcrip. ad lit.Fel.in
21 c.ꝯſtitutus,in prin.de reſcri. † Literæ ēt ad lites ſubreptitię,nō
ſunt nullæ ipſo iure,ſed ope exreptionis Fel.in c. ad audientiā.
el ſecundo,de reſcrip.col.aij.& ſeq. & ibi col. aiiij. tenet iſtud
procedere ēt ſi ſecunda conceſſio ſurreptitia, nedum conferat
22 iuriſdictionem, † ſed ēt iuriſditionē ab alio reuocat, ut eſt iſto
caſu, allegat deciſio.dicebam itaq; reuocationē inhibitionis fa
ctā,ita præcipitanter a ſecundo auditore, fuiſſe ipſo iure nullā,
& Inſuper abſolationem excōmunicationis poſtmodum ſubſe
quutā a primo anditore a quo expreſſe cauſa fuerat auocata la-
borare eodē morbo,& ēt viribus non ſubſiſtere tanquam ſacta
ab eo qui iuriſdictione carebat. Auditor enim ſecundus,qui re
uocauit inhibitionem, & remiſſit cauſam primo auditori, non
poterat illi iuriſdictionē dare quæ ab eo fuerat expreſſe auoca-
ta a Papa,ut.ſ.allegatur, unde poſt auocationē abſolutio ſubſe
quuta viribus nō ſubſiſtit iuxta no per Rotam in nou. lxxvj.in
additio.ubi concluditur geſta per inferiores, poſt auocationē
factā,nulla eſſe,per tex.in c.licet.de officio leg.& qđ vult Mili.
in Reperto.in uer.index,uerſi. ſi dat vnus. Nec habet prędictia
obſtare,ſi diceretur, iſta procedere niſi cōmiſſio ſecundo loco
obtempta eſſet ſurreptitia, nā per eā non vr̄ ſublata iuriſdictio
a primo iudice.&c.nec conceſſa ſcđo, reſpondetur namq; nul-
libi apparere cōmiſſionem ſecundo loco impetratam fuiſſe ſur
repititā,& poſito,ꝙ ſurreptitia fuiſſet adhuc procedunt,quę di
ximus,nā ſurreptio ſcđm cōem doctri.nō facit cōmiſſionem ipſo
iure nullā,ſed tantum annullandā ope exceptionis,& niſi oppo
natur cōmiſſio procedit,& ꝓceſſus, & ius uirtute factus a alt.
ut not.oēs in c.cæterū in c.ſuper literis,in c.conſtitutus,& in c.
ad audientiam el ſecundo,de reſcrip. & eſt deciſio. in terminis
Bern.ſaſtol.in tit.de reſcrip.xiij in ordine ubi in materia appel
lationis,nult cōmiſſionē ſubrepititiam ualere, & proceſſum iu-
dicialiter factū, niſi excipiatur pro quibus eſt Belleme.q.dc.&
Gemin.in c.eod.de appellat.in ſexto, unde cū cōmiſſio et ſub-
r ptitia tenuerit, & ꝓceſſus eius uirture factus ualuerit ex quo
non fuit oppoſitū dicemus per eā fuiſſe auocatā cauſam,ut ex-
preſſe auocata fuit,& potiſſime,qa allegānti ſurreptionē incū-
bebat onus probādi,Fel.in d.c.conſti.in prin. & iſtud de ſurre-
ptione nunꝗ̄ fuit allegatū,nec ex aduerſo probatum,ergo.&c.
23 † Et ideo ceſſat cōmiſſio ſecunda,ēt ſubrepitia ꝯferat iuriſdi-
ctionē,ēt ſi ab alio iuriſdictio auocet, ut expreſſe tenet Fel.i d.
c.ad audiētiā.col.aiij.dicamus ꝑ hāc ſcđam ēt ſubrepititiā iu-
riſdictionē fuiſſe ꝯceſſam, & auocatā a primo & ſi ſubrepititia
erat debebat ex aduerſo excipi,& ꝓbari,& qa nō fuere facta,ſe
24 quit ut ꝯcluſum fuit, † & potiſſime qa in ſcđa ꝯmiſſione dr̄ in
ſignatura expreſſe ꝯſtito de aſſertis, q ſignatura reqrit citatio-
nē partis,& ꝙ audiat Rot.in antiq.q.dcixxxiiij.&q.declxxiij.ꝗ
cū nō interuenerint geſta ab iſto ſcđo auditore remittēte fue-
re nolla,& poſtmodu geſta a primo a quo expſſe cū fuit auoca-
ta ſunt nulla,eſto ꝙ ꝯmiſſio fuiſſet ſurreptitia,ut.ſ.Pari.Rom.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij eccleſiaſtici,ut quis ſit capax,an ſit neceſſe, quòd ſaltem habeat primam tonſuram,uel ordinem clericalem,& alijs ſeq.*
2 *Et quid ſi eſt ſcolaris laicus purus,qui aſſerit ſe clericum, cum non eſſet.*
3 *Et quid ſi nullam de clericatu fecit mentionem,tamen mente deſtinauerat clericali.*
4 *Et ſi poſtea factus eſt clericus.*
5 *Cancellaria autem ſolet apponere clauſulam,qui cupit,&c.*
6 *Et quid ſi erat purus laicus,& expreſſit, quòd deſiderabat aſcribi militia clericali.*
7 *Et quid ſi adhuc non habebat primam tonſuram.*
8 *Et ſi poſtmodum tonſuratur, an litera ſummant uires.*
9 *Et quid ſi non erat clericus,ſed tonſuratus non ab Epiſcopo,ſeu Abbate,ſed à ſuperiore monaſterij,& receptus ad habitum, ut religioſus,& pro tali ſe gerens & nu.13.& 20.*
10 *Clericus quis dicatur lato ſumpto uocabulo, & nu.xij.*
11 *Animi deſtinatio cum tonſura, an ſufficiat, ut ſit capax.*
12 *Religioſus profeſſione,& habitu,an ſit capax,& nu. xiij.*
14 *Quid ſi iſte nihil dixit de clericatu,ſed profeſſus eſt.*
15 *In regularibus,an ſufficiat expreſſa profeſſio.*
16 *Cancellaria ſolet ſupplere, poſtquam fuerit clericali caractere inſignitus.*
17 *Præceptoriæ ſancti Antonij. habentur ut diſpenſationes bonorum*
18 *An in iſtis ultra profeſſionem requiratur clericatus.*
19 *Conſuetudo in ordine ſancti Antonij, quid ſeruat in iſtis.*
20 *Et quid ſi fuiſſet tonſuratus ab habente poteſtatem.*
21 *Accolitus,an ſit capax.*
22 *Pſalmiſta, an ſit capax.*
23 *Et an ſufficiat tonſura clericalis minor.*
24 *Et iſti incapaces, an reddantur tuti per regulam de triennali.*
25 *Intruſus non dicitur habens beneficium ab eo qui dare poteſt,licet de uiribus tituli diſputetur.*
26 *Nec ille qui bona fide poſſedit,fretus doctorum auctoritate.*
27 *Sufficit colorata poſſeſſio.*
28 *Licet poſſet eſſe defectus ex parte recipientis.*

CONSILIVM CVIII.

AN Collatio uel cōmenda facta per Papā,ſeu man-
datum de conſerendo, aut cōmendando euidā re-
ligioſo iam recepto per ſuperiorē ſui ordinis,puta
Abbatē in canonicū dicti ordinis de præceptoria
eiuſde ordinis,tunc uacāte in curia per renunciationē,hoc mo
do,ut recepta ab eo profeſſione expreſſa ei ꝓuidere de illa va-
leret,& ſimiliter prouiſio, ſi eo tp̄e nondū erat clericus, ſed ad
deſtinationē clericalis militiæ aſcribendus,& fuerat a ſuo ſupe
riore in eius receptione tonſuratus, & inductus habitu.d.ordi
nis,demū poſt aliquos menſes,ſuit ordinatus canonicè,& uide
tur ꝙ non arg.c.cū adeo,de reſcri.& c.ex literis,de tranſ.el ij.&
c.ij.de inſti.& no.per Hoſt.& Io.An. & per Viuianū in d. c.cū
adeo,& Archid.aij.q.j.c. nulli, ubi late, & refert Clem. quartū
1 ita dixiſſe, † ꝙ ut quis ſit capax beneficij eccleſiaſtici, neceſſe
eſt,ꝙ habeat ſaltē primā tonſurā,aut ordinē clericalē, & idem
retulit Spec.in tit.de actio.ſeu petitio.§.ſuper petitionib.uerſi.
ſed nūqd ſcholaris,cū qua opinione uiſum fuit, ꝙ trāſirēt Butr.
Car.Flo.Io.de Imo.Abb.& Mod.in d.c.cū adeo,& ī d.c.ex lr̄is,
& in d.c.ij.Verū in præpoſita qōne ex facto agitāda,uiſum fuit
acutius,& minutius indagare ueritatem,& in primis conſidera
re caſus minus dubios, & dictū caſum præpoſitum cū ſuis cir-
2 cunſtantijs. † Primus caſus eſt de ſcolari ideſt puro laico quē
impetrauit beneficiū eccleſiaſticū aſſerēs ſe clericū cū nō eſſet,
iſto caſu oēs tenent impetrationē nullā qa ſurreptitiā,ut hr̄ in
3 d.locis per doc. † Secūdus caſus eſt,de puro laicis qui impetra-
uit bn̄ficiū eccleſiaſticū aſſerēs ſe ſcholarē nulla de clericali mē
tione facta deſtinauerat tn̄ aīo aſcribi militiæ clericali, & ad-
huc doc.vr̄ magis cōiter dicere, ꝙ impetratio nō teneat quaſi
4 ſit incapax,ut hr̄ in d.c.cū adeo,ꝑ Compo. & alios. † In tantū
ꝙ ſi poſtea factus eſſet clericus non ualidaretur, impetratio ꝑ-
dicta,ſecūdū gl.in d.c.cū adeo,& Archi.in d.c.nulli, de quo ali
5 quid infra dicet. † Cancellariæ apoſtolicæ ſtilus hēt, hoc caſu
ut ſubintelligatur,ſeu ſuppleat clauſula, q cupit militiæ clerica
li aſcribi,& in literis ſubdat,poſtꝗ̄ clericali caractere fuerit in-
6 ſignitus. † Tertius caſus eſt de puro laico, qui impetrauit bn̄fi-
ciū eccleſiaſticū ſibi conferri per executorē, ob id quod aſcribi
deſiderabat militiæ clericali,& hoc caſu doc.admittūt impetra
tionē ualere,qa Papa fuit certificatus, ꝙ tūc non erat clericus,
ſed clericandus poſt,& ita firmat diſputando Cald. in d.c.ij.de
7 inſti. † Quartus caſus eſt de ſcholari.i.puro laico nōdū habēte
primā tonſurā,q literas ſup bn̄ficio eccleſiaſtico impetrauit,in
quo clem.iiij.dixit,ꝙ nō potuit impetrare, quia non eſt capax,
ut d.c.cū adeo, & d.c.ex literis, & hoc ſecutus eſt Arch.in d.c.
nulli,& Bonif.viij.fuit ſequutus,in cā nepotis ſui, dixi tn̄ idem
8 Papa Clem. † ꝙ ſi impetrauit,& poſtmodū tonſuret literæ ſum
mūt uigorē,& is cui ſcribit ei ꝓuidere tenet licet prius nō te-
neret,& cū hoc trāſiuit Spec.ī d.uer.qd ſi ſcholaris, ubi ſubdit,
ꝙ ſic obtinuit,& fuit iudicatū, & cū hoc trāſiuit Bal.in add.ſua
parua,dū allega.l.ſi ſuperatus.ff.de pignorib. & idē Bal.in d.c.
cū adeo,in ult.col.quod non vr̄ placuiſſe Bernardo in d.c. cum
adeo,nec Io. And. nec Butr. ibi nec Io.Cald.in d.c.ij.qui alle-
gat.c.ſi eo tempore,de reſcr.in ſexto, contra determinatio Cle
9 men.iiij. † Vltimus caſus eſt quando ille qui impetrat uere non

erat clericus tunc,ſed erat tonſuratus non p Epiſcopũ,uel Ab-
batẽ iux.c.abbates,in fi.de priu.in vj. ſed per aliũ ſuum in dicto
monaſterio ſuperiorem, & ab eo fuerat receptus ad habitũ, vt
religioſus,& pro religioſo ſe habebat,& reputabatur, an impe
tratiu valuerit,uel non Compo.in d.c.cum adeo,in uer. itẽ q̃d
10 ſi tonſuratus,arguit pro & ꝯ, tãdem ſtetit † ꝙ ualent literæ, ẽt
ſi aſſeruit ſe clericum,quia non eſt mentitus ſe clericũ, q̃a cleri
cus eſt,lato ſumpto vocabulo,ideſt in ſortẽ electus.xxj.diſt.cle
11 ros.xij.q.j.c.clericus. † Itẽ cũ deſtinatio, cũ tonſura ſufficit ad
hoc,ꝙ ſit capax ſecundũ gl.ord.in d.c.ij.de inſt.concludit,ꝙ ſa
tis eſt capax beneficij,ex quo eſt tonſuratus, & habilis ad ordi-
12 nes recipiendos.¶ † Non ob.ꝯria, quia militant in laico puro,
profeſſione,& habitu,ſecus in laico quo ad carentiã ordinis ec
cleſiaſtici,qui largẽ eſt clericus, quia religioſus profeſſione, &
habitu,vr̃ capax bñficij ſm gl.Bern. in d.c.ij. quã ſniam fuerũt
ſequuti Lau.Tan.Io.Phi.Boa.Compo.& quaſi oẽs doc.illorum
tpm,uſq; ad tpa Hoſt.in d.c.cum adeo.& in d.c.ex literis,&
in d.c.ij.cum iã animi deſtinatio.eſſet clericus.xxiij.q.j.c.para-
tus,cum.n.iam ſit perſona eccleſiaſtica ſcientius cadit in eũ, quę
opinio placuit ẽt Paulo de Liaza.in repe.c.nobis. de iur.patro.
alijs vt Vinc.Gonf.Hoſt.Io.And.Spec.Clemen.iiij. & Bonifa.
13 viij. necnon But.Imo.Abb. & cõiter Moder.magis placet, † ꝙ
is qui non eſt in clericum adhuc tonſuratus,non ſit capax bene
ficij eccleſiaſtici,quod ẽt placuit Henr.Boych.in d.c.ij.per ra-
tiones Hoſt.ibi,& Archid.j.q.iij.c. ſi quis obijcit,ẽt Hugo.j.q.
14 iiij.in ſumma. † Sed incidit dubitatio quid ſi retentis dictis ter
minis,talis tõſuratus,& in religioſum a ſuperiore cũ aſſumptio-
ne habitus,receptus impetrauit mandatũ,de prouidendo,nulla
facta mentione de clericatu, uel non, & emiſſa profeſſione ex-
preſſa executor ſibi contulerit, ut idoneo iuxta tenorẽ manda-
ti,& fuerit inueſtitus,& in poſſeſſione poſitus, & geſſerit ſe pro
præceptore dictæ præceptoriæ,& poſt aliquos meſes fuerit ꝓ-
motus ad ordines per ordinariũ,nunquid eius collatio conualĩ
dabitur per dictam ſuperuenientiam ordinũ, ex ſnia clem.iiij.
ubi ſupra Spec.& Bal.quæ obtinuit ex facto,dicẽdũ eſſet,ꝙ ſic,
quæ placuit Rotę in antiq.conclu.xj.in ti.de proba.licet aliqui
contra ſenſerint,ut ſupra retuli,nimis inhærendo rigori,ſatis ẽt
vr̃ tollerabile, ꝙ religioſus iã tõſuratus habitum ſui ordinis ge
rens,& demũ expreſſè profeſſus tpe collationis ſibi factæ,bene
ficiũ regulariter ſui ordinis poſſit impetrare,& obtinere,ut ca-
pax maximè ſecuta tonſura per ordinis ſuſceptionẽ ſequẽtem.
15 † Nec iura uidentur expreſſè exigere in regularib. niſi profeſ-
ſionẽ expreſſam.c.ad noſtram.c.cum magiſtrum.de elect.c.nul
lus,co.tit.in vj.clem.ne in agro.c.ſanè, de ſta. mona. de quo tñ
16 in c.quia ingredientibus, de teſtam. per doc. † Et aduertatur,
ꝙ licet,ſi ſcolaris.i.laicus impetrat beneficiũ ſimpliciter dicen
do ſe ſcolarẽ,cancellaria ſuppleat,poſtq̃ clericali caractere fue
rit inſignitus.&c. in laico tñ ſcolari impetrante beneficiũ regu-
lariter cancellaria nil dicit ꝙ cupiat clericari,nec ſupplet,quòd
poſtq̃ fuerit dicto caractere inſignitus ſed tñ dicit, ꝙ cupit cũ
Abbate,& cõuẽtu illius ſub regulari habitu uirtutũ,dño famu-
lari,& mãdat ſibi prouideri de bñficio tali regulari, poſtq̃ ha-
bitũ ſuſceperit,& profeſſionẽ emiſerit.Hinc ſumo argu. ꝙ can
cellaria vr̃ hr̃e talẽ profeſſurũ, & demũ profeſſum capacẽ bñfi-
cij regularis,licet non ſit clericus, & hoc putarẽ diligentiſſimè
17 ponderandũ, † & præſertim vñ hoc admittẽdũ in iſtis pręcepto
rijs ordinis ſancti Antonij Vienen. quę videtur diſpenſationes
quædã bonorũ ad hoſpitalitatẽ,ſeu hoſpitalia, ſicut in ſimili dr̃
in c.quãuis,de deci.de iſtis,& de hoſpitalarijs ſancti Io.Hiero-
ſolimitani,de quib. ẽt per gl.in c.j.in uer.perſoluant, de uerbo,
ſig.in vj.& p doc.in c.canonica,de ſent.excom. † Nec dicat ali
quis,ꝙ ẽt in talibus regularibus ordinis prædicti Vienen.ad ca
pacitatẽ bñficij eccleſiaſtici nõ ſufficiat eſſe religioſum, & mo
nacũ profeſſum niſi ſit ẽt clericus, ut ur̃ dicere text. a vj.q.j.c.ſi
monacus,cuius uerba ſunt hæc,ſi monacus ad clericatũ promo
neaĩ bñficia pſtentur ei pleniter,& annonæ,& decimæ donentur
&c. Nã loq̃ĩ de monaco presb. ſeu plato, ut colligiĩ,ex rubro,
& ea pceden.& ſeq.textib. cui monaco presb, uult præſtari be
neficia pleniter,& ẽt curata,& pinguia nõ aũt exigit ille tex.cle
ricatũ ad capacitatẽ bñficiorũ eccleſiaſticorũ, loquitur de bñfi
cijs.i.ptãte ſacerdotali, ut dicunt tex. ſeq. & colligiĩ ex quadã
19 ſumma Io.ſuper decreto,ſuper illo tex. † Audiui ẽt,ꝙ in dicto
ordine ſancti Antonij Vienen.eſt cõſuetudo inueterata, ꝙ bñfi
cia,& pręceptoriæ illius ordinis conferant expreſſe profeſſis il
lã regulã,non habito alias reſpectu ad tonſurã clericalẽ,ſeu ca-
racterem clericalem ab ordine,uel alio habente auctoritatẽ im
preſſo, unde tanto magis putarẽ talẽ profeſſum capacẽ in uim
ẽt conſuetudinis, quæ conſuetudo põt habilitare laicum reli-
20 gioſum ad eccleſiaſtica tractanda ſecundũ doc. in d.c.ij. † Cre
do ẽt ꝙ ſtatuta ordinis prædicti ſuffragentur,quibus inter cæte
ra cauetur, ꝙ nullus religioſus poſſit obtinere beneficia dicti
ordinis niſi ſit expreſſe profeſſus quaſi exigant ſolã profeſſionẽ,
& non clericatũ,ſi concurreret, ꝙ tpe primæ receptionis huius
ad religionẽ,& habitũ dicti ordinis, Abbas vel alius poteſtatẽ
epiſcopalẽ habens iuxta.c.cũ contingat,de ætate, & quali.& c.
abbates,de priuil.in vj.dediſſet ei primã tonſurã, nullã putarẽ
ſupereſſe dubitationẽ,qm̃ oẽs doct.reputant clericũ habentem
primam tonſurã eſſe capacem beneficiorũ, ut habetur in locis
21 primo alleg. † & de acolito eſt glo. notab. in c.placuit.xxxij.di
22 ſtin. ſuper verbo conſuetudinũ, † & de pſalmiſta eſt gl. in d.c.
cũ contingat,de ætate,& quali.& in c.Ioannes,de cleri. coniu-
ga.& voluit Vinc.in d.c.in eccleſia, & eſt de mente oium ſcri-
bentiũ, ꝙ ad capacitatẽ beneficij eccleſiaſtici ſufficiat habere
23 tonſurã clericalẽ minorẽ. † Et poſito,ꝙ de ſtricto iure dicta im
petratio non poſſit defendi rõne ceſſationis, tunc clericatus,an
24 ſit tutus per regulã de triennali.&c. † Putarem,ꝙ ſic quia be-
neficiũ de quo agitur fuit aſſecutus ex mandato Papę,& apoſto
lica auctoritate,& poſſedit pacifice per annos quinque,abſque
ſimoniaca labe.Nec obijci põt,ꝙ erat reſeruatum reſeruatione
in corpore iuris clauſa,quia uacauerat per reſignationẽ auuncu
li in manu Papæ,unde dicta regula non tueatur ipſum quaſi in
25 truſum in beneficio tali reſeruato, ut ſupra. † Nam iſte fuit aſ-
ſecutus ut reſeruatum dicta reſeruatione incluſa in corpore iu-
ris,& poſſedit ut reſeruatum,non ut intruſus, ſed ut canonicè ti
tulatus apoſtolica auctoritate regula autem prædicta excludit
intruſum qualis non eſt noſter clericus, non enim dicitur intru
ſus qui hẽt beneficiũ ab eo qui dare poteſt,licet de ipſius intitu
lati,uel prouiſi titulo diſputari poſſit,an ualeat, Inn.in c.nihil,
26 de elec.in gl.mag. circa medi. † Poſſedit ẽt optima fide ductus
auctoritate ferè oium docto.ueterum ante Hoſt.& auctoritate
27 gl.& Rot.in antiq.& auctoritate clemen.iiij.Spec.& Bal. † Itẽ
ſtilo cancellariæ apoſtolicæ in huiuſmodi beneficijs eccleſiaſti
cis regularibus,ut prædixi quæ non videtur attendere clerica-
tũ,ſed profeſſionis deſtinationẽ,& ſequutã profeſſionẽ expreſ-
28 ſam,quo ad capacitatẽ, quis negare poterit, † ꝙ iſte non fuerit
plusq̃ coloratus poſſeſſor, cũ obtinuit auctoritate apoſtolica ſi
ne mendatio aliquo iuxta no.per doc.in c.cum noſtris, de con-
ceſſio.præb.habuit.n.ab eo qui dare potuit, & a Papa licet for
taſſe fuerit defectus ex parte recipientis,ergo eius poſſeſſio fuit
colorata ſecundum Hoſt.in ſumma.in ti.de conceſſio. præben.
§.nunc,poſt prin.& Cald. & Mod.in d.c.cum noſtris, & p Lap.
alleg.x.& alleg.ciij.bene faciunt,quæ ſcripſit elegan. But. in c.
ueniens,de filijs presb.quare putarem,quod ſi thorus prouiſio
nis Apoſtolicæ factæ dicto iam religioſo,& profeſſo,licet tunc
fortaſſe non clerico, ſed clericato poſt non tuetur hunc regula
rem in dicto beneficio regulari, & quaſi hoſpitalarij, de ſtricto
iure,ſaltem defendatur vmbone dictæ regulæ de triennali,cu-
ius clipeus uerificatur in omnibus,in caſu noſtro. Pariſius.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas ſententia ex eo capite,quia termini non ſeruati,ex quibus*
tollatur.
Qua die gubernator poteſt ſententiam proferre.
2 *In interdicto retinenda, ille obtinet, qui de antiquiori docet.*
3 *Poſſeſſio iunior,& clandeſtina,non iuuat.*
4 *In materia turbatiua, quod remedium eſt ſufficiens.*
5 *Turbatio facti,qua ſit.*
6 *An inducat turbationem locatio.*
7 *Sequeſtrum,an inducat turbationem.*
8 *Turbare,an dicatur,qui iudicio ſe opponunt.*
9 *Negantes nos poſſidere, turbare dicuntur.*
10 *Poſſeſſio naturalis,& ciuilis,an perdatur cum quis dubitat ſe poſ-*
ſe repelli,& nu. 11.
11 *Et quando,& quo caſu iſtud procedat.*
12 *Requiſita ad interdictum recuperandæ.*
13 *Interdictum recuperandæ,& retinendæ, an in ſimul poſſint inten-*
tari,& quando, & quo caſu.
14 *Attenduntur proſequuta ſuper quibus iudex ex officio procedit.*
15 *Clauſula,omni meliori modo,& ſuper quibus,producit effectum.*
16 *Remedia multa pro poſſeſſione recuperanda.*

CON-

CONSILIVM CXXVI.

NVLLITAS ſententiæ quia termini non ſeruati,
1 † tollitur ex facultate conceſſa Gubernatori in qua
patet, in oibus cauſis ēt cõmiſſarijs, & delegatis poſ
ſe procedere terminis non ſeruatis, inſuper ex ſtilo
producto, euacuatur alia nullitas ex aduerſo appoſita, prolatio
tionē ſniæ optimè, & ritè proceſſiſſe die veneris, cũ in cauſis
delegatis qũ Gubernator ius dicit, debet illa die ius dicere, quę
obſeruatur per rotam, & alios iudices cõmiſſarios, ꝗ fuerit cõ-
miſſa cauſa ſuper vi turbatiua, & demũ ſententia lata fuerit ſu-
per interdicto recuperandæ, quod uidetur fieri iure non potuiſ
ſe ex deductis ex aduerſo, aduertendum eſt, ꝗ petitio ipſorum
actorum, & demũ ſententia deſuper lata nedũ cõplectitur inter
dictũ recuperandæ, ſed etiam interdictũ retinendæ clare patet
ex uerbis petitionis, & ſẽtẽtiæ, & ꝗ prædicta rectè & ritè pro-
2 ceſſerint oſtenditur. † Conſiderando nãq; interdictũ retinẽdæ
in eo ipſi actores obtinere debent cũ de antiquiori poſſeſſione
docuerint, inſuper & de alijs requiſitis ad obtinendũ ſuper di-
3 cto interdicto, † poſſeſſio aduerſarij iunior, clãdeſtina eſt, quæ
non iuuat. c. licet cauſam, ubi pleniſſimè ſcriben. de proba. Bar.
in l. ſi duo. ff. vti poſſid. & in l. j. C. eo. per Alex. conſi. cx. j. vol. &
4 conſi. lxxxij. ij. vol. & conſi. viij. v. uol. per Cur. conſi. xxiiij. † En
ēt cũ actores tpe turbationis fuerint in poſſeſſione, & hoc ſtan
5 te præſumuntur poſſediſſe ēt tpe litis conteſtatæ. † quo conſi-
derato in materia turbatiua ad obtinendũ ſufficiens eſt reme-
diũ, ut declarat Aret. in §. retinendæ, inſtit. de interdi. col. iij. uer
ſi. ſed an ſufficit & Hoſt. Io. And. Butr. & Abb. in c. cum ad ſe-
dē, de reſti. ſpol. col. vj. & in deciſ. conſi. Neapoli. cccxciiij. ꝗ ad
uerſarij turbauerint factn, & uerbo doctũ eſt, facit per ea quæ
6 dicit iure conſult. in l. vim facit. ff. de vi, & ui arma. † & ex ple-
nè nota per Moder. in d. c. licet cauſam, & Alex. conſi. lxxxij. ij.
7 vol. † Vbi tãgit de turbatione quę inducitur ex locatione, ut eſt
in caſu præſenti, & ēt per Anch. conſi. ccxliiij. ad prædicta, qđ
refert Fel. in d. c. licet cauſam, col. ix. & x. vbi tangunt de turba
8 tione quæ inducitur per ſequeſtrũ, ut eſt in caſu præſenti. † Pro-
ut ēt quia aduerſarij opponentes ſe iuditio turbare dicuntur, ut
per Lap. alleg. lxv. & ſeq. & lxxij. & per Mili. in uer. actor. & in
uerb. turbatio, & latiſſimè per Bar. & alios ſcrib. in l. ſi prius. ff.
9 de ope. no. nuncia. † Ad quod ēt quia aduerſarij negantes nos
poſſidere turbare dicuntur no. Bal. in l. j. col. v. uerſ. ij. oppono.
C. uti poſſid. & Bar. in l. j. §. huius aũt. ff. eo. tit. & in dicta deciſ.
10 cccxciiij. ꝯſi. Neap. † Nec dicatur interdictũ uti poſſidetis ceſ-
ſare ex quo ipſi actores amiſſerunt naturalem, & ciuilē poſſeſ-
ſionē cũ uiderent aduerſarios poſſidere, & dubitarent ſe poſſe
repelli, quo caſu debuerũt intentare interdictũ recuperandę, &
non retinendæ per ea quæ not. in l. qđ meo. §. fi. & in l. clam poſ-
11 ſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poſſ. † Nã procederet obie
ctio ſi actores deſiſſent ingredi poſſeſſionē dubitantes, ne de-
iecerentur, quod minimè fuis, ſolum .n. dubitãtes ne rixã incur
rerent, & ne aliquis de perſona offenderetur, poſſeſſionē petie-
runt ſequeſtrari, quo caſu retinuerunt ciuilē, ut eſt tex. & ibi gl.
in l. licet. C. de acq. poſſ. quã ſequit Bar. ibi, & not. Pau. de Caſt.
12 in d. §. qui ad nundinas. hoc modo ſaluans gl. ibi, col. pen. † Po
tuerunt inſuper, & rectè intentare interdictũ recuperandę, cum
enim probauerint ſe poſſediſſe, & aduerſarij cõfitẽtur ſpoliaſſe
habentur requiſita ad obtinendũ in illo. c. ſignificantibus, de of
fi. deleg. c. cũ ad ſedem, cũ alijs ſimi. de reſti. ſpol. & iuxta plenè
13 nota. in uulg. §. nihil cõe per oēs. † Quod ēt remediũ retinen-
dæ & recuperandæ inſimul, & ſemel potuerunt intentare, dedu
citur ex not. per Bal. in l. ſi de proprietate, col. pen. C. ſi a no. cõ-
pe. iudi. & per ea quæ habentur per Rot. in no. in tit. de reſti. ſpo
lia. ſecunda, cũ .n. pendente iudicio ſuper ui turbatiua ſequutũ
fuerit ſpoliũ, iudex debet ſuper utroq; pronũciare poſſeſſionē,
uidelicet reſtituẽdã, & ea reſtituta ceſſandũ a moleſtatione & ꝑ
turbatione deciſio eſt in puncto ꝯſi. Neap. in ordi. clvj. pro par
te, & bene faciunt nota. per Abb. & alios in c. veniens, col. vj. &
ſeq. de preſcr. ad qđ deciſio Biſign. ix. in ord. de reſti. ſpol. & ea
quæ not. per Inn. in c. ex tenore, de reſcri. & Fel. in c. licet Heli.
14 de ſimo. in x. limita. † concludentes attẽdi debere proſequuta,
ex quib. iudex ex officio prouidet, & quæ potiſſimè attendi de
beant. l. ſub prętextu, la ij. ubi Bar. & alij. C. de tranſa. & l. ſuper
15 rebus, de arb. cũ ſi. † Prout ēt illa clauſula omni meliori modo.
&c. & ſuper qb. &c. per no. in l. edita. C. de eden. inſt. de act. §. j.
Pan. in c. ij. de ordi. cogn. & latiſſimè per Maria. in c. ſignificãti
16 bus, de di. libe. obla. xiij. art. prin. † & qa plura remedia intro-
ducta ſunt ad poſſeſſionē recuperandã, de qb. ꝑ Mod. in l. rem
quę nobis. ff. de acq. poſſ. inter quæ illud eſt quando interuenit
uiolentia ex l. inuaſor. C. unde vi, & quando ſine uiolẽtia, illud
de quo in l. fi. eo. tit. de quib. per Pau. de Caſt. in d. §. qui ad nun
dinas. in fi. & quodcunq; remedium conſideretur ſufficiens eſt,
ſiue enim coniunctim, ſiue ſeparatũ intentata appareant, idem
habetur effectus, ſtantibus, ſuperius deductis. Pariſi. Rom.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non diuidendo, & quòd res remaneat perpetuò commu nis, regulariter non ualet, & per totum.*
2 *Fallit ſi appoſitum eſſet iuramentum, & num. iij.*
4 *Iure propria poteſt apponi pactum obligans rem.*
5 *Pactum conſideratur, ut pars precij.*
6 *Pacta fieri poteſt, quòd res ſit communis, & ſeruiat utrique.*
7 *Contractus nullus redderetur, ſi conditiones in illo appoſitæ non ſeruarentur.*
8 *In contractu reciproco, actio non competit illi qui non obſeruat.*
9 *Pactum iſtud non eſt turpe, nec ſimpliciter fuit factus, ſed adiectis cauſis.*
10 *Iure propria, poteſt apponi ſeruitus.*
11 *Seruitutes ſunt perpetuæ, etiam reales.*
12 *Reales tranſeunt ad omnes, cum ipſa re, & nu. xiij.*
14 *Diuiſio rei, quæ eſſet inefficax, non eſt petenda, nec concedenda.*
15 *Contrahentium mens, attendi debet.*
16 *Seruitus conſideratur ſuper quolibet ceſpite, & propterea facit ceſ ſare diuiſionem, & adiudicationem.*

CONSIL. CXXVII.

1 LICET pactũ † de nõ diuidẽdo, & ꝗ res remaneat
perpetuo cõis regulariter nõ ualeat, nec teneat, ue
hr in l. in hoc iudicio. §. ſi ꝯueniat. ff. cõm. diui. &
in l. fi. C. eo. & plenè in l. ſi nõ ſortē. §. ſi centũ. ff. de
2 ꝯdi. indeb. cũ alijs ꝯcor. † Tñ iſtud procedere nõ vr, qñ fuiſſet
appoſitũ iurm, ut eſt in præſenti caſu, ratione .n. iuri tale pactũ
remanet firmũ, & ualidũ ꝑ ea quæ not. in auc. ſacramẽta pub.
C. ſi aduer. uend. & in l. ſi quis, pro eo. ff. de fideiuſ. ꝑ Bar. & quæ
per Cano. in rub. & in c. cũ contingat de iure iur. & in c. quam-
uis, de pac. lib. vj. & in puncto eſt deciſio Alb. de Roſ. in d. l. fin.
C. cõm. diuid. & hanc partē vr ſequi Iaſ. in d. §. ſi centũ. col. pen.
3 vbi reſpondet conſi. Alex. † qui ꝯtrium uoluit, ut ibi per eũ, de
qua materia iuramenti, & de pacto de non diuidendo iurato ꝑ
Corn. conſi. xliiij qm iij. lib. ubi ur innuere iurm tenere in caſu
in quo ligat, & licet pactũ non teneret tñ diuiſio eſt faciẽda ſe-
cundũ tenorē conditionũ appoſitarum in pacto, ut nulli afferatur
4 tur præiudiciũ, † & quamuis iſtud eſſet ſufficiens, & concludēs,
tñ vlterius conſiderandũ eſt, nã res uendita Benedicto auctori
aduerſarij in totũ fuit Ioannis auctoris Dominici principalis,
& Ioannes uendidit Benedicto pacto adiecto, ꝗ nunꝙ res diui-
deretur, nec per emptorē, nec ꝑ eius hæredes, ꝯñr in re propria
pactũ iſtud potuit apponi uulg. l. in re mãdata. C. manda. & ap-
5 poſitum ſeruandũ eſt. l. ij. C. de pac. inter. empto. & uendi. † Eo
maxime qa pro minimo precio apparet uẽdita, & pacta, & con
uentiones pars precij ſunt, & ideo omnimodè ſeruanda. l. fun-
di partē ff. de contrah. emp. & plene per doct. in l. lecta. ff. ſi cer.
pet. & in l. petẽs. C. de pac. & in l. iuriſgẽtiũ. §. igitur nuda. ff. co.
6 † ſtante itaq; modicitate precij, & cõditionib. appoſitis, mẽs ue
ra ꝯtrahentium fuit, ꝗ res uendita eſſet cõis, & ſeruiret ipſis con-
trahentibus ſecundũ conditiones appoſitas, quæ a quocunque
poſſeſſore ſeruari debent cũ ſint reales, ut habetur in l. ij. C. de
pact. cõuen. & in l. fi. ſine cenſ. uel reliqui, & no. in l. fi. C. de reb.
7 eccl. nõ alien. † & ſi ꝯditiones non ſeruarentur eſſet inducere in
ualiditatē dicti contractus, cum factus appareat ſub dictis con
ditionibus, quæ non obſeruatæ reddunt ꝯtractum nullum, per ea
quę notantur. ff. de condi. & dem. per totũ, & per Bal. in l. aretu
ſa. ff. de ſta. homi. & in l. ſi pecuniã. ff. ſi cer. pet. & inſti. de uerb.
8 ob. §. oīs, & in §. ex conditionali, cũ alijs uulga. † ad quod ēt fa-
cit, nã talis ꝯtractus eſt reciprocus, & continet reciprocas ꝯditio-
nes quo caſu uni partiũ non ſeruanti eas, actio non poteſt com
petere, uulg. l. Iulianus. §. offerri. ff. de ac. emp. & ea quæ per Mo-
9 der. inſti. de excep. cũ concor. † Nec dicatur tale pactũ reproba
ri a lege in odiũ apponentis, quoniã nullum continet enorme,
nec turpè, nec ſimpliciter fuit appoſitũ, ꝗ non diuideretur, ſed
adiectis cauſis, ut deſeruiret illis ꝯditionib. de quibus in eo, quę
iuſtiſſimæ ſunt, & utranq; continet utilitatē, quę non nocet op
ponenti, & exprimenti, ut in ſimili ꝑ Bar. & alios in l. ſi filius. §.

diui.ff.de leg.j.& quæ in l.qui Romę.§. cohæredes.ff. de uerb.
11 & per Bal.in l.ea lege.C.de condi.ob cau.cu ſi. † Præterea ad-
uertendū,nā iure permittente Ioannes uēditor in re ſua quam
uendebat Benedicto potuit apponere ſeruitutes uti appoſuit,
erat.n.res propria ipſius uenditoris in qua pactionibus,& ſtipu
lationib.licite potuit apponere ſeruitutes, vti appoſuit inſti.de
11 ſerui.§.j.& in l.j.cōmu.præd.ff. cū vulg. † Et ſeruitutes appoſi
tæ oēs ſunt perpetuę,& reales, vt eſt illa de immundicijs,& ſpur
citijs non proijciendis,nec de ſtabio,& illa ne ibi ędificetur,&
illa deponendo pannos ad feneſtras , & illa de explicādo granū,
& bladū quæ oēs reales ſunt inſti.de ſerui.ff.eo. fere per totū,&
in l.altius.C.de ſerui.& aqua. & plenius per Cępo. in ſuo tra.de
ſerui.& potiſſimè in rub. de ſerui.altius nō tolli.& in rub.de ſer
12 ui.ne lumi.offi.& in rub.de ſolo, ſeu arra. † & quæ reales tran-
ſeunt cū ipſa re ad quoſcunq; res ipſa pueniet,& ſeruandæ ſunt
ſpecifice a poſſeſſoribus dictarū rerū cū ſint onera realia. l.ij.§.
j.l.ij.l.ſi forte.§.pe.ff.ſi ſer.vēd.l.cū fundo.ff.de ſerui.ruſt.pręd.
& facit tex.in l.iurisgentiū.§.pactorū.ff.de pac.& in l.ſi tibi de-
13 cē.§ pactū,& in l.& hæredi cū l.ſeq.ff.e.tit. cū uulg. † ad qđ fa
ciunt no.per Bar.per illū tex.in l.ſi creditor. §.fi.ff.de diſtr.pig.
& q̄ p eundē in d.l.ea lege,& ibi Bal.col.ij.& iij. C.de cond.ob
cau.& qđ p Bar.quē ibi oēs ſequunt̄ in d.§.diui, col.iij.in fi.&
col.iiij.in prin.& quę ponit Bar.in l.j.§.qđ aūt ait.ff.de ſuperfi.
& in l.ſi quis poſſeſſionē.ff.de acqu. poſ. & q̄ hn̄r p Mod. poſt
antiquos in l. ſi qs id qđ.ff.de iur.om.iud.vō cū.d. Io.uēditori
licitu fuerit in re ſua uendita apponere dictas ſeruitutes reales
q̄ ſemper tranſeunt cū ipſa re,& a quocunq; poſſidēte rē ipſam
ſeruandę ſunt,ꝯn̄r non pōt ædificari ibi non poſſunt proijci ſor
des & alia immunda,nec ſucceſſores Io.uenditoris poſſunt ex-
plicare granū,& bladū, ad qd igit̄ petitur diuiſio ipſius,cū ſi di
uideretur nullū afferatur cōmodū aduerſario , qui in ea re non
14 pōt ædificare,nec proijcere ſordes,& immūda, † ceſſabit itaq;
diuiſio quę eſſet inefficax p ea quæ in ſimili nota. in l.ad pba-
tionē.C.de prob.& actus eſſet fruſtratorius, quod non dicēdū
arg.l.quotiens de reb.dub,& l.non ſolemus.ff.de act.& obli.cū
15 ꝯcor. † Ex quib.clare colligit̄ mentē ꝯhentium quæ attenden-
da eſt,ut in d.§.pactorū,& plenè hr̄ in l. in conditionib. primū
locū.ff.de ꝯdi.& dem.& in l.inter ſocerū.ff.de pact. dota.fuiſſe,
ꝙ cū res uendita fuiſſet propria dicti Ioannis,ꝙ reduceretur,&
fieret cōis cū Benedicto emptore, & hæredibus amborū ad effe
ctū,ꝙ deſeruiret ambobus,& eorū hæredib.& ſucceſſoribus in
ſupradictis ſeruitutibus, quæ licitè potuerunt apponi, & appo
ſitæ ſeruandæ ſunt, & cū debeant ſeruari inducunt diuiſionem
16 non faciendā,maximè cū petat̄ ſine effectu, † & cū res uendita
habeat deſeruire dictis ſeruitutibus,quę ſuper toto,& qualibet
eius parte poſitę ſunt diuiſio ipſius cōmodè fieri nō pōt,quo ca
ſu pactū de nō diuidēdo eſt validū,ut inſt.de offi.iud.in §.pen.
& fi.& l.ſed & ſi res.ff.cōm.diui.cū ſi.nec dēt uni adiudicari,ut
vr̄ notari in d.iur. qa per adiudicationē ſeruitutes appoſitæ nō
ſortirentur effectū,quod non dicendum. Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus, ex quibus colligatur conſtructum ab Epiſcopo, ut ordinario.*
2 *Et ex quibus appareat fundatum, ut eccleſiaſticum.*
3 *In dubio præſumendum eſt eccleſiaſticum.*
4 *Eccleſiaſticum etiam præſumitur ex tranſlatione.*
5 *Papa poteſt diſponere de iure patronatus eccleſiaſtico.*
6 *Ius patronatus cōſtructum ab ordinario,ex quibus bonis præſumatur dotatum.*
7 *Eccleſiaſticum præſumitur,ſi dotatum apparet ex bonis quæſitis ex fructibus eccleſiæ.*
8 *In dubio idem, & nume.ix.*
10 *Iuri patronatus laicorum,Papa an deroget.*
11 *Et quid ſi eſſet regium.*
12 *Quid ſi dotatio eſt mixta partim de bonis laicalibus, & partim eccleſiaſticis.*
13 *Ius patronatus mixtum regulatur, ut eccleſiaſticum.*
14 *Et quid reſpectu derogationis.*
15 *Relatum attendi debet.*
16 *Res donata eccleſiæ,nihil habet ulterius laicale.*
17 *Et in illis donatis,ſolum conſideratur eccleſia donataria.*
18 *Expreſſio facta ad effectum demonſtrationis , non producit alium effectum.*
19 *Epiſcopus in bonis aliūde quæſitis, poteſt habere hæredē quē uult.*
20 *Si perſonæ ad quem eſt tranſlatum ius patronatus ſunt eccleſiaſticæ etiam illud erit eccleſiaſticum.*
21 *Et quid quo ad effectum derogationis.*
22 *Vnio igitur illius erit ualida,ſi conſenſerunt illi ad quas fuit tranſlatum:*
23 *Et ſi patroni laici tacuerunt per quatuor menſes, poſt prouiſionem factam.*
24 *Stilus cancellariæ attendi debet.*
25 *De laicis patronis,quando non eſt facienda mentio.*
26 *Patroni putatiui,non ſunt in conſideratione.*
27 *Et quid iuris,quando fieret unio.*
28 *Doctor intelligi debet ſecundum deciſiones quas allegat.*
29 *Declaratio conſi.Cardi.quo ad unionem,& nu.30.& ſeq.*
30 *Vnio ex quibus cauſis concedatur,& nu.xxxi. & ſeq.*
35 *In unione,patroni debent conſentire,& nu.36.*
37 *Cogitatio in genere,an tollat ſurreptionem .*

CONSIL. CXXVIII.

IN CAPELLA beatæ Mariæ contigua eccleſię
Cathedrali,duplex cadit ꝯſideratio , una reſpectu
fundationis,alia reſpectu dotationis , quo ad pri-
mā attentis literis fundationis , ibi, in caſtro nr̄o,
& ibi,iuxta eccleſiā cathedralē. &c.fundata apparet in fundo,
& ſolo eccleſiæ.Rurſus fundata,& cōſtructa a Ioanne Archie-
1 piſcopo perſona eccleſiaſtica,& ut ab ordinario. † Quod patet
ex uerbis fundationis,ibi,Ioannes archieps.&c.& ibi,auctorita
te noſtra ordinaria.&c.ad quæ not.in c.qm̄ Abb.cum ſi.de of-
2 fi.deleg. † Iſtis ꝯſideratis in dicta capella, ius patronatus , ſi qđ
conſiderari pōt,attento capite fundationis non pōt iudicari,ni
ſi merè eccleſiaſticū per nota.in c. cū aūt,in c.cū p.p, in c.cum
paſtoralis,& c.cum dilectus,de iur.pat. & plenè per Moder.in
trac.de iu.pat.in uer.ius.q.vij. & in uerbo , eccleſiam fundauit,
3 & uerbo,conſtruxit, † & licet ex prædictis ſimus in caſu claro,
tamen ſi eſſemus in dubio,adhuc idē dicendū, per ea quæ in ſi-
4 mili dicit Fel.in c.ex literis,col.j.de ꝯſti.& dicet̄ inferius. † At-
tēta igit̄ origine,eccleſiaſticū eſt. Attēta inſup trāslatione idē,
voluit.n.idē Archieps poſt eius mortē dictū ius trāſire ad capi
tulū,& canonicos,ut hr̄ in c. vnico,de iu.pat.lib.vj.& p Rot.in
antiq.en.ti.deciſ. viij.& p Fel.in trac. qn̄ literæ apoſtolicæ. &c.
5 col.vij. † Conſideratis illis,potuit Papa de dicta capella diſpo-
nere,ut plenè in d.c.unico,& d.c.cū dilectus & p Fel. in d. tra.
& p Rot.in no.laij.de præb.j.in ordine, vn̄ attēto capite funda
tionis,clauſula illa latiſſimè extendēte,abſq; dubio includit ca
ſum nr̄m,& tota fundatio , ut iacet narrāda eſt in quo nō eſt du
bitādū,cū Papa potuerit , & voluerit abſq; eo qđ expreſſe dero
gauerit,ut in locis pallegatis . ¶ Quod ad ſcđam ꝯſiderationē
reſpectu dotationis aduertēdū eſt , ꝙ dictus Io. Archieps inter
alia dotauit de quodā molēdino eccleſię Strigonien.patet ex li
teris dotationis,res iſta eccleſiaſtica eſt. Ruſus dotauit ī duas
domos poſitas in caſtro Budē. Iterū dotauit de uillis Hemerē.
& Lijbicen.in intricen.& trinchinen.cōmitatibus,emptis a Re
gia maieſtate, nō apparet de qua pecunia emptæ fuerint a Re-
ge,minus qualiter dictæ domus eſſent Archiepi , & ad eū pue-
6 nerint. † Vn cū nō apparēt,ꝙ domus eſſent patrimoniales,uel
ꝙ dictę domus, & villæ eſſent emptæ de pecunia patrimoniali,
uel induſtriali . Iterū cū nō appareat dictū Archiepm habuiſſe
patrimoniū amplū,nec pecunias ex eo puenientes,minus appa-
reat ipſum fuiſſe induſtrioſum.q̄ pbāda erāt,Bart.in l.ſi ſorte.
ff.de re mil.& not.in l.ſi donē.C.de coll.Quinimmo cū ex ꝯrio
notoriū ſit,dictū dotātē fuiſſe Archiepm,& Strigonien.& habē
tē ſingulis annis in redditib. pfuſiſſimas pecunias, cōſideratis
iſtis,cū in ꝯriū aliud nō uigeat, pculdubio dicēdū,& domos &
& uillas pdictas emptas pueniſſe ad ipſum Archiepm ex reddi-
7 tib.dicti Archipatus. † Cōſequēter eſſe bona eccleſiaſtica,ut hr̄
in c.j.iij.& fi.de pec.cle.& in c.cū in officijs,& in c.relatū,& in
c.cū eſſes,cū alijs ſi.de teſta. & licet iſta ſufficiant , tū ſi eſſemus
8 in dubio,idē dicendū † Qn̄.n.clericus dat dotē, nec apparet,ꝙ
de bonis patrimonialibus,uel eccleſiaſticis,in dubio dicēdum,
ꝙ de eccleſiaſticis bona eſt deciſio Fel. in d.c. ex lr̄is, col.j.quē
conſideratis ſupradictis cōiecturis,ſeqtur Roch.in trac.de iur.
9 pat.in uer.ius.q.iiij. † Ad quæ rō allegata per Fel. in d.c. ex lite
ris,& quæ not.in ſi.in l.ij:C.de acq.poſ.& per Bar.in l.gerit,de
deductis. Non obſtat illud de mercede ex quo ipſe inuitus ac-
ceſsit, & non procurauit ambaſciatam, & ꝓpterea non iudicatur a
pari cum procuratore, & ita punctaliter reſpondit Bal. Alb. Sal.
42 & Fulg. in d. l. inter cæteras. §. non omnia. ¶ † Minus obſtat qđ
dicit Pau. de Ca. in d. l. argentum cum alijs iuribus per eum alle
gatis ꝙ dicta pecunia fuit conſignata, ut quantitas, non ut ſpe-
43 cies. ¶ † Nam in contrarium eſt ueritas, fuit enim conſignata di
cto do. Ant. ut illamet conſignaret Sereniſ. Principi, uel illi, cui
dictus ſereniſsimus uellet, ꝯſequēter tanquam ſpecies, & ut cer
tum corpus eſt cōſideranda, ut hr̄ in l. plane. §. ij. & in l. ſed ſi cer
tos. ff. de leg. j. cum ſi. & ſatis ſuadetur quia facta numeratione
dictarū pecuniarum illamet fuit repoſita in baſiſia, & poſtmo-
dum in baſcherio, ut eadem conſignaretur, & ipſe do. Ant. ſem-
per habuit clauem ita ꝙ ut ſpecies, & ut certū corpus fuit conſi
derata. Quo ſtante ſumus in terminis concluſionis ſuperius fa-
ctæ. Non obſtante numeratione dictarum pecuniarum facta ip
ſi do. Ant. ex quo non fuit factum hoc ut in eum uſus ſeu domi-
nium illarum eſſet translatum, ſed ut conſtaret de quantitate &
an cenſus eſſet integer. Pecunia aūt illamet quæ ſibi fuit nume-
rata erat conſignanda, ad quæ no. per Bar. in d. l. vt certo. §. viden
dum. col. ij. ff. commoda. Non obſtat illud de mala elect. Nam ip
ſe d. Ant. fuit in optima electione nolens tenere pecunias in do
mo vbi hoſpitabaſ, propter iuſtam ſuſpitionem, & illas deponē
do penes. d. Io. Alouiſium uenereo, uirum probiſsimum, & ēt tra
dendo eas ad transferendum dicto Hieronymo nuncio per di-
ctam communitatem ſibi dato ad peragendum tale negocium
cuius nuncij electio communitati, & non ipſi eſt imputanda vt
dictum eſt. Nec eſt in ɔſideratione ꝙ ipſe Hieronymus nō fuit
datus ad cuſtodiendum dictas pecunias. Nā ſatis fuit ipſum fuiſ
ſe datum ad inſeruiendū dicto negocio, cui merito ipſe do. Ant.
potuit committere dictas pecunias, ut eas trāsferret, cum ad id
ſpecifice fuerit ſibi datum a dicta communitate, & dolos ipſius
Hieronymi non eſt imputandus ipſi. d. Ant. ſed communitati il
lum mittenti. Nec obſtat illud quod dicebaſ de mandato ſm̄ cō
ſuetudinem, & ſolitum, nam nulla apparet probata conſuetudo
ut per Bar. & alios in l. de quib. ff. de legib. & per eundem, & Bal.
in l. j. C. quæ ſit longa conſuetudo, & facit. l. ij. ff. de probationi-
bus. Quinimmo ex proceſſu conſtare vr̄ quod orator deputatus
ad ſoluendum dictum cenſum ſuo arbitrio eligit cuſtodiam u-
bi pecunię ſtent quouſque numerentur illi cui Sereniſsimus mā
dauerit dummodo ꝙ in eligendo careat culpa, vt contingit in
ipſo do. Ant. vt ſ̄. deductum eſt. ¶ Non obſtat ultima obiectio
quia habeat agere vel uc, nam ſuperius dictum eſt, ꝙ ipſa Magni
fica communitas debet agere prout egit & relaxatio facta de d.
Hiero. non potuit præiudicare ipſi do. Ant. ut dictum fuit. ꝗ̄r
ſiue rigorem iuris conſideremus, ſiue curialitatem, iuxta not. in
d. §. non omnia, & in d. l. ſi ſeruus communis, cum ſi. Dico & cō
ſulo partes magnifici domini poteſtatis; & capitanei ciuitatis
& diſtrictus Bellimenſis fore & eſſe ad pronunciandum, & ſen-
tentiandum, & ita diffinitiuè ſententiet & pronunciet, dictum
domi. Anto. reum conuentum fore, & eſſe abſoluendum & libe-
randum, a petitis in præſent iudicio ab ipſo per dictam Magnifi
cam communitatem, ſeu per ſpectabiles dominos ſindicos & a-
gentes nomine ipſius, utranque partem ab expenſis hincinde fa
ctis ex cauſis non friuolis abſoluendo. Par. Pad.

SVMMARIVM.

1 *Si propter delictum bona debent publicari, an in publicatione ue-*
niat peculium aduentitium filijfamilias delinquentis. & nu. 57.
2 *Filio familias interdicta eſt alienatio bonorum, ſine patris con-*
ſenſu.
3 *Excepto peculio caſtrenſi.*
4 *Intellectus ad l. fi. parag. filijs autem. C. de bon. qua lib. & nume.*
32. 33. 34.
5 *Licet pater aliquib. in caſibus non habet uſumfructum in bonis ad-*
uentitijs filiorum, tamen in illis habet commoditatem. & nu-
me. xlij.
6 *Ceſſat publicatio bonorum propter delictum filijfamilias, ratione pa*
tria poteſtatis, & nu. 7.
8 *Delictum filij non debet præiudicare patri, etiam in acquirendis. nu.*
etiam, 43. 44.
9 *Spes acquirendi uſumfructum eſt conſiderabilis.*
10 *Pater poteſt retinere uſumfructum ſibi quaſitum ex perſona filij, &*
poſt extinctam patriam poteſtatem.
11 *Factum filij non debet nocere patri, nu. etiam. 50. & 51.*
12 *Proprietas dicitur quæſita filio familias in hæreditate aduentitia,*
poſt ipſius aditionem.
13 *Plures ſunt caſus, in quibus patri non quæritur uſusfructus in bo-*
nis aduentitijs.
14 *Et unus eſt, quando expreſſe fuit cautum ꝙ non quæreretur.*
15 *Pater tunc habet legitimam adminiſtrationem in bonis aduentitijs*
filiorum quando in illis habet uſumfructum, alias ſecus, numero.
32. & 43.
16 *Adminiſtratio bonorum filijfamilias in quibus pater non habet uſū*
fructum ſpectat ad filium. & nu. 32. 43. & 49.

17 Et

17 *Et de illis poteſt diſponere inter uiuos ſua arbitrio ſine conſenſu patris.nu.18.32.33.& 49.*
18 *Dicta taxatiua includit alios caſus,præter exceptum.*
19 *Pro homicidio ex ordinatione ſtatuti,poteſt quis banniri & condẽnari cum publicatione bonorum, & condemnatus æquiparatur deportato.*
20 *Filiusfamilias,deportatus,bannitus,& condemnatus deſinit eſſe in poteſtate patris.*
21 *Patria poteſtas eſt cauſa acquirendi uſumfructum patri, & concedendi legitimam adminiſtrationem in aduentitijs.*
22 *Proprietas bonorum aduentitiorum uenit in publicatione bonorum pro delicto filij quando uſufructus eſt alterius.*
23 *Etiam ſi proprietas filio debeatur ſub conditione.*
24 *Si uxor delinquit conſtante matrimonio,proprietas bonorum ſuorũ iconfiſcantur,& uſufructus reſeruatur marito.*
25 *Per has enim confiſcationes,non fit præiudicium uſufructuario.*
26 *Appellatione bonorum,continetur proprietas.*
27 *Prout etiam continentur iura.*
Et ſta ueniunt in confiſcatione bonorum propter delictum filij ſi tẽpore delicti erant quæſita.
28 *In publicatione bonorum non ueniunt futura.*
29 *Nec uenit hæreditas non adita.*
30 *Statutum loquens de confiſcatione debet operari.*
31 *Venit in publicatione bonorum propter delictum filij peculium aduentitium,quando patri non quæritur uſusfructus nu.38.*
34 *Diſpoſitio dicti paragra.filij autem,non habet locum in alienatione neceſſaria,quæ fit per leg.nu.35.& qualiter textus procedat. nume.41.*
35 *Peculium aduentitium uenit in publicationem,quando pater renunciauit adminiſtrationi alias ſecus nu.38.*
36 *Peculium profectitium qua ratione in publicatione bonorum non uenit.*
37 *Peculium caſtrenſe,an ueniat in publicationem.*
Multum differt caſtrenſe,& aduentitium.
38 *Intellectus l.ij.C.de caſtren.pecu.lib.xij.nu.39.*
39 *Vna lex declaratur per aliam.*
40 *Exceptio firmat regulam,non tamen ampliat.*
44 *Præiudicat patri filius delinquendo,ſi propter delictum perditur patria poteſtas.*
45 *Quod filius condemnatus reſtituatur eſt caſus fortuitus.*
46 *Reſtitutio condemnati non debet nocere alijs quibus erat ius iam quæſitum.*
47 *Reſtitutio intelligenda eſt,ſine damno tertij.*
48 *Geſta per filium condemnatum remanent firma etiam in præiudiciũ patris,licet filius poſtea reſtituatur.*

CONSILIVM CLVII.

NOBILIS Olim Franciſcus de Cathabenis orbatus & carens filijs, & habens tres fratres, vez Io,
Fran.Ludo.& Alex. ſuum ſolenne condidit teſtamentum, in quo plenum uſumfructuum bonorum
ſuorum & integrum eius uxori toto tempore ſuæ uitæ legauit,&
demum ſuos uniuerſales hæredes inſtituit filios ltimos & naturales ſpectabiliũ & nobilium fratrum ſuorum prædictorum. d.
Io.Fran. Lud.& Ale.Defuncto prędicto teſtatore eius uxor omnium bonorum ſuorum habuit & recepit integrum uſumfructũ
prout de pſenti hẽt & recipit.Et qm pdictorum fratrũ, alij non
catarent, nec extent filij ltimi & naturales,niſi Nicolaus, Maria,&Cathabenus filij dicti.d.Lud.qui tanquam hrdes inſtituti
ꝯſentiente ipſorum patre hrditatem pdictam tanquam aduentitiam adiuerunt.Nouiſſime ꝯtingit ꝙ dicti Nicolaus, Maria, &
Cathabenus,doloſe & apenſate ꝯmiſerunt homicidium,pp qđ
uirtute ſtatutorum inclitę ciuitatis Mantuanæ fuerunt ꝯdemnati & ipſorum bona publicata.Dubiũ modo oritur an in tali publicatione bonorũ ueniat,& ꝯprehendatĩ dicta hrditas aduentitia pdicti teſtatoris,quæſita dictis filijs homicidiarijs ꝯdemnatis,ut ĩ,ita proprietas pertinens ad ipſos dicatĩ publicata & ꝯfiſcata,ſaluo remanente uſufructu legato prædictæ uxori quouſque uixerit.Et pro parte negatiua,ꝙ nõ ueniat nec ꝯprehendatur facit doct.Bat.quam cõiter ſequunt oẽs ſcrib.ibi maxi,Im.
1 Pau.de Ca.rol.fi.&Alex.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalib.col.iiij.
& v uer.vj.quæro.ff.de dã.iſec & tradit Ang.Imo.& Lud.Rom.
in l.ſi filiusfamilias,in prin.eo.ti.& ſentit ẽt Bar. p illum tex.&
per alia iura per eum ibidem allegata in l. Imperator. ff. de fideic.liber.& ibidem Bar.in l.j.col.ij.uerſi.iij. quæro. ff. de bon.
damna.& in l.ſi quis in tantã.col.iij.uerſ.quæro an dñs. C.unde
vi.& Albe.de roſ.in trac.ſtatutorum.in iij.parte.q.xij.& Nellus
in trac.de banni.in j.parte ſecundi temporis.q. xxv. & Ang.Areti.inſti.de action.in §.actiones.col.v.uerſ.autem publicatis. nu.
xiij.in fi.& Iaſ.ibi col.x.uerſ.tangit etiam hic Angel.& Arct.in
trac.maleſi.&ibi Auguſt. in addi. in glo. & eius bona publicamus.Quibus in locis & alijs quamplurib, ꝯcordantibus vi cõiter concludi,condemnato filio familias, & eius bonis publicatis,nõ publicari aduẽtitia bona ipſius,nec proprietatem ipſorũ,
quam in illis filius habet, ex quo remanere debent pnes patrẽ
in illis habentem uſumfructum, ea ratione quoniam filio familias interdicta eſt omnis alienatio bonorum ſine patris conſen
2 ſu.l.fi.§.filijs autem.C.de bon.mater.† Et conſequenter uidetur
eſſe prohibita alienatio. Quam filius delinquens neceſſario facere vr.Mouentur ẽt per tex.in l iij. §. ſed utrum.in fin.ff de minoribus.ubi etiam hoc uolunt Bar.Alber.& alij. qui tex.diſponit in publicatione bonorum patris non uenire peculium profectitium, ita non ueniet in publicatione bonorum ipſius filij.
Item per tex.in l.ſi filius.C.de bon.proſcrip.& damna. ubi plene ſcrib.omnes hoc firmãt qui tex.diſponit In plublicatione bonorum filij non uenire peculiũ caſtrenſe,etiam comprobari poteſt ſecundo.opl.iſta per tex.in l.ij.C.de caſtren.pecu.lib. xij.nolentem filium familias nullius rei habere alienationem ſine uoluntate patris excepto peculio caſtrenſi,& illa dictio nullius rei
uniuerſalis includere uidetur quæcunque aduentitia. argumen.
l.Iulianus.ff.de lega.iij.& ca.ſolitæ.de maiorita. & obedientia.
3 † Et illa exceptio caſtrenſis peculij, regulam firmat in alijs non
exceptoatis.l.nam quod liquidæ.§.penult.ff.de penu. legat.l. in
his.ff.de legibus.Prout & tertio adduci poſſunt rationes traditę per Imperatorem in d.§.filijs autem ibi, melius eſt enim coarctare iuueniles calores & ibi cum enim ſicut dictum eſt parẽtes altre eos compellentur &c.Quæ rationes ita militant,quando pater habet uſumfructum in bonis aduentitijs, & ipſorum
adminiſtrationem,ſicut quando prædicta nõ hẽt, & tales rationes generales non debent reſtringi ad illud dictum ſpeciale, &
ad caſum ibi poſitum quando pater habet uſumfructum & ad-
4 miniſtrationem,ut † in ſimili per illum textum tradit Bart. in l.
cũ pater.§.dulciſſimis.ff.de leg.ij.& in l.regula. §. & licet. ff. de
Iuris & far.ignoran.& facit tex.in d. l. fina. §. ſin autem ea alienum,C.de bon.quæ li,Prout & quarto qm licet pater in aliquibus caſibus non habeat uſumfructum in bonis aduẽtitijs filio-
5 rum,†tamen in illis habet quandam commoditatem, ut traditur in l.plurium.§.quanquam,& in l.filio.in fi.ff. de uſu & habitatione.& per Angel.Areti.inſtit. per quas perſon. nobis acquiritur.§.j.col.pen. uerſi.ſed tu aduerte.nume. v. & reſpectu talis
commoditatis & iuris, etiam filio familias uidetur interdicta
alienatio dictorum bonorum fauore patris habentis talem commodiatem. Prout & quinto benefacit text. in l. cum aocillis.C.de inceſt. nupt. expreſſe volens ꝙ filiusfamilias committens delictum propter quod eius bona ueniunt publicanda ſi re
6 peritur in poteſtate paterna ceſſabit bonorum publicatio.†Poteſtas enim patris talem publicationem bonorum impedit, ut
ſentit Bald.in apoſtillando illam literam,col.j.uerſ.ibi, liberatus.& Saly.expreſſe iſtud colligit in d.l.ſi filius,colum.j. uerſic.
7 iiij.pro caſu. C. de bonis damnat. † Præfertur enim pater fiſco
in publicatione bonorum aduentitiorum,ut tradit Bar.in l.exequutorum.col.x.uer.ſi uero ſit caſtrenſe.C.de execurtione rei iudic.& in l.reos.col.vj.uer.iſtud dico.C.de accuſation.Præterea
glo.in uerb.intendo in l.iij.§.ſi filius.ff.quod quiſque iuris.communiter ab omnibus approbata apertiſſime vult,quod quando
filiusfamilias committit aliquod delictum.non propterea præiudicat patri, cuius conditio non poterit per talem actum fieri
8 deterior nedum ĩ iuribus quæſitis patri per filium. † Sed etiam
in acquirendis in futurom, & Bald.ibi poſt Iaco.Butrig. iſtud
firmat & apertius, & diffuſius Iaſo.ibi in j.no.uolens allegando
iura, quod licet regulariter filius in acquirendis poſſit præiudicare patri,tamen quando patratur delictum conſiſtens in faciendo per tale delictum filius non præiudicabit patri etiam in
acquirendis per dictam gloſſ. * communiter approbatam vnde
per dictum delictum filiorum non uidetur poſſe prẹiudicare.d.
Lud.patri in iure quærendo poſt mortem vxoris dicti teſtãris,
9 reſpectu vſuſfructua dictorum bonorum aduenticiorum.† Maxime, quum talis ſpes quærendi dictum uſumfructum ſit conſiderabilis,ut in ſimili tradunt Bar.& alij in l.is poſt. ff.de acquirare.

10 hære. † Eo etiam quia pater retinere poteſt uſumfructum ſibi
quæſitum mediante perſona filij, poſt finitam, & extinctam pa-
triam poteſtatem ut in l. de emancipatia. C. de legit. hære. in l. fi.
C. de uſufru. & ad corroborationem adduci poteſt titulus. C. ne
pater pro filio uel ne filius pro patre, & quæ in ſimili tradunt
Bal. & alij in l. ob maritorum. C. ne ux. pro mari. cum concord.
11 † Sed iſtis adhuc non obſtantibus pars affirmatiua verior uide-
tur, q̃ proprietas dictæ hæreditatis ueniat in ipſa publicatione,
cum enim pro firmo ponamus talem hæreditatem eſſe aduen-
titiam aditam, proculdubio in dictis bonis aduenticijs, prædi-
ctis filijs delinquẽtibus, quæſitum fuit dominium, & uera pro-
12 prietas, † eſto q̃ in poteſtate patris fuiſſent ut eſt text. apertus
in l. j. C. de bo. quæ libe. & inſt. per quas perſo. nob. acquir. §. j. &
plene traditur per omnes in l. placet ff. de acqui. hær. & in l. cum
filio familias, in j. & iij. parte, & in ij q. Barto. ff. de lega. primo
moueor, & ſecundo. Nam licet regulariter etiam hodie in ad-
uenticijs pr̃i quæratur uſuſfr. & lex illi cõcedat in dictis bonis legi
timam adminiſtrationem, ut in iuribus & deciſionibus paulo
13 ante adductis & quampluribus alijs concordantibus. † Tamen
multi ſunt caſus in quibus patri in bonis aduenticijs filiorum,
non quæritur uſuſfructus, qui caſus enumerantur in auth. exci-
pitur, & alijs ſeq. & per glo. Bal. & reliquos docto. ibi & in auth.
idem eſt. C. de bon. quæ libe. & per gloſſ. per illum text. in ver-
bo parentibus. in auth. vt liceat matri & auiæ, & per docto. inſti-
tu. per quas perſo. nob. acqu. in §. j. & inter alios caſus ille reperi
tur expreſſus, quando filij familias ab aliquo inſtituti ſunt hære
des, & uſuſfructus hæreditatis relictus eſt alijs, tunc enim patri
uſuſfructus nõ quæritur probat tex. in d. auth. licet matri & auiæ
in princip. Ibi hoc enim, & extraneis relinquere poterant, qui
14 caſus adamuſſim adaptatur præſenti diſcuſsioni. † Nam domi-
nus Frãciſcus teſtator inſtitutis filijs fratrum uſumfructum bo
norum ſuorum omnium plenum & integrum reliquit eius uxo-
ri, & ſic proculdubio domino Lud. patri talis uſuſfructus nõ po
tuit quæri per tex. apertum præallegatum ibi. vnde nulla paren-
15 tibus utilitas naſceretur &c. † Tertiam facio conclusionem q̃
pater ſolum habet legitimam adminiſtrationem in bonis ad-
uenticijs filiorum. Quando in illis habet uſumfructum ſi autem
ſumus in caſu in quo patri non quæritur vſuſfructus, tunc pater
non habet legitimam adminiſtrationem in bonis prædictis. Pri
ma pars probatur per glo. & ſcribentes in l. non ſolum. §. ſi pa-
ter. ff. de procura. & in l. j. vbi Bal. & alij no. C. de bon. mater. &
per Bal. in l. ij. C. de contrahend. & commit. ſtipu. & in l. fi. §. ubi
autem, & §. ſin autem. C. de bo. quæ libe. & integram concluſio-
nem probat Bar. allegando iura in l. fi. §. j. uer. & eſt ratio, quem
communiter ibi ſequuntur docto. de uerb. oblig. & idem Bar. in
l. ſi filij. ff. de iniurijs, & in l. lis nulla. ff. de iudi. & eſt glo. ibi ſcri-
bentes ponunt in dicta auth. excipitur & Bal. in d. l. cum opor-
tet. §. ſed cum tacitas in fi. & tradunt omnes in d. l. fi. §. neceſſita
tem. C. de bonis quæ liber. & Moder. in l. non ſolum in princ. ff.
ſol. mat. maxime Iaſ. num. xv. Volentes, ſine difficultate iſtud p
cedere quando eſt caſus in quo patri non quæritur vſuſfructus
eo quia non poteſt quæri etiam ſi ipſe vellet prout eſt caſus præ
ſens, & ita etiam dicit Pau. de Caſt. in d. l. fi. §. filijs autem. C. de
16 bon. quæ libe. † Adminiſtratio igitur iſto caſu iſtorum bonorũ
ſpectabit ad filium ſi eius ætatis eſt, ut adminiſtrare poſſet, ſeu
conſtituetur curator, vt probat text apertus in d. auth. ut liceat
matri & auiæ in §. j. & ibi glo. In uerbo, rebus, adducens caſus ſi
17 miles eſt glo. clara in dicta authen. excipitur. † Quarta erit con-
cluſio q̃ filiusfamilias in bonis aduenticijs, in quibus patri non
quæritur uſuſfructus, habet liberam facultatem, & poteſtatem
per actum inter uiuos alienandi dicta bona, & de eis diſponen-
di ſuo arbitrio etiam ſine voluntate, & conſenſu patris, licet ſub
eius ſit poteſtate, ea ratione quia pater in illis non habet legiti-
mam adminiſtrationem, ex quo attributa eſt per legem ipſi fi-
lio ſeu eius curatori, ita tex. probat in d. aucte. ut lic. matri & a-
uiæ, in §. j. ibi licentiam habeant quo uolunt modo diſponere,
& poſt glo. ibi hoc firmant Bar. & Ange. & conſiderando illam
vniuerſalem, quomodo, includitur etiam caſus quando delin-
quendo filius alienat, maxime cum talis alienatio neceſſario ve-
niat ut inferius dicetur, & probatur etiam per tex. in d. l. fi. §. fi-
lijs autem ibi in his duntaxat caſibus in quibus uſuſfructus pa-
18 renti quæritur. † Non licere citra voluntatem parentum aliena
re &c. Quæ dictio taxatiua duntaxat, includit omnes alios caſus
præter excluſos, vt in l. iij. §. cum Titio. ff. de adminiſtr. lega. cũ
alijs in terminis nostris adductis per Lud. Roma, in conſi. naij.

Quoad primum, col. j. uer. fallit ſecundo, & in auth. ſimiliter car
ta. xij. C. ad legem Falc. vt eſt doctr. aperta Bar. in d. l. non ſolum
in prin. col. ij. uer. in contrarium dicit Dy. vbi concludit filium-
familias ſolum prohiberi alienare aduenticia in his in quibus
patri quæritur uſuſfructus, non autem in alijs, & Mod. ibi com-
muniter ſequuntur Bar. & expreſſe iſtud uult Pau. de Ca. in d. §.
filijs aũt in prin. dicens q̃ tũc demum filius prohibetur aliena-
re aduenticia inter viuos eo caſu quo pater in illis habet uſum-
fructum, ſecus ſi non haberet. Nam tunc auctoritas patris nõ eſt
neceſſaria, & probatur per tex. clarum in fortioribus terminis
in d. l. fi. C. de bo. quæ liberis, diſponens, auctoritatem paternam
nullum præſtare impedimentũ, quando filius alienat aduẽticia
etiam eo caſu quo uſuſfructus momento quæreretur patri, quã
to ergo fortius in caſu noſtro, quando uſuſfructus nec momen
to patri poteſt quæri ut eſt præſens q̃ filius inter uiuos pleniſſi-
mam habeat facultatem de bonis aduenticijs deponendi ſine
conſenſu patris uideantur quæ ad plenum tangunt doct. maxi-
me Alex. & Iaſ. in l. pe. C. qui teſtam. face. poſſ. ubi allegando iu
ra deciſiones & rationes firmant efficaciter concluſionem ſupe
19 rius factã. † Quinta cõcluſio erit, q̃ cõſideratis ſtatutis inclitæ ciui
tatis Mantuæ iſti filij homicidiarij & bãniti pro homicidio poſ
ſunt impune offendi, & perdunt omne commodum, nedum ci-
uitatis ſed & iuris ciuilis, & communis quoad bona exiſtẽtia in
dicta ciuitate, ex quo cum banno accedit publicatio bonorum
& ſic deportatis æquiparantur, ut tradit gl. & ibi ſcrib. omnes fir
mant in §. relegati inſti. quib. mod. ius pat. poteſt. & gloſ. in c.
domino guerram in prin. in ti. hic finitur lex corradi, tradit Bar
to. & alij plene attingunt in l. j. C. de hære. inſti. & doct. in l. eius
qui. §. j. ff. de teſtam. & firmat Alexa. conſi. cxviij. Animaduerſis
ſtatutis in ij. uol. & d. Nellus in j. par. in tract. de bannitis ſecun-
20 di temporis. q. iiij. † Hinc eſt q̃ ſi tales delinquentes & banniti
ſunt filijfamilias deſinunt eſſe in poteſtate patris, ut habetur in
§. cum autem. inſti. quib. mod. ius pat. poteſt. ſol. & bene per
Bar. in l. fi. C. de ſent. paſſ. & per Nell. loco & quæſtione præalle
ga. & q. xx. & q. xlv. in j. par. ſecundi tẽporis, & eſt doctrina Bar.
adducentis iura iſtud probantia. in l. ſi adulterium cum ince-
ſtu. §. liberto in fi. ff. de adult. & in l. cos. ff. de recepta. & plene tã
git Alexan. conſi. lxxv. Viſis & diligenter proſpectis in j. uolu.
21 † Concluſio etiam uulgata & communis eſt quòd patria po-
teſtas eſt cauſa acquirendi uſumfructum patri, & illi conce-
dendi legitimam adminiſtrationem in bonis aduenticijs
ſi enim filius reperitur ſui iuris non conſiderantur bona aduen
titia. l. fi. C. de inoff. teſtam. & exemplum patet quando filius e-
mancipatus eſt in cuius bonis pater nec uſumfructum nec admi
niſtrationem habet ea rõne quia ceſſat poteſtas paterna, quæ ẽ
cauſa acquiſitionis prædictorum, & iura omnia concedentia pa
tri talem acquiſitionem & adminiſtrationem expreſſo loquunẽ
quando filij ſunt in poteſtate, ut uideri omnia poſſunt, & ſic ceſ
ſante patria poteſtate ceſſabit & acquiſitio uſuſfructus & admi
niſtratio. c. ceſſante de app. ¶ Iſtis ſic præmiſſis certiſſimum eſt
q̃ dicti filij delinquentes in dictis bonis hæreditarijs tp̃e deli-
cti, habebant ueram proprietatem, cõ͂r talis proprietas uenit in
22 publicatione bonorum. † Probat hoc tex. & ibi Bar. & Aug. ſen-
tiunt in l. ſi poſtulauerit. §. iubet lex. ff. de adult, ubi diſponitur
q̃ delinquens cuius bona ueniunt publicãda ſi nudam proprie
tatem habet, & uſuſfructus eſt alterius, nuda proprietas uenie
in publicatione, & iſtud idem firmat Ang. in auth. bona. damna.
col. j. uer. ſed te. C. de bon. damna. dicens q̃ ſi delinquens habet
nudam proprietatem illa ſola publicatur. referant & ſequuntur
Moder. in addi. ad Ange. de maleſi. in glo. & eius bona publica-
mus, in fi. & eſt de mente Bar. in l. ſi quis in tantam. col. iiij. uerſ.
item. C. unde ui. uolentis filiumfamilias inuadentem rem pecu-
lij aduenticij priuari. illius proprietate, & ibi Albe. de Roſ. col.
ij. uer. item dicit, referendo antiquos tenet q̃ talis proprietas cõ
23 fiſcatur filio delinquente. † Quando condemnatur filius in con
fiſcatione ſuorum bonorum uenit proprietas quæ ſibi debetur
ſub conditione ut firmat Saly. allegando iura iſtud probantia in
l. j. col. fi. uer. de eo quod. C. de bo. liber. & etiam ſuadetur. Nam
ſi uxor damnatur, & eius bona publicantur. licet maritus in il-
24 lis habeat uſumfructum. † Tamen proprietas confiſcatur. ff.
quinque legibus, & l. ſeq. ff. de bo. dam. & notant doc. in l. ſi cõ-
ſtante, §. fi. ff. ſol. mat. & Nell. in d. tract. in j. parte ſecundi tem-
25 poris. q. xxix. † Eſto enim q̃ proprietas confiſcetur & publicetur
non propterea præiudicatur uſufructuario, quoad uſumfru-
ctum quouſque durat, ut tradit Bal. in ti. de controuer. inueſti.

§ tur-

§.rurſus.col.ij.verſic.pone ergo & in.l.iij.§.ſi filius, in fi.ff.quod
quiſq; iur.& Alex.in d.§.ſi de vectigalibus,car.vij.col.iij.verſic.
ſed quid contra.& Nell.in d.tracta. in prima parte ſecundi tem
26 poris quæſtione.xxvij. ¶ †Et quoniam ſtatuta Mantuana pu-
blicant omnia bona delinquentium, proculdubio ueniunt illa
quæ ad delinquentes pertinent.l.ij.& fin.C.de bon.damna. ue-
nit ergo dicta proprietas, quæ bonorum appellatione contine-
tur.l.non quod,in fi.ff.ad Trebel.l.ſubſignatū.§.bona.& l.pro-
prie.ff.de verbo.ſigni.eo magis,quum ſtatuta prædicta abſolute
27 loquuntur de bonis. † Quorum appellatione etiam iura & a-
ctiones ueniunt,in materia confiſcationis bonorum.l.ſi manda
tum.§.is cuius.ff.mand.& tradit Card.conſi.83.Secundum pu
ram,in fi.& Imo. in conſil.xxxv.In caſu præmiſſo.colum.ante-
28 pen. † Eo etiam quia talis proprietas erat quæſita prædictis fi-
lijs, delinquentibus tempore delicti & ſic erant bona ipſorum
de præſenti. Per quod ceſſat obiectio quæ poſſet fieri ꝙ in pu-
blicatione bonorum non veniunt futura, ut plene tangit Nell.
in dicto tractatu in prima parte ſecundi tēporis.q.xviij. & ſeq.
& Alexand.in d.l.iij.§.ſi filius,& Dec.in conſil.nouiter impreſ-
29 ſo.xl.In cauſa.num.xx.Item ceſſat obiectio quæ poſſet fieri ꝙ
talis hæreditas non eſſet adita vt plene tangit Dec. in d. conſil.
num.xviij.& ſequen.& Nellus in dictu tracta.in j.parte,ſecundi
30 tempo.quæſt.xxx.eo etiam quia ſi iſta non uenirent † talis con
fiſcatio nihil operaretur contra.l.ſi quando cum vulgaribus,de
lega.primo,& in terminis noſtris tangit Ang. & Roma.in d.l.ſi
filius,& in dicto.§.ſi de vectigalibus.ff.de dāno infecto, & Nel-
lus in dicto tracta. in prima parte ſecundi temporis quæſtione
31 xxv eo inſuper quoniam in talibus bonis † & proprietate dicti
filij habent plenam adminiſtrationem & poteſtatem diſponen-
di inter viuos etiam ſine conſenſu patris,quum ipſe non habeat
nec adminiſtrationem nec vſumfructum, ut ſuperius in præmiſ
ſis dictum eſt, & nihil obſtat quin dicta proprietas non ueniat
in dicta publicatione & cōfiſcatione iuribus & rationibus qui-
bus ſupra,& ita in puncto dicit & firmat Io.Crot.in repeti.l.fra
ter a fratre.ff.de condi.indebiti,col.mihi.vij.in fi.verſ.iij.& vlti
ma concluſio,& verſi.ex prædictis inferri poteſt, uolens ꝙ ſi pa
tri non quæritur uſusfructus,peculium aduentitium uenit in pu
blicatione bonorum ſolum per tex. in d.aucten. ut liceat matri
& auiæ.§.j.ex quibus tolluntur & euacuantur omnia quæ in cō
trarium ſuperius adducta fuere pro parte negatiua, tamen ut ſi
ne ſcrupulo aliquo & vt apertius præſentis conſultationis veri-
tas appareat ſigillatim accōmodabitur reſponſio prędictis obie
ctionibus, & primo non obſtat quod dicebatur peculium aduē
titium non uenire in publicatione bonorum condemnato filio.
32 † Nam illud eſt verum quando pater in talibus aduentitijs ha-
bet uſumfructum & legitimam adminiſtrationem. Tunc enim
dicti peculij aduentitij prohibita eſt alienatio fauore patris, &
ita procedit tex.in d.§.filijs autem,& deciſ.Barto.& aliorum in
d.§.ſi de vectigalibus,cum concord. & bene cōſiderentur dicta
doctorum ſuperius allegatorum in contrarium. Nam omnes ſe
fundant ſuper huiſmodi ratione quādo vſusfructus quæritur pa
tri & filius non habet adminiſtrationem,& alienatio eſt prohi-
bita fauore alterius & ſic patris,quæ omnia ceſſant in caſu præ-
ſenti,in quo patri non quæritur vſusfructus nec illi conceditur
adminiſtratio ex quo filius habet talem adminiſtrationē & ple-
nam licentiam alienandi per actū inter uiuos bona propria ad-
uentitia & proprietatem ipſorum,ſine aliquo conſenſu patris,
ut plenè iuribus & deciſio.extitit probatum ſuperius,in præmiſ
33 ſis in iij.& iiij.concluſione. † Et expreſſe ita ſe declarat Bart.in
d.l.ſi quis in tantam.col.iij.uerſi. ego fui tantæ audaciæ,ubi cō
ſiderat cuius fauore prohibita ſit alienatio aduenticiorum, &
ita facit Pan.de Caſt.in d.§.ſi de vectigalibus.colum.fin.& fir-
mat Saly.in d.l.ſi filius,uerſi.quæro quid de peculio.C. de bon.
dam.& Bar.in d.l.Imperator.ff.de fidei.liber.& Aret. cōſi.xiiij.
Viſo colum.vj. cum alijs adductis per Modern. Bonon. in ſin-
gulari ipſorum.cxiiij.Prohibitio alienationis,& quoniam in ca
ſu preſenti ceſſant rationes. Quibus doct.præallegati tenēt ad-
uentitia non publicari per delictū filij, merito ipſorum aucto-
ritas nihil obſtabit argum. l. ambigere.§. quāuis.ff. de iure pa-
tro.& eorum quæ habentur in.l.ij.in fi ff.de donat. & per Ca-
non.in d.c.cum ceſſante,de appel.& etiam quia doct.prędallega
ti fundāt ſe ſuper dicto.§. filijs autem qui tex. probat contrariū
quando patri non quæritur uſusfructus, vt oſtenſum fuit ſupe-
34 rius in concluſionibus. † Prout etiam quia dictus.§. filijs au-
tem non habet locum nec procedit in alienatione neceſſaria q̄
ſit per legem vt eſt tex.in.l.cum filij.C.qui bon.ced. poſſ. & ibi
notant ſcriben.maxi.Saly.in ij.notabi.uolens,in terminis fortio
ribus ꝙ etiam ſi pater in aduentitijs haberet uſumfructū & ad-
miniſtrationem,tamen in illis filius poteſt facere alienationem
neceſſariam ſine conſenſu patris, & ita limitatur dictus.§. filijs
35 autem,ubi Saly. etiam hoc idem firmat. † Quanto igitur for-
tius,alienatio erit ualida,ſine conſenſu patris in caſu præſenti,
in quo pater nec uſumfructum nec adminiſtrationem habet ut
probatum fuit ſuperius in.ij.& iij.præmiſſo, & pręſens publica-
tio bonorum eſt neceſſaria propter delictum filiorum, & uir-
tute dictorum ſtatutorum.Committendo enim delictum filius
tacite peculium dicitur alienare arg.l.Imperatores.ff.de iure fi
ſci,ibi teq; hic pone ſubdidiſti, & ſuadentur etiam iſta ex his q̄
tradunt Barr.& Imo.in d.§.ſi de vectigalibus dum uolunt ꝙ pe
culium aduentitium uenit in publicatione quando pater renū-
ciaſſet adminiſtrationi, fortius ergo erit quando nullam habet
36 adminiſtrationem. † Nec obſtat tex.in.l.iij.§. ſed vtrum.ff. de
minor.Nam loquitur in peculio profectitio quod filius fuit cō
ſequutus,uel ex ſubſtantia patris,uel eius contemplatione, un-
de nimirum ſi non uenit in publicatione bonorum filij,qui non
habet aliquam poteſtatem illud alienādi ut ad plenum poſt a-
lios tangit Alex. in d.l. ſi finita.§. ſi de vectigalibus & docto. in
d.§.ſed utrum,& Nell.in d. tract. in j.parte,ſecundi temporis.q.
xvj. & Saly. in d.l.ſi filius. Quæ ratio ceſſat in peculio aduenti-
tio,eo caſu quo patri nō quæritur uſusfructus nec adminiſtra-
tio. Tum quia tale aduentitium non proceſſit nec ex ſubſtan-
tia nec contemplatione patris. Tum etiam quia filius in caſu
prędicto per actum inter uiuos,habet plenam licentiam,& fa-
cultatem illud alienandi, & de eo diſponendi ut oſtenſum fuit
ſuperius.Nec obſtat illud quod dicebatur de.d.l. ſi filius.C. de
bo.dam. de peculio caſtrenſi. Nam licet multi tenuerint ꝙ ho-
die ueniat in publicatione,ut dicit Ang.& Ro.in.l.ſi filiusfami
lias.ff.de dam.infe.& Ro.in d.§.ſi de vectigalibus,& Nell.in d.
q.xxv. tamen quoniam quamplures alij tenuerunt contrarium
ut ad plenum tangit Alex.in d.§.ſi de vectigalibus.reſpondetur
iſtud quoad peculium caſtrenſe procedere ſpeciali ratione,quā
do ad filium peruenit iure ſpeciali ut tradunt communiter om
37 nes in locis ſuperius adductis. †Quæ ceſſat in peculio aduenti-
tio quod ad filium peruenit iure communi, & ex diuerſis nō be
ne infertur uulg. §. nihil commune cum concor. Et quanta in
corpore iuris reperiatur differentia inter peculium caſtrenſe, &
aduentitium non oportet modo iura adducere,& loca,cum de
ſe pateant,& ius ſpeciale non ſit trahendum ad conſequentiā.l.
quod uero.l.ius ſingulare.ff.de legi.Non obſtat tex.in.l.ij.C.de
38 caſtren.pecul.lib.xij. †Nam procedit quando patri quæritur u-
ſusfructus,& ita gl.intelligit illum text. dum allegat dictum.§.
filijs autem,& clarius iſtud ſentit ibi Io.de Plat. dum vult ꝙ fi-
lius non poteſt alienare ſine conſenſu patris,per illum tex. quo
niam præiudicaret patri in uſufructu.d.§.filijs autem,& conſe-
quenter,quando ſumus in caſu quo patri non quæritur uſusfru
ctus,filius poterit alienare ſine conſenſu patris, ut probatū fuit
ſuperius in.iiij.concluſione,& ita declarari & intelligi debet d.
39 l.ij.cum una lex recipiat declarationem per aliam, † eſto ꝙ lo-
quatur generaliter, & per dictionem uniuerſalem.l. ut grada-
tim.ff.de muneri.l.j.C.de ſacr.ſanc.eccle. iuncta.l.fi.C. qui te-
ſtam.face.poſ.& plenè tradit Bar.& alij Mod.in.l.j.§. nūciatio.
ff.de ope.no.nun. Et exceptio quoad peculium caſtrēſe de qua
in d.l.ij.procedit, eo caſu quando patri quęritur uſusfructus in
aduentitijs,quę filius ſine eius conſenſu non poteſt alienare,be
ne tamen poteſt filius alienare caſtrenſia ſine patris uoluntate.
40 † Non antē debet exceptio referri ad caſum in quo patri in ad-
uentitijs non quęritur uſusfructus. Nam ſi iſtud diceremus eſ-
ſet contra tex.in auct.ut liceat matri & auię.in.§.j. & cōtra de-
ciſiones adductas ſupra in.iiij.concluſione, & exceptio licet fir
mat regulam in non exceptuatis, tamen non ampliat nec dila-
tat eam ut faciat comprehendi ea quę de ſui natura non com-
prehenduntur,ut concludit Bar.in.l.generaliter.§.uxori,per il-
lum tex.ff.de uſufr.lega.& ita erit in caſu iſto.Non obſtant.quę
tertio loco adducebatur ſcilicet rationes adductę i dicto.§. filijs
41 autem,quę uidentur generales,& non debent reſtringi. †Nam
dico rationes illas neceſſario eſſe intelligendas,eo caſu, quo pa
tri quęritur uſusfructus,ut probat ille tex.in illa taxatiua dun-
taxat,ſi enim generaliter intelligeretur,deſtrueretur text.in di-
cta aucten. ne liceat matri & auię.§.j.& etiā corrigeretur text.
in dicta.l.final.§.fi.C. de bonis quę liberis.inductus ut ſupra, &

alię

aliæ deciſiones etiam ſuperius adductę, in iiij. concluſione, per quas filio conceditur plena poteſtas per actum inter viuos alienandi aduentitia, quando in illis pater non habet adminiſtrationem nec vſumfructum, & text. in d.l.fi.§ ſinautem ea alienū, expreſſe loquitur, quando pater habet uſumfructum. Prout etiā loquitur tex. in l.j.C.de bonis maternis. Tunc enim habet adminiſtrationem, vt dixi ſuperius in tertia concluſione, alias ſecus. Non obſtat quod quarto loco dicebatur q̄ pater licet non
42 habeat vſumfructum tamen habet commoditatem. † Nā iſtud procederet quando vſusfructus fuiſſet quæſitus filio tunc enim licet pater non poſſit conſequi vſumfructum tā habebit quandam commoditatem, & ita procedit tex. in.l.plenum.§. quanquam, & in.l.filia.ff.de uſu, & habi. vbi ſi uſus, & habitatio legatur filio, & uſusfructus eſt alterius, pater habet illam commoditatem habitandi, & uſus etiam, & perſona filij, licet non poſſit habere uſumfructum, ex quo filius adhuc habet vſum, & habitationem quam communicat cum patre, ut probatur in dictis iuribus quæ ceſſant in caſu præſenti ubi dicti filij nec uſum, nec habitationem habent, omnia enim iſta ſunt uxoris dicti teſtatoris, & ideo commoditas aliqua conſiderari non poteſt, & ſic ceſſat obiectio, prout etiam tollitur quoniam ſi uſusfructus eſſet filiorum, tamen ipſi poſſunt alienare etiam inuito patre, ut probatum fuit ſuperius in quarta concluſione, & ſic pater poterit habere commoditatem quando filius habens proprietatem, & uſumfructum non alienaſſet alienatione autem ſequuta ceſſabit dicta commoditas. Nam propter eam filius non prohibe
43 tur alienare, ut dictum eſt. † Non obſtat quod dicebatur de lege cum ancillis. C.de inceſtis nup. & per Bald. in d.l.exequutorem, & in d.l.reos, uolentem patriam poteſtatem eſſe impedimento publicationi, & confiſcationi bonorum, filio delinquente, & damnato. Nam uerum eſt quando pater ipſe habet adminiſtrationem, & uſumfructum, alias autē ſola patria poteſtas, nihil impedit, quin filius poſſit alienare per actum inter uiuos, ut eſt textus apertus in dicto.§. filijs autem, & in d.l.fi.§.fi. & clarius in § j.in aucten. ne liceat matri, & auiæ, & aliæ deciſiones quamplures adductæ ſuperius in iij. & iiij. concluſ. † Non ulti-
44 mum ob. de glo. communiter approbata in.l.iij.§.ſi filius.ff. qđ quiſque iur. Nam omiſſis intelligentijs ac dictis antiquorum quos ibi refert Alber. de Roſ. & etiā omiſſis dictis Fulg. & do. Iaſo. ibidem. Dico illam gloſam procedere per delictum filij, & condemnatione pater non priuatur poteſtate paterna, tunc enī filius delinquendo nō poteſt præiudicare patri, ex quo licet delinquat, & condēnetur tamen adhuc durat patria poteſtas, propter quam non præiudicatur patri etiam in acquirendis, q̄ omnia ceſſant in caſu præſenti, in quo propter delictum dictorum filiorum dictus do. Ludoui. priuatus fuit paterna poteſtate, ut probatum fuit ſuperius in quinta cōcluſione, & ceſſante patria poteſtate ceſſabit acquiſitio, ut fuit dictum ſuperius in dicta cōcluſione. Cum enim iſti filij deſierint, delinquendo & per condemnationem eſſe in poteſtate patria amplius paterna poteſtas non eſt conſiderabilis, & conſequenter illa ſpes paterna conſequendi uſumfructum moriente uxore d. teſtatoris non erit contemplanda. Tum etiam quia eueniente tali caſu ipſe do. Ludo. tunc temporis non habebit dictos filios in poteſtate, & cum ea poteſtate careat nihil poterit acquirere. Tum quia carebit pa-
45 tria poteſtate, ut dictum eſt. † Tum quia ſperare q̄ d. filij in priſtinum reſtituantur, eſt caſus fortuitus, & dependens a ſola uoluntate ſuperioris, & propterea non conſiderabilis, ut habet in l. quarta.§. quid ergo.ff. de fideicom. liber. & in.l. apud Iulianū.
46 §.ſi.ff.de leg.j. † Tum etiam quia ſi in priſtinum reſtituerētur, tale beneficium non deberet nocere prioribus habentibus ius ſuper dictis bonis propter delictum filiorum, & ipſorum condēnationem, & bonorum publicationem. l.ij. & iij. C. de ſentētiā paſſ. & plenè per Bar. & alios in.l. Gallus.§. & quid ſi tantū, col. pen.ff.de lib. & poſth. & per Salyc. in.l.final.C. de exequutione rei iudicatæ, & per Alexan. in d.§. ſi de vectigalibus uolentes in peculio poſſe fieri condemnationem etiam patre inuito ſi debi
47 tum fuit cauſatum priuſquam peculium eſſet. † Tum etiā quia reſtitutio intelligenda eſt, & interpretanda ſine damno tertij, & ſic fiſci uel aliorum habentium cauſam ab eo c. quāuis, de reſcrip. lib. vj. l. ij §. merito, & §. ſi quis a Principe.ff. ne quid in lo-
48 co pub. plenè per Bart. & alios, in d.§. & quid ſi tantum. † Tum etiam quia geſta per tales filios condemnatos remanet firma ēt in præiudicium patris licet reſtituerentur in priſtinum, ut eſt tex. apertus in.l.ſi.C. de ſententiā paſſis, & bona deciſio Bal. in d. aucten. excipitur. C. de bonis quæ libe. circa principium uolentis, patrem non poſſe acquirere uſumfructū hæreditatis delatę filio tempore quo pater fuit bannitus, licet poſtmodum ipſe pater ſit in priſtinum reſtitutus, ex quibus patet talem ſpē patris eſſe fruſtratoriam, & nō conſiderabilem eo magis cum dependeat a caſu & conditione, quæ poteſt ſe habere ad eſſe, & nō eſſe arg. eorum quæ habentur in.l.unica.§. ſinautem ſub conditione. C. de caduc. tollen. & in.l. Lucius §. Paulus.ff. de vulg. & pupil. Prout etiam glo. in d.§. ſi filius nihil obſtabit præſenti cō
49 ſultationi. † Cum iura uelint filium & per actum inter uiuos, & delinquendo poſſe alienare & de rebus aduentitijs diſponere ſine conſenſu patris, caſu quo illi uſusfructus non quæreretur ut plenè fuit deductum ſuperius in quarta concluſione, locum ergo habebit dicta glo. quando eſſemus in caſu in quo patri quæreretur uſusfructus. Tunc enim filius nec alienando nec delinquendo poterit præiudicare patri, ſi enim aliter diceremus ſequeretur correctio omnium deductorum in dicta quarta concluſione contra ea quæ habentur in.l. præcipimus cum vulgarib. C. de appellation. & leges legibus ſunt concordandæ. l. unica. C. de inoffic. doe c. cum expediat, de electionib. lib. vj. Nec obſtat quod filius moriens ſeu delinquens non facit quod pa-
50 ter priuetur uſufructu. l.ſi.C.de vſufructu cum ſimi. † Nam uerum eſt, quando uſusfructus fuit quæſitus patri, mediante perſona filij. Tunc enim illud ius quæſitum non poteſt tolli a patre per delictum ſeu mortem filij eſto q̄ priuetur, patria poteſtate, & merito, per totum titulum, ne filius pro patre, & ne uxor pro marito, & res inter alios acta, & quia alteri per alterum non debet iniqua conditio deferri, quæſtio autem præſens eſt reſpectu bonorum aduentitiorum in quibus, patri non fuit quæſitus uſusfructus. Nec adminiſtratio, nec aliquod ius in quibus aduentitija filio, data eſt facultas in caſu prædicto, ſuo arbitrio, & ſine patris uoluntate per actum inter uiuos diſponendi, & per iſta ceſſabūt adducta de titulo ne filius pro patre. & de lege ob maritorum. C. ne uxor pro marito, procedunt enim in iurib. quęſi-
51 tis patri uel uxori, † quæ facto mariti, uel filij tolli nō poſſunt, ex quibus omnibus, ut ſupra adductum eſt, firma ɔcluſio in tali publicatione bonorum uenire, & comprehendi proprietatem hæreditatis prædictę, & dictorum bonorum aduentitiorum.

Pariſius Pad.

1

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia de iure communi perimitur triennio, uel tempore à ſtatuto limitato.*
2 *Et quid, ſi à ſtatuto, tempus ſtatuatur iudici.*
3 *Et quid, ſi iudex profert ſententiam infra tempus limitatum à iure communi, poſt illud taxatum à ſtatuto.*
4 *Et quid ſi inſtantia capit initium aliter, quàm ex forma iuris communis.*
5 *Statutum de emendatione damnorum, an comprahendat furtum, & per totum, & nume. 9. & 11. & ſeq.*
Furtum an ſit diminutio patrimonij, & ueniat appellatione damni.
6 *Tale ſtatutum, an ſit fauorabile.*
7 *Verba ſtatuti, debent aliquid operari.*
8 *Eadem ratio ſtatuti, uidetur militare in furto ſicut in damno.*
9 *Et quid ſi in furto adeſt culpa paſſi damnum nu. 10. & 22. & ſeq.*
11 *Furtum, & damnum ſunt ut ſpecies ſeparatæ.*
12 *Tale ſtatutum eſt contra ius commune.*
Vnus non debet teneri pro alio.
13 *Verba ſtatuti, debent ſeruari, & ſtrictè intelligi.*
14 *Qui non exprimit contrarium, uidetur permittere.*
15 *Exempla declarant regulam.*
16 *Sequentia declarant præcedentia.*
17 *Et præcedentia declarant ſequentia, & reſtringuntur ad naturam rei.*
18 *Dictio etiam, dicta alia, implicant.*
19 *Dictio prædicta, refertur ad ſuperiora.*
20 *Damnum poteſt capi, ut ſpecies ſeparata à furto.*
21 *Doctori aſſerenti communem uſum, ſeu conſuetudinem, non eſt credendum.*
22 *Furtum commiſſum culpa paſſi damnum nō comprahenditur in ſtatuto loquente de emendatione damni.*
23 *Quod optimè procedat in furto pecuniarum, ſecus in furto equorum, & animalium propter diuerſitatem rationis.*
24 *Qualitas à ſtatuto requiſita obſeruari, & probari debet.*

25 *Aſſumptio*

25 *Aſſumptio notarij, debet ſcribi in actis per alium notarium.*
Relatio, & actus geſti die feriata, non ſubſiſtunt.
26 *Falſus in uno redditur falſus in omnibus.*
27 *Vt ueniat emendatio damni, uirtute ſtatuti, neceſſariò damnum eſt probandum.*
28 *Nec iſto caſu poteſt probari per iuramentum paſſi damnum.*
29 *Ex quo non agitur contra principalem delinquentem, ſed cōtra tertium uirtute ſtatuti pro facto alterius.*
30 *Licet capſa reperiatur fracta, non propterea probatur pecuniam fuiſſe intus.*
31 *Non creditur teſti deponenti non uériſimilia.*
32 *Et plura adducuntur ad illud de ueriſimile. nu. 33.*
31 *Argumentum à ſolitis, & communiter accidentibus ualet. nu. 31.*
32 *Non eſt uéroſimile ꝙ quis furetur pecunias & dimittat ſacculos, intus quos ſunt recondita.*
Nec eſt ueroſimile ꝙ quis diſceſſurus longius & per plures dies abfuturus dimittat pecunias domi, nullo ibi relicto, nu. 32.
33 *Suſpitio falſi, an habeatur pro falſitate.*

CONSILIVM CLVIII.

1 SI IVS commune † Attendimus, inſtantia præſentis cauſæ procuidubio perempta fuit, & eſt. l. properandum, in prin. vbi ſcrib. omnes tradunt. C. de iudicijs, prout etiam faciunt Cano. in. c. venerabilis, extra co. titu. & habetur in. l. ij. & iij. C. vt infra certum tempus cum concord. & idem dicere cogimur, attenta diſpoſitione ſtatuti Bononi. reſtringentis & coarctantis tēpus de iure communi, conceſſum Inſtātiæ, vt diffuſe traditur per omnes in locis ſal
2 lega. ¶ † Nec Matthæus de Perectinis actor poterit ſe tueri aſſerendo inſtantiam minime eſſe peremptam, quum a ſtatuto tēpus ſtatuatur, ipſi iudici tantum. Quo decurſo, adhuc cauſæ poterit terminari, ut habetur in. l. j. in fin. C. ut om. iud. tam ciuil. quàm militares, & tradit Bart. circa fin. in d. l. properandum, in prin. Bal. & alij ſcribentes ibi maximè Paulus de Caſt. colum. ij. uerſi. aut dirigit uerba & Iaſ. num. xxvj. verſic. limita primo cum alijs adductis per Fely. in d. c. venerabilis num. xxvj. & per Mari. Soci. ibi aſſerentem hanc eſſe communem in xij. artic. princ.
3 ver. ſed communis opi. ¶ † Nam procederet obiectio iſta, quando iudex hoc faceret poſt tempus a ſtatuto præfixum infra tempus de Iure communi conceſſum inſtantiæ ſecus ſi poſt tempora prædicta uti contingeret in caſu præſenti, ſi cauſa terminaretur, tunc enim poſt dicta tempora terminari non poſſet, ita punctaliter firmat idem Maria. in d. xij. artic. princ. circa prin. verſi. dummodo id faciat, quod ſatis comprobari poteſt ex his quę ipſemet Maria. adducit in d. c. venerabilis in. v. arti. prin. ver. item
4 aduerte. ¶ † Secundo tollitur obiectio, ex quo præſens inſtantia initium cępit aliter quàm ex forma iuris, quo caſu tempus etiā præfixum iudici præciſè debet obſeruari, ita ꝙ ſententia poſt tale tempus lata redderetur nulla ut in terminis tradit idem Mari. in d. c. venerabilis in xv. art. princi. in fin. & idem ipſe ſentit in xij. arti. princ. in fi. dum ſe remittit ad ea quæ dicit in d. xv. ar-
5 tic. in fi. ¶ † Si uero conſideremus merita ipſius cauſæ, concludendum erit eundem Matthæum nullo modo poſſe obtinere, licet enim intentauerit remedium ſtatuti Bon. ſituati ſub rub. de emendatione damnorum datorum à quibus ignoratur, & prima facie dicendum videatur tale ſtatutum comprehendere furtum continens patrimonij diminutionem, prout cōtinet damnum. Quod eſt diminutio patrimonij, ut habetur in. l. ij. ff. de dam. infec. Et damnum ita conſideratum tanquam genus comprehendere debet furtum, tanquam ſpeciem ipſius, iuxta. l. ſemper in generalibus. ff. de reg. iur. & etiam quia tale ſtatutum cē-
6 ſetur eſſe fauorabile, ut dicit Calca. conſi. lxij. col. fi. † Quum tēdat ad publicam utilitatem, & communem uigilantiam, & dili-
7 gentiam, & ut delicta euitentur. ¶ † Tum etiam cōſideratis uerbis dicti ſtatuti, ibi, uel alia maleficia, & ibi, & de omnibus alijs damnis. Quæ vltra ibi expreſſa comprehendere debent furtum ut aliquid operentur, & ne reddantur eluſoria. l. ſi quando. ff. de
8 leg. j. l. diuus. §. ſtipulatio iſta ff. ut lega. no. cau. cum ſimi. † Et ēt quia quamcunq; rationem conſiderare uolumus, qua moti fuerant ſtatuentes ad tale ſtatutum condendum illamet militat in furto, ut diffuſe proſequitur Bartho. Vero. conſi. xviij. ſtatutum Vincentiæ, col. iiij. & v. vbi ex pluribus concludit tale ſtatutum locum ſibi vendicare etiam in furto, Quod conſi. refert, & citat Philipp. Deci. in. l. ſi familia nu. vij. & viij. ff. de iur. om. iud. præcipuè ſe fundantes ſuper communi uſu loquendi, qui ſe habet, paſſum furtum dici paſſum eſſe damnum, prout etiam illud citant Mod. in. l. de minore. §. tormenta nu. iij. & in. l. maritus, nu.
9 xv. ff. de quæſt. † & ꝙ tale ſtatutum locum habeat in furto firmare uidetur And. de Iſer. col. j. verſic. ſed ſecundus intellectus poſt glo. magnam ibi in conſti. reg. ſub rub. de maleficijs clan-
10 deſti. puni. † & procedere uidetur iſta uia, ſi in tali furto adeſſet culpa paſſi damnum, ut ſenſit Bald. conſil. clxxiiij. Caſus talis eſt, col. ij. uerſi. ſed ad hoc, in ij. uolum. & Pau. de Caſt. aſſerens ita practicari conſi. cccxlvij. Statutum, col. ij. verſi. nec obſtat, & Barthol. Veron. d. conſil. xviij. colum. penult. uerſic. aut
11 eſt probata, & uerſic. ſeq. † Contrarium tamen, & quod tale ſtatutum non uendicet ſibi locum in furto nec illud comprehendat tenuit expreſſe Bald. & Floria. in lege ſi ſeruus ſeruum. §. oliua. ff. ad legem Falcid. & in. l. nauta in fi. ff. nautę caupones ſtabularij. ex quo per illa iura furtum, & damnum ponūtur ut ſpecies ſeparatæ, & de uno ad aliud non eſt inferēdum iuribus vulgaribus, & idem firmat Bal. in. l. ait prętor in princ. ff. de iur. iur. & in tit. de pace conſtantiæ, in uerbo poſſeſſionis, ſequitur hoc idem Alber. de Roſa. ſuper ſtatutis, in ſecunda parte, q. lxvij. Item quęro aliam quæſtionem, & plenius hoc idem firmat poſt Romanum, ibi domi. Alex. in. l. ij. ff. de dam. infec. & diffuſius in conſil. ſuo. clxvij Requiſitus, in ij. uolum. nume. iij. & iiij. col. j. quod conſilium eſt repetitum in. v. uol. conſi. xx. Vbi adducendo rationes, & deciſiones apertiſſimè. Hanc opinionem tenet prout etiam ipſe facit in d. l. ſi familia. ff. de iurid. om. iud. ubi domi. Claud. hoc idem ſequitur prout facit etiam ibi Iaſ. col. ij. num. v. & in. l. ſi. quando. num. xlvij. C. vnde vi, & hanc ſententiā legendo ſequitur Philip. Dec. in. c. cognoſcentes in. ij. lectura, num. j. extra de conſtitutionib. & conſulendo etiam idem firmat, ut eſt uidere in conſi. ſuo. lxxxiij. In cauſa colum. iij uerſic. iiij. ad prædictum ſtatutum, & poſtremo iſtud idem allegando rationes, & deciſion. firmant Modern. Bonon. conſi. vj. In cauſa accuſatorum, colum. j. & ij. & etiam in eorum practica crim. in uerbo poſtquam. nu. iij. & iiij. & in uerbo expedita. col. iiij. num. lxxv. Quibus conſideratis opinio iſta reddi uidetur magis communis, conſequenter ab ea iudicando minimè erit recedendum ſecundum communes opin. vulgares quæ ſatis etiam compro-
12 bari poteſt. † Nam eſto ꝙ tale ſtatutum uideatur fauorabile ratione de qua ſupra, tamen minimè inficiari pōt quin nō ſit contra ius commune, ut ex delicto vnius alter puniatur toto titulo, res inter alios acta, &. C. ne vxor pro mari. cum ſimi. & ſentit ipſe Dec. d. conſi. lxxxiij. uerſic. & primo, & Bartho. Veron. dicto conſi. xviij. col. iiij. verſi. ego autem, & ideo, ſtrictè ad unguem, & contextum debet ſeruari, & a uerbis ipſius minime eſt recedendum cum ſit præciſi ſori, & ſtricti iuris. l. quod conſtitutū. de teſtam. mili. l. cōſtitutionib. ff. ad municip. l. quicquid aſtrin-
13 gendæ. ff. de uerb. obliga. cum concord. † Et quia ſi ſtatuentes uoluiſſent in ſtatuto comprehendi furtum, utique iſtud expreſſiſſent ſicuti alia expreſſerunt, & non exprimendo ſatis patet noluiſſe hunc caſum comprehendi, ſed illum omiſiſſe decidēdum ſecundum ius commune. l. ſi enim dotem. ff. ſolu. matr. in princ. cum ſimi. & argum. c. ad audientiam, extra de decim. & in. l. j. §. ſinantem ad deficientia. C. de caduc. toll. quod quidem ſatis ſua-
14 detur, conſideratis uerbis dicti ſtatuti ibi, † & ad inquirendum de incendijs robarijs, arſuris &c. Quæ uerba, & exempla ibi poſita ſatis declarant animum ſtatuentium fuiſſe furtum non cō-
15 prehendi. licet enim exempla regulam non reſtringant. † Tamē illam declarant quibus in caſibus procedat, ut eſt text. apertus in. l. fin. §. cui dulcia. ff. de triti. uin. & ole. lega. & apertè proba-
16 tur in clemen. non poteſt de procur. in clemen. † Tum etiam quoniam per ſequentia declarantur præcedentia. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. & l. qui filiabus. ff. de lega. j. l. utrum. ff. de peti. hæred.
17 † & uerba illa generalia damnorum datorum & illa damnum aliquod & illa uel alia maleficia, & etiam illa, & de omnibus alijs damnis reſtrictionem & interpretationem recipiunt ex ſequentibus, ut dictum eſt, & reſtringuntur ad naturam rei. cui adijcitur, ut probatur in. l. ſtichus. ff. de leg. iij. & in. l. ex militari. ff. de re mili. & in. l. hæc actio. ff. de calumniato. & in ſimi. traditur in. l. iubemus. C. ad Velleia. & in terminis noſtris apertè hoc uoluit glo. dictæ conſtitutionis reg. in glo. mag. uerſic. nec obſtat. ubi dicit per uerba illa generalia ſtatuti bene comprehēdi ſingula generum, & non genera ſingulorum, & conſequenter
18 non furtum, † & etiam quia illę dictiones, uel alia maleficia, & illę, de omnibus alijs damnis habent materiam implicandi ſimilia

millia expreſſis,& non alia,ut habetur in.d.clem. non poteſt, &
traditur in.c.ij.de reſcrip.lib.ſexto,& diffuſius in c.ſedes,de re-
ſcrip.in antiq.& ponunt doctor.omnes in.l.ſed ſi quis.§.quæſi-
tum.ff.ſi quis cau.& in.l.ſi fugitiui.C.de ſeru.fugit. & etiam cō
ſideratis uerbis dicti ſtatuti ſeq.ibi & de omnibus alijs damnis,
in dictis reb.& bonis,& ibi,& de prædictis per quæ uerba fit re
latio ad exempla ſuperius explicata,ut dicit Bart.per illum tex.
in.l.j.§.hoc edicto,in uerſ.ſeq.ff.de poſtulan.& in.l.talis ſcriptu
19 ra.ff.de lega.j §.fin. † Nec obſtant allegata in cōtrarium quod
20 in ſtatuto damnum capitur vt genus. † Nam conſideratis exē-
plis ibi poſitis & alijs de quibus ſupra,ponitur ut ſpecies ſepara
ta a furto ita ut comprehendat tantum ſingula generum & nō
ſingulorum genera.Nec omnem patrimonij diminutionem,ad
quid enim ſtatuentes exempla illa poſuiſſent ſi damnum in ter
mino generico cepiſſent, cum iam tale genus omnia compre-
21 hendiſſet. † Nec illud quod dicebāt Barthol.Veroneſ.& Dec.
volentes communem vſum loquendi ita ſe habere,eſt admitten
dum, quoniam doctori iſtud aſſerenti minimè eſt danda fides,
facti enim iſta ſunt, & probari debent, & ideo ita aſſerentibus
abſq; alia probatione fides minimè eſt tribuenda, vt nota.Bal.
in.l.conſentaneum,in.v.oppoſitione in fi.C.quomodo,& quan
do iud.& Alex.in.l.poſt dotem,in ultima char.in princ.ff. ſolu.
matri.& Areti.conſil.cxxxiij.In cauſa.col.iij.& diffuſè Iaſ.in.l.
de quibus,col.pen.& fi.ff.de legi.& ipſemet Dec.conſ.cxlij. Et
22 pro tenui.col.ij.nu.v. † Nec obſtat dictum Bal.& Pau.de Caſt.
relatum a Bartho.Veronen. in dicto ſuo conſil. xviij. Dum uo-
luit ſtatutum procedere etiam data culpa, & negligentia paſſi
damnum. Nam iſtud admittitur in caſibus in quibus ſtatutum
loquitur.Quod vtiq; non recipitur in caſu præſenti, ut dictum
eſt,& dum Veroneſ.conſiderat etiam in furto iſtud debere re-
cipi ex quo in eo habet locum ratio per quam ſtatutum emana
uit, aduertendum eſt ꝙ in illo caſu quo ipſe conſuluit, contin-
23 gentia facti erat ſatis diuerſa a præſenti. † Nam ibi furto fue-
rant ſubtracti equi.Qui non poterant ita aſportari. Quin ꝑ ter
ritorium non tranſijſſent, & a communiter contingentibus nō
fuiſſent uiſi.At in caſu noſtro agitur de furto pecuniæ quę de fa
cili, & abſq; eo quod videatur a cōmuniter cōtingentibus huc,
& illuc aſportatur,& in furto equorum, poteſt imputari negli-
gentia hominibus Caſtri ſeu villæ,& mala cuſtodia,& vigilan-
tia. Quod ſecus in furto pecuniæ ad quod bene faciunt tradita
per Alber.de Roſa.& Bal.vbi ſupra,& diffuſè per Ludoui. Ro
ma.conſi.vj.Viſa,col.ij.verſi.aduertendum tamen, & per And.
de Iſer.in præallegata conſti.regni.col.pen.uerſi.qui lacit. Præ
terea contingentia facti ibi ſe habebat aliter quàm in pręſenti.
Nam ſtatutu illo diſponebatur, ſtandum eſſe iuramento paſſi
damnum ꝙ in eo damno non commiſit fraudem vel dolum,ex
quibus infertur ꝙ ſi ſtatutum illud,ita non diſpoſuiſſet minimè
locum ſibi vendicaſſet quando nulla negligentia nec culpa po-
terat imputari hominibus Caſtri ſeu villæ, & quando craſſa cul
pa poterat imputari paſſo damnum, prout imputari poteſt præ
dicto Matthæo,vt ſunt deciſiones Bald.Alb.Roma.& And.de
Iſer.præallegatæ.Nullus enim iudicij recti pecunias ſuas dimi-
ſiſſet domi,& inde diſceſſiſſet ꝑ plures & plures dies nullo do-
mi relicto, & de facili ſi ſtatutum in furto pecuniarum interpre
taretur locum habere uia fraudibus aperiretur.Quiſq; eñ poſ-
ſet palam pecunias oſtendere, & deinde diſcedere, & aſſerere
poſtmodum fuiſſe furto ſubtractas,cōtra.l iiij.ff.de pac. dotal.
cum vulgar. Quæ non ita procederent in furto equorum ſeu a-
liarum rerum, & cum in illis, & in furto pecuniæ diuerſa peni-
tus uigeat ratio.de uno caſu,& illo ad alium diuerſum,& ſic ad
caſum noſtrum, minimè eſt inferendum & arguendum vulga.
§.nihil commune, cum ſimili. ſtandum ergo erit communibus
deciſionibus ſuperius adductis,diſponentibus ſtatutum prædi-
ctum non comprehendere furtum & potiſſimum quando dici
tur factum in pecunia, & craſſa culpa poteſt imputari paſſo dā-
num,& nulla negligentia poteſt attribui hominibus Caſtri uel
uillæ. † Præterea & ſecundo ipſe Matthæus ex alio nō poteſt uti
24 remedio dicti ſtatuti nec illo ſe iuuare. Quoniam non apparet
ſeruata forma,& qualitas a ſtatuto requiſita,quæ neceſſario ab
ipſo fuit formiter obſeruanda,ut dicit ipſemet Veronenſis in.d.
conſil.xviij.col.v.verſi.aut damnum,& ideo nō poteſt gaudere
beneficio ſtatuti propter defectum formale ab eo requiſitum.
Neceſſario itaq; qualitas requiſita, probanda erat vt traditur in
c.vbi periculum.§.cæterum de electio.lib.vj.& per Io. And. in
c.j.de homicid.eo.lib.& per Bart.in.l.ex facto in ij. oppo.ff. de
vulg.& pup.& in.l.j.§.ait prætor.ff.ne quid in loco publico,cū
alijs alleg.per Alex.conſi j.in ij.vol.& per Soci.conſi.xxvij.Vi
ſis,nume.xiij.in.iiij.volu.& per dictum conſilium.ccxij. Viſo
puncto,num.ij.Diſponit igitur ſtatutum ꝙ ad petitionem dam
ni paſſi iudex habeat tranſmittere unum ex eius notarijs ad vi-
dendum & inquirendum &c.& minimè apparet aſſertum nota-
rium qui dicitur acceſſiſſe ad id fuiſſe aſſumptum unde &c.Nec
25 illi aut eius aſſertioni credendum eſt de aſſumptione. † Quia te
ſtis eſt in facto proprio,& talis aſſumptio actis publicis demon
danda erit per alium notarium,ut dicit Io.And. in regula cum
quid de regu.iur.lib.vj.& Alex.aſſerens hanc eſſe communem,
conſi.ccxij.Viſo,col.iij.in.ij.vol.& tenet Abbas,Fely.& alij ma
ximè Dec.num.lix.in.c.quoniam contra extra de probationib.
vbi allegantur aliæ quamplures deciſiones. Prout etiam aſſerta
relatio per eum facta ruit.Nam ut ex ea eſt uidere, actus per ip
ſum geſti,& proceſſus factus confecti,& confectus apparet die
feriata in honorem Dei,ut per totum.ff.C.& extra de fer. pro-
ut etiam ruit,ex quo falſa redditur,cum in illa aſſeratur illa om
nia fuiſſe geſta præſente maſſario villæ,cuius contrarium appa-
26 ret probatum † & falſus in vno in omnibus redditur falſus, ut
tradit gl.in.§.penult.in auctẽ.de tabel.& Bal.in.l. iubemus.§.
ſane.C.de ſac.ſanc.eccl. & Mod. alia adducunt in.l. ſi ex fal. in
fi.C.de tranſ.& quia qualibet ſuſpitio falſi habetur pro falſo,ut
27 ſtatim dicetur. † Tertio principaliter ipſe Matthæus obtinere
non poteſt,quoniam minimè damnum quod prætenditur, appa
ret probatum,& eo non probato homines caſtri,& villæ ad ip-
ſius emendationem non tenentur. In iſta.n.materia emēdatio-
nis damnorum hoc eſt maximum,& potiſſimū ut minimè ho-
mines caſtri,& villę teneantur niſi damnum, robaria, ſeu furtū
28 fuerit plene probatum. † Nec ſufficit illud probari per iuramē
tum,ut expreſſè firmat Barto.in.l.diuus.ff.de teſta. mil. eſto ꝙ
ſtatutum diſponeret de damno ſeu de quātitate, & extimatio-
ne ſtari debere iuramento damnum paſſi,ut tradit idem Bar.in
l.ſi quando.C.vnde vi.poſt Cy.& ſequitur poſt eum Bald.& ibi
diffuſè proſequitur Iaſ.num.xxxvj.& ſeq.allegando quamplu-
res deciſio.& aſſerendo hanc eſſe communem ꝙ villa ſeu homi
nes de caſtro minimè teneātur,niſi uere damnum probetur, &
hoc idem firmat Philip.Deci.in.d.ſuo conſ.lxxxiij.col.ij.num.
iij.& aperte iſtud ſentit Bartho.Veron.d.conſil. xviij. colum.v.
in princ.verſic.aut damnum paſſus,& Barb.conſi.lxxvj.Sapien-
ter,colum.v.in fi.in.iiij. volu. vbi citat quamplures alios ita te-
nentes.Prout etiam faciunt Mod.Bono.in.l.j.col.ij.uerſic. ulte
rius ſcias.ff.de quæſt. & conſi.xxxiij.in cauſa colum.j.& ij.nu.
29 xxxj. † & licet in practica ipſorum in princ. col.ij.&.iij. nu.vj.
& ſequen.dicant admitti probationes per coniecturas, quando
furtum aliter non poteſt probari,& recipi iuramentū paſſi dam
num circa quantitatem,quando ille eſſet homo legalis bonę cō
ditionis, & famæ & concurrerent aliæ coniecturæ, tamen illa
procedunt quando ageretur cōtra principalem delinquentem
contra quem poteſt inquiri,& ex coniecturis, & indicijs proce
di ad torturam, & ſucceſſiuè ad alios actus,vt ipſimet ibi decla
rant. Non autem vendicant ſibi locum quando uirtute ſtatuti
agitur cōtra homines caſtri ſeu villę qui pro delicto alterius ve
xantur, tunc enim plenè delictum, & furtum probandum eſt,
ſecundum communem omnium ſententiā de qua ſupra. In ca-
ſu vero pręſenti tale damnum, & furtum minimè probatum ap
paret, conſequenter homines caſtri ad emendationē nullo mo
do tenentur, onus enim iſtud probandi incumbebat.d. Matth.
actori, vt diſponunt iura communia, & vulgaria. Item ꝙ non
ſit probatum damnum apertè colligitur ex relatione ipſius no-
tarij, vt dicitur aſſumpti. Qui referendo aſſerit ignorari, & ꝙ
vere ignoratur damnum.Nec probationes factę per Matthęum
ſunt efficaces,& concludentes, licet enim dicant teſtes capſam
quandam repertam fuiſſe fractam & ianuam domus aliqualiter
commotam ex clauſura quę retro ſuſtinabatur quodam ligno,
30 non propterea ex iſtis probatio redditur concludens, † quia li
cet capſa ſit fracta,non ſequitur ergo pecunię erāt intus,vt tra-
dit Bar.in.d.l.ſi quādo cum alijs ibi alleg.per Iaſ.nu.xliij.& per
Alex.conſi.liij.Viſo themate.in ij.vol.& per Mod.Bonoñ. cōſi.
viij.In cauſa,nu.v.& teſtes deponentes die pręcedenti qua Mat
thęus diſceſſit, vrbem verſus vidiſſe quaſdā pecunias penes ip-
ſum Matthęum poſtmodum illas ponentem in capſa fracta.Nō
propterea concludens redditur probatio ex quo poſtmodū qū
diſceſſit poterat illas ſecum aſportare & in capſa non dimittere
& ſic probatio redditur inconcludens & minus legitimè conie-
quenter

quenter non recipienda ad not.in c.in præſentia de proba. in l.
non hoc.C.undè legi. Ad quod etiam qm̃ tales teſtes, minimè
deponunt ueroſimilia.& quia per eundem fere ſermonē p̃dicta
uſſerunt. & per uerbum credere ad nota. in l.iij.ff. de teſtibus.
31 ¶ † Et plenè per Moder.in rubri.ff.de iure iur. a communiter
enim accidentibus & frequenter, & a ſolitis quod argumentũ
ualidum eſt.l.certi conditio.§.ſi nummos.ff. ſi cert. peta. & per
gl.in l.neque natales.C.de probationib.& in l. cum dotem.C.
de iure dotium.Qui pecunias habet,eas non palã oſtendit nec
uentilat, ſed tuto & ſecreto eas cuſtodit & tenet ex quibus de-
poſitio dictorũ teſtium redditur ualde ſuſpecta prout ẽt ſuſpe-
cta redditur dum deponunt cognouiſſe ſacculos intus quos il-
le pecuniæ erant repoſitæ.Nam quum ſemel tantum illos uide-
runt,nec deponant per quæ ſigna illos recognoſcunt eſſe eoſdẽ
32 probatio uacillat.¶ † Tum quoque conſiderando ueroſimile
& q̃ cõiter & frequenter contingit fures furto ſubtrahẽtes pe-
cunias non dimittunt ſacculos,intus quos reconditæ ſunt. Nec
eſt ueroſimile quod ipſe Matthæus diſceſſurus urbem uerſus,
uoluiſſet dimittere dictas pecunias domi & intus dictã expſam
& nullum dimittere domi,& quæ non ſunt ueroſimilia, imagi-
nem habent falſitatis ut dicit Bal.in l.j.col. iij. C. de ſeruis fu-
git.& probatio non conſona ueroſimili reijcienda eſt ut tradit
Cardinalis in clem.ne Romani in princ.de electionib.& iudex
non debet dare fidem ei quod non eſt ueroſimile ut dicit Petr.
de Anch.conſi.ccvij.Si prædicta.colu.ſi.cum alijs accumulatis
per Moder.in repet.rubricę.C.de probationib.col. xxj. & ſeq.
33 num.cviij.Et quatuor ſequentib.¶ † Et quia ſuſpitio falſi pro
falſitate habetur ut dicunt Arcbidia.& Gemi.in c.in memoriã
xix.diſtinc.& Ana.in rubri.extra de crimine falſi.col.ſi.& Ale.
conſi.lxxvij.in cauſa.col.pen.in j.uol. quum ſimus in cauſa ci-
uili ut diffusè concludit Dec.allegando deciſiones, conſi.clx-
xxix.Lætatus ſum.nu.j.ij.& iij.& conſi.clxxv.In cauſa.nu. iiij.
¶ Infertur modo ex iſtis damnum & furtum minimè fore pro
batum,conſequenter homines de Caſtro Butrij minimè tene-
ri ad emendationem aliquam,& conſideratis ſuperius adductis
eos debere abſolui.& Mathæum ad expenſas cõdemnari. Quũ
ſimus extra caſum ſtatuti. Et quum forma & qualitas a ſtatu-
tu requiſita,minime appareat obſeruata & probata ut deductũ
eſt. Pariſ.Bon.

SVMMARIVM.

1 *An ſtatutum ſimpliciter & indiſtinctè loquens, cõprehendat ſub-
ditum delinquentem extra territorium, & quando & per totum
& nu. 2.*
& quid ſi expreſſè ſtatuto id cauetur.
Et quid in alijs actibus,non tendentibus ad delictum.
3 *Diſpoſitio generalis magis uidetur afficere quàm ſpecialis.*
4 *Et ſi ſtatutum ſimpliciter loquitur, an liget ſubditum ratione ori-
ginis.*
5 *Delinquens duos habet iudices, unum ubi delinquit alium in pa-
tria,& origine qui poteſt puniri pœna illius ſtatuti, ſed contra.
nu.6.& ſeq.*
6 *Statutum ſimpliciter loquens,locum habet in delictis commiſſis in
territorio,non autem in commiſſis extra per ſubditum. nu.9.*
7 *Et iſto caſu ſolum contra ſubditum poteſt procedi per uiam accu-
ſationis,ad pœnam impoſitam de iure communi.num.etiam. 12.
contra.*
8 *Statutum non ligat ſubditum delinquentem extra territorium.
nu.etiam.9.*
10 *Statuentes non exprimendo aliquid uidentur,illud omiſiſſe.*
11 *Statutum permittens inquiſitionem non uidetur permittere con-
demnationem.*
12 *De eodem delicto non debet ſæpius quæri.*
13 *Et ſatis eſt,quòd quis condemnatur ſemel in uno loco.*
*Contumax bannitus & mulctatus,una pœna, an,& quando poſſit
iterum puniri.*
14 *Qualitas à ſtatuto requiſita,neceſſario eſt probanda.*
15 *Statuta ſunt ſtricti iuris,& debent intelligi ut loquuntur, & omiſ-
ſum habetur pro omiſſo.*
*Statutum loquens de habitatione,locũ habet in illo qui retinet ibi
familiam,licet ſit abſens,nu.15.& 16.*
16 *Niſi uerba ſtatuti loquantur de continuò habitante.*
*Scholaris non deſcriptus in matricula non poteſt dici habitare,
cauſa ſtudij.*
17 *Verba ſtatuti debent intelligi in caſu proprio, & uero non ficto re
gulariter,nu.etiam.18.*
18 *Sunt tamen plures caſus,in quibus recipitur caſus fictus.*

CONSILIVM CLIX.

AN Statutum Nobilis ciuitatis Brixiæ quinquage
ſimumſextum.Si quis homicidium fecerit,ſub ru-
brica de pœn.homici.comprehendat ſibi ſubditos
extra territorium ſuum exiſtentes,& delinquẽtes,
q̃ũr an liget nobilem dumi.Aurelium,ut dĩ delictum, & homi
cidiũm committentem Bononiæ,ita quod ꝫ ipſum per dictum
poteſtatem Brixiæ procedi & inquiri poſſit, & condemnãdus
1 ueniat pœna impoſita per dictum ſtatutum.† Inficiari non põt
quin doctores uario modo loquuti fuerint, & circa propoſitã
quæſtionem diuerſas,& ꝯrias firmauerint opiniones. Barto.n.
relatis prius opinionibus antiquorum in l. cunctos populos.
C.de ſumma trini.& fide cath.in octaua princi.quæſt.nu.xliiij.
uerſi.dic ergo,& uerſi.aliqñ iuris,& nu.xlvij.uerſi.item quæro
diſtinguebat, an ſtatutum ſimpliciter, & indiſtinctè,loquerẽt
ut tunc non ligaret, ſecus autem. quando expreſsè mẽtionem
faceret de homicidio & delicto extra territorium commiſſo,iu
ribus & rationibus ibi per eum adductis,quę opinio, quando
ſtatutum expreſsè hoc decernit ſatis comprobari põt per. l. ſi.
ff.de decret.ab ordi.fac.& in l.ij.C.de enunc.cũ alijs ad plenũ
accumulatis per nouiſsimos repet.in l.ſi.ff.de iuriſ.om.iud. co
lu.ij.uerſi.ulterius quæro.nu.cxlij.Et tribus ſeq. uolẽtes plures
in hoc decipi.Quando in fraudem ſtatuti prohibentis ꝯctum il
lum conficiunt extra territorium, putantes ſtatutum uires ſuas
2 eo caſu uoluiſſe locum habere † uerum in hoc Philip.Corn.cõ
ſi.lxxxix.Viſo,col.iij.in litera,h,in iij.uol. firmat ꝯrium uolens
ẽt iſto caſu non uendicare ſibi locum ſtatutum originis,allegã-
do plures deciſiones,& ipſius opinio quoad materiam delicto
rũ ſatis cõprobatur ex dictis per Ang.& Pau.de Caſt. in d. l. ſi.
col.ij.uerſi.ultimo per hoc,ubi reprobant hanc diſtinc. Bar. &
ꝯ ipſum concludunt,firmantes q̃ ẽt ſi ſtatutum expreſsè hoc di
ceret.† Tñ adhuc non ligat ſubditum delinquentem extra ter-
3 ritorium ex eo qm̃ magis afficit generalis diſpoſitio q̃ ſpecialis
& ſi per generalem non ligatur,a fortiori minus,& per ſpecialẽ
Quam ſententiam ꝯ Bar.firmat Abb.in c.à nobis,col.pen.uer.
quo ad tertium,de ſen.excommunica.per rationem. c. ut ani-
marum.§.ſtatuto.de conſti.lib.vj & Card.flor.ibi illud ſequit
& apertius per optimas rõnes hoc idem firmat Abb.in c.ſi.nu.
xl.de foro compe.& domi.Card.in d.c.ut animarum, col.vj.&
ſeq.uer.aduerti uñ debet,& Gemi.ibidem in §.ſtatuto,& Cro-
tus.colu.iiij.uer.ult.no.& diffuſius repet. nouiſſ. ubi allegant
alias deciſio.& rõnes,col.vij.uer.fallit primo,& uerſi.ſeq. fallit
ſecundo.Quod ẽt comprobari poteſt ex his,quæ ſtatim adducẽ
tur,& quia prædictum ſtatutum expreſsè iſtud non diſponit, ex
quo loquitur ſimpliciter,& indiſtinctè,dubitandum uenit, an
4 liget ipſum de.Aurelium ſubditum ratione originis, † & uĩ pri
ma facie dicendum q̃ ſic per.d.l.ſi.de decret. ab ord.facien. &
per l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſ.& cler.& per alia iura,& ra
tiones adductas poſt Cy.per Bal. in d.l.cunctos populos colu.
pen.& ſi.uerſi.uiſo an forenſis,& uerſi.ultimo quæro, conclu-
dentem q̃ ſi pœna appoſita a ſtatutu requirit ſniam,& factum
iudicis originarius,& ſubditus delinquens extra territoriũ te-
5 netur illa pęna.† duos enim habet iudices,unum ubi delinquit
alium in patria,& origine ut ſentit Sal.in d.l.cunctos populos.
col.iij. uer.ij.q.& apertius Franc.Areti.ibidem col.pen.uerſi.ul
timo quæritur,alleg.l.ij.& auctẽn.Qua in prouincia.C. ubi de
cri.agi.opo.& ea quæ habentur in c.ſi.de foro compe.& Alex.
ibidem in apoſtillis in uerbo,ciuitatis,allegando Ange. in ſua
diſputatione tenet,ſubditum ligari pœna ſtatuti loci originis,
& ſequitur Bal.ubi ſupra hoc idem uĩ firmare Ang.in trac.ma-
leſi.in prin.col.xv.uer.quærit hic,& ibi Ang. in addi.dicentes,
eõem ſe habere q̃ ꝯ ſubditum poſsit iſto caſu inquiri, & etiam
pœna imponatur tradita a.d.ſtatuto.Quando ſententia homi-
nis requiritur,allegantes quamplures alios doc.Iſtud tenere,&
hoc ſentit Abb.in c.j.col.pen.uer.nunquid iudex, extra de rap
to. & ẽt Bar. quo ad pęnam in d.l.cunctos.nu.xlvij. & ita con
ſuluit Ludo.Bolo.conſ.lvij.Iudico reuerendiſsime.col. ij.uer.
6 & primo.† Contrarium autem tenuit Bar.in d.l. cunctos popu
los in viij.q.prin.nu.& uerſi.præalleg.ea ratione quoniam ſta
tutum loquens indiſtinctè,& ſimpliciter locum ſibi uendicat,
ſolum in delictis commiſsis in territorio, non aũt in illis com-
miſsis etiam per ſubditum extra territorium,per.d.l.ſin.& per
alia

alia iura,& rationes,ita q iure rationis originis , uel aliter ſub-
ditus ſtatuentibus delinquens extra territorium,uigore prædi
cti ſtatuti nonpoterit inquiri in loco originis, ut ẽt tradit Ia-
cob.de Belui.in d.l.j.C.ubi de cri.ag.opor.& ſentit Bal. in d.l.
cunctos pop,col.xxxj.uer.viij.in ij.membro,& Bal.In addi. ad
Spec.in ti.de ſen.col.xxj.uerſi.ſententia lata ex inquiſitione, &
Io.An.in addi.ad Spec.in tit.de compet.iud.adit.§.j. uerſi. lon
ge plus,& iſtud apertiſsimè ſequitur Alex. allegando alias de-
ciſi.& firmando hanc eſſe cõem, & ab ea non eſſe recedendum
conſi.iij.ponderatis,colu.ij.& iij.nu.iiij.& v.& uer, & quum ſit
cõis,in j.uol.concludendo q ꝯ talem delinquentem,non põt in
7 quiri nec dicta uia procedi,nec puniri pœna ſtatuti. † Bene aũt
poterit procedi uia accuſationis , & ad pœnam impoſitam de
iure cõi,& utrunque ipſorum firmat domi.Sign.de Amode.cõ
ſi.cxxviij.factum dr,& allegando alias deciſiones hoc idem ſe
quitur Ludouic.Bologni.conſi.viij.ut in q.propoſita,ubi de ui
ta,col.j.uerſi.j.quia,& col.ij.uerſi.capio igitur,ubi aſſerit hanc
eſſe cõem,& hanc eandem ſententiam adducendo alias rõnes
& deciſiones firmant Modern.Bononi.& repetentes dictam.l.
fi.ff.de iuriſdi.omn.iudi.nu.cxxxiiij.Et quinq; alijs ſequentib.
dicentes ſe ita conſuluiſſe prout uere conſuluerunt, ut eſt uide-
re in ipſorum conſi.cx.In cauſa inquiſitionis,no.x.& nu.xv. cũ
alijs ſequentibus,& ẽt in alio eorum conſi.lvij.Spiritus ſanctus
nu.vij.& nu.xxiiij.uerſi.item addo unum,& in ipſorum practi
ca in princ.io uerbo conſtante.nu.ix.ubi tenent hanc eſſe com
8 munem quod non poſsit inquiri.† & facit eo quia ſtatutum nõ
ligat ſubditum delinquẽtem extra territorium ut poſt alios dñ
cit Fely.in d.c.a nobis,nu.ij allegando deciſiones, & firmando
9 hanc eſſe cõem.† Nam ſtatutum non extenditur extra territo-
rium,ẽt ꝯ ſubditum per dictam.l.fi.& per dictum.§ ſtatuto, &
Gemi.& alij notãt,maximè nouiſ.repetẽtes. col.vj.uerſi. ij.cõ
cluſio.& col.xj.uerſi.ſucceſsiuè,& col. xv. uerſi. ſubſequenter,
in ij.ampliatione,& idem ſequitur Alber.Brun.in ſuo tract. de
conſtitutionib.& decre.in uerbo,territorium,uerſi. ſtatutũ pœ
nale,& uerſi.ſtatutum quod offendens,ubi allegando Bar.in l.
nullus in fi.C.de iudicijs,tenet ſtatutum non ualere qñ diſpo-
nit quod offendens ſubditum extra territorium puniatur , ſi in
loco delicti reperitur iuſtitia , & quod intelligi ſtatutum
debet de delinquentibus in territorio ſm Bal.conſ.cxcix. in ij.
uol & Fulgo.conſi.clvij.col.ij.Quum igitur ſtatutum Brixiẽn.
ſe,ſimpliciter & indiſtinctè loquatur , proculdubio intelligen-
dum uenit in delictis commiſsis intra territorium , non in illis
commiſsis extra ẽt per originarium & ſubditum. ꝯ quem uigo
re dicti ſtatuti per uiam inquiſitionis non põt procedi,nec pœ-
na dicti ſtatuti puniri põt,ipſe do. Aurelius rõnibus & deciſio
nibus quibus ſ. Quæ comprobari poſſunt ex his quæ adduxi ſu
perius ſm opinionem illorum tenentium tale ſtatutum non li-
gare ſubditum ẽt ſi expreſſe loqueretur de delicto commiſſo
extra territoriũ & coadiuuãtur ex alio ſtatuto octauo,de homi
cidijs & alijs delictis,& ex alio.lvij.de foreſe occidẽte &c. Quæ
ſtatuta expreſsè diſponunt de delicto commiſſo extra territo-
rium,ſicuti.n. ſtatuentes in iſtis duobus ſtatutis, uoluerunt &
expreſſerunt delinquentem teneri, & ꝯ ipſum poſſe procedi ẽa
ſi delictum eſſet commiſſum extra territorium, utique idem ex
preſsiſſent,ſi hoc uoluiſſent in dicto ſtatuto de pœna homici-
dij,& quia uoluerunt,ſcelico non expreſſerunt.ar.in l.j.§.ſed cũ
10 deficientis.C.de cad.tol.c.ad audiẽtiam,extra de decim.† Nec
dicatur q ꝯ. d.Aurelium põt procedi uirtute dicti ſtatuti octa
ui de homicid.& alijs delictis & alterius ſtatuti. lvij. de foren.
occident.uolantiũ poſſe procedi ꝯ occidentem unum Brixiẽ-
ſem ẽt extra territorium.Nam circa hoc,tale ſtatutum non ui-
detur habere locum nec ſubſiſtere,quia per offenſionem perſo
næ ſubiectæ ſtatuentibus,Iudex loci ſtatuti non efficitur com
petens , ex quo perſona offenſa non eſt habilis ad id, ut dicit
Bar.in l.cunctos populos.nu.xliiij.uerſi.aliqs ciuis,& ſequunt
Bal.& Saly.ibi col.iij.uerſi.ij.quæſtio.& apertius Franciſ. Are.
col.pe.uer.finaliter eſt uidendum,cum alijs allo.per Felyn.in c.
poſtulaſti.nu.xij.de foro compe.& ſi per aliquis uellet inſiſte
re & dicere,quod prædicta duo ſtatuta adhuc habent locum ꝯ
offendentem ciuem extra diſtrictum Brixiæ,ex quo de hoc ex-
preſſe loquuntur iuxta opinionem Bart.& aliorum. & ex eo qđ
per uiam accuſationis poterit procedi & pœna imponi de iure
cõi ſtatuta,ut ſuperius ſigillatim fuit deductum. Reſpondetur
dictum ſtatutum lvij. nihil facere,ex quo loquitur in foreſe q
percutit in ſortiam cõis Brixiæ, ꝯ quem alias aliter contumacẽ

procedendum eſt ſm formam aliorum ſtatutorum quæ uia at
tingunt minime caſum præſentem,& ſtatutum octauum de ho
micidijs & alijs delictis ſolum concernit modum procedendi
per uiam inquiſitionis. Nihil autem loquitur de pœna nec de
modo condemnationis.Nec ad hunc caſum põt trahi.Nam ſta
11 tutum permittens inquiſitionem.† Non dr permittere condẽ
nationem,ut tradit Inno. in c. exhibita de iudicijs, & Alex.in
additin.ad Bar.in l.qui procuratorem.ff.de proc.& quia ſi hoc
uoluiſſent ſtatuentes , expreſsiſſent ſicuti expreſſerunt in alijs
ſtatutis ut dixi ſuperius.Vnde ſi iudex procedit inquirẽdo uir
tute dicti ſtatuti non poterit condẽnare pœna dicti ſtatuti quin
quageſimi ſexti de pœna homicidij, quum illud nõ loquatur in
delicto commiſſo extra territorium ut ſuperius oſtenſum fuit,
condemnabit ergo ad pœnam pecuniariam ſolum ſm formam
alterius ſtatuti.xx.Nullus corporaliter puniatur,niſi lege mu-
nicipali caueatur,de quo ſtatuto mentionem facit. d. Signor.
de Amod.conſi.cxix.Quæſtio talis eſt.Nam quum dictum ſta-
tutum octauum loquatur in delicto commiſſo extra diſtrictũ,
de quo delicto non apparet impoſita pœna corporalis per.l.mu
nicipalem.Neceſſario ſequitur quod quo ad pœnam & condẽ
nationem uenit declarandum per dictum ſtatutũ uigeſimũ im
12 ponens ſolum pœnam pecuniariam. † Et ad illud quod debet
imponi pœna ſm ius commune ſi proceditur per uiam accuſa
tionis.Reſpondetur procedere quando per iudicem loci ubi de
lictum fuit commiſſum. non fuiſſet inquiſitum & proceſſum
ꝯ delinquentem,tunc enim ſi fuiſſet proceſſum per iudicem lo
ci originis,non poterit inquiri nec procedi , quum de delicto
eiuſdem hominis non debeat ſæpius quæri.l.licet.§.fin.ff.nau.
caupo.ſtabula.& l.in delictis.§.fin. ff.de noxalibus.c.ſuper his
de accuſationibus cum alijs bene ad propoſitum adductis per
Areti.conſi.lviij.diligenter conſideratis,col.pen.& pen. uerſi.
ij.principaliter adduco ubi ex pluribus iſtud comprobat,& in
terminis noſtris iſtud firmant Modern.Bonon.in eorum pra-
ctica crim.in princ.in uerbo conſtante.nu.xcj. & bene faciunt
tradita per Alex.poſt Bal.in l.ſanctio.ff.de pœnis,& per Bar.in
l.quid ergo.§.pœna.colu.j.ff.de his qui not.infa.ut per Cyn.&
alios in l.qui ſepulchra.C.de ſepulchro uiolato,& Bal.in l. da
ta,col.iij.C.qui accuſare non poſſ.& Imo in l.ij. ff. de publicis
iudicijs,& per Barthol.Veron.conſ.xiiij.col.ij. in princ.ubi uo
13 lunt,unam tantum pœnam debere imponi. † Qñ pro eodem
delicto imponitur duplex pœna per ſtatuta diuerſa,& quod ſa
tis eſt unam procedere condemnationem,ẽt ſi minor pœna ſta
tueretur per unum ſtatutum quã per aliud.& per ius cõmune
ut tradit Bar.in l.qui rem.ff.ui bon.rapt.& in l.ſenatus col.ij.
ff.de accuſa.& in l.ſepul.ff.de ſepul.uio. & Areti.in præallega-
to conſi.lviij.col.& uerſi.præallegatis,& licet Bar.in d.l.ſepul-
chri dicat iſtud non procedere ꝯ contumacem bãnitum,& ad-
huc non punitum.Nam in fauorem ſui non põt iſtud adducere
ne ex delicto præmium conſequatur. Tñ quia bononiæ ex for-
ma ſtatutorum poteſt procedi ad condemnationem ꝯ ibi de-
linquentem & contumacem ut in caſu præſenti ita fuit proceſ-
ſum,ꝯ ipſum domi. Aurelium,qui extitit corporaliter condem
natus & ulterius ad confiſcationem omnium bonorum,quæ cõ
demnatio ibi. reſpectu bonorum in d. loco exiſtentium ſortita
iam fuit effectum,ẽt & reſpectu banni & exilij. Merito concl u
dendum erit in ciuitate Brixiæ ꝯ eundem pro eodẽ delicto, nõ
poſſe procedi,ẽt per uiam accuſationis,ut per Bar in d.l. ſepul
chri,& Aretium præallg.conſi.lviij. Et ſi procederet pœna non
poterit eſſe niſi pecuniaria iuxta formam dicti ſtatuti uigeſimi.
Nullus corporaliter puniatur. Ad quod aduertendum eſt qđ
dictum ſtatutum octauũ de homicidijs , & alijs delictis loquit
in delicto commiſſo ꝯ ciuem uel diſtrictualem Brixien. conti-
nuè uel pro maiori parte anni , ibi habitantem, quæ qualitas a
ſtatuto requiſita,neceſſario erit uerificanda,ut ſtatutum poſsit
habere locum,ut tradit Ioan. Andr.in c.j.de homicidijs lib. vj.
& Bar.in l.j.§.ait prætor.ff.ne quid in flumine publico cũ con
14 cord. ¶ † Iſte aũt qui a domi. Aurelio occiſus dr. eſto quod ci-
ſet ciuis Brixien. Tñ cõtinuè uel pro maiori parte anni,ibi mi-
nimè habitauit,quo fit ut ſtatutum iſto caſu,non poſsit habere
15 locum, † quum qualitas in illo requiſita non poſsit uerificari
ſtatuta enim ſunt ſtricti iuris & ſtrictè debent intelligi prout
loquuntur & prout uerba ſonant ita quod quicquid omiſſum
eſt a uerbis ſtatuti habeatur pro omiſſo,ut tradunt Bart. & alij
in l.quicquid aſtringendæ in princ.ff.de uerb oblig.& in l.Ti-
tius.ff.de teſta.mili.& in l. conſtitutio.ff.ad municip. Et licet
Bart.

Bar.in l.j.§.perimitur.nu.v. ff.de lib.agnoſc.dicat ſtatutum lo
quens de habitatione uerificari in illo qui habet ibi familiā li-
cet ſit abſent,ut ēt tradit Dec.allegando alias deciſio.in l. cū fi
liusfamilias.nu.iiij.ff.ſi cert.peta.tñ iſtud quo ad caſum præſen
tem parum facit, eo qđ ſtatutum non loquitur ſimpliciter, de
habitante,ſed addit illam qualitatem continue uel pro maiori
16 parte anni.¶ † Quæ uerba modo aliquo non poſſunt uerifica-
ri in ciue abſente pro maiori parte anni,quum ſi,uerbum,con-
tinuè, non cadat in iſto iuxta.l.continuus.ff.de uerb. oblig. &
ea quæ not.in l.j.§ quotidiana.ff.de aqua quotid.& æſti.& in l.
j.§.item fluminum.ff.de flumini.cum alijs allega. per Ludoui.
Roma.conſi.cclxiiij. Vt io.nurſinus.uerſi.de hac autem, ubi de
clarat quis dicatur continuè habitare ut non uerificetur ēt in
illo qui abſens fuit pauciſsimo tempore ex cauſa iniuſta p tex.
in l.Paulus reſpondit.§.Gaius.ff. de liber. cauſ. & per tex. in l.
ſeruum qui.§.ſeruna. ff. de ſtatu.liber. ꝙ proprie uerificari pōt
in iſto occiſo,qui ꝯ præcepta illuſtriſsimi domi. Venetorum,
& ꝯñr iniuſtè moram trahebat Bononię, & illa uerba pro ma-
iori parte anni in illo adaptari non poſſunt, nec dici pōt illum
habitaſſe Brixiæ,ex quo abſens erat iuſta cā ſtudiorum, nā pri-
mo dr̄ cauſam hanc abſentiæ ſtante mandato & præcepto illu
ſtriſsimi domini eſſe iniuſtam.Secundo inficiatur ꝙ Bononiæ
cā ſtudij moram traheret ex quo in matricula ubi ſcolares de-
ſcribuntur minimè apparet deſcriptus iuxta l.j.& ij.C.de primi
cerijs.lib.xij.& l.matricula.de agen. in reb.eod. lib. & ea quæ
traduntur in l.in illa ſtipulatione.ff.de uerb.oblig. & C.de pro
17 feſsi.& medi.lib.x.ferè per totum cum uulgar. ¶ † Tertio ex
eo qđ talis habitatio non poſſet dici niſi impropria & ficta, &
ſtatutum & eius uerba debent intelligi in caſu proprio & uero
adeo ꝙ in caſu ficto non uerificantur.ut per illum tex. tradunt
Bart.& alij in l.iij.§.hæc uerba.ff.de nego.geſt.ex quo ſunt ſtri
cti iuris.& ibi Bal.dicens ꝙ ſtatutum loquens de offendente ci
uem,non comprehendit illū qui fictè ciuis eſt, & Alex. in d.§.
hæc uerba.in apoſtillis ad Bar.adducit quamplures alias cōcor
dantes deciſio.& maximè Bar.in l.j.ff.de fonte.& Bal.in l.ſi qs
18 ſeruo.C.de furt.¶ † Et licet Ale.ibi & doctores.in l.j.§. lex Fal
cidia.ff.ad leg Falcid.poſt Imo.conſideret plures caſus,in qui-
bus ſtatutum ſibi locum uendicat in caſu ficto,ut ēt tradit Fe-
ly.in c.inſinuāte,de ſimonia.& plures refert Albert.Bru. in ſuo
tract.de conſti.in uerbo fingere,& poſt Bart.in l.oēs populi.ff.
de iuſti.& iur.in vj.q.princi.ponūt Moder.repeten.tñ rectè ꝯ-
ſiderando ipſorum dicta, nullus illorum caſuum pōt adaptari
in præſenti difficultate,ex quo diuerſa uiget ratio in caſu ficto
q̃ in uero,item quia diſpoſitio eſt pęnalis.ut tradit Bart. in l. ſi
quis maior.C.de tranſa. & caſus uerus & fictus non reperiunt
iſto caſu æquiparati,& diſpoſitio.d.ſtatu.emanans præter iua
cōe limitata eſt ad certū effectū & ideo ſub ea nō cōprehendit
iſte caſus fictus ſm Io. Andr. in c. fi. extra de conſuetudine,&
per repeten.in dicta.l.omnes populi.in vj.q.Bartoli in viij. cō
cluſio.ex quibus cōcludendum uenit pro dicto delicto ipſum
dom.Aurelium non poſſe moleſtari in dicta ciuitate Brixiæ,
nec ibi puniri aliqua pœna corporali,nec ēt pecuniaria.Pa.Bo.

SVMMARIVM.

1 *Carnaliter cognoſcens aliquam,an teneatur eam dotare,nu.etiam.*
20.& per totum.
3 *Pro ſtupro in uirginem quæ ſit pœna de iure ciuili.*
4 *Debebat eſſe honeſta uita & ſeq.*
5 *Et ita intelligitur.l.1.C.de rap.uirg.*
6 *Quomodo & ex quibus dicatur uiuere non honeſtè & ſeq.*
7 *Palàm fieri dicitur per binum actum.*
8 *Et quæ admiſit tres maritus non dicitur honeſtè uiuere.*
9 *Et de ea quæ tranſiuit ad tertia uota.*
10 *Et quid de iſtis fanciollaſtribus.*
11 *Et procedunt iſta de iure ciuili & canonico.*
12 *Declaratio.c.primi & ſecundi.de adulterijs.extra nu. 13. & ſeq.*
& nu.10.ut intelligatur in illa quæ honeſtè uiuit.
13 *Inhoneſtè uiuentes,non debent dotari.& nu.2.*
17 *Limitatio debet eſſe de regula.*
18 *Referens ſecundum relatum.*
19 *Vt limitatio,procedat uari debent extrema habilia.*
21 *Conceſſa mulieribus,non habent locum in illis quæ uiuunt honeſtè.*
22 *Corrupta dicitur illa quæ mente ſola corrupta eſt.*
23 *Stuprans tenetur dotare,quando ſtupratus uirginem,non aliàs.*
24 *Ex quibus probatur,quam non eſſe uirginem.& nu.23.*
25 *Coitus probatur per coniecturas.*
26 *Confeſſio ſuperat omnes probationes.*
27 *Præſumptio transfert onus probandi.& nu.28.*
29 *Vna præſumptio tollit aliam.*
30 *Mulieri aſſerenti ſe ab illo fuiſſe defloratam quando ſit credendū,*
& quo caſu.
31 *Communis opinio hominum,operatur.*
32 *Et transfert onus probandi.& nu.33.*

CONSILIVM CLX.

DIFFICVLTAS uertitur.An Nicolaus teneat
dotare Theodoſiam quā ꝯfeſſus eſt carnaliter co
1 gnouiſſe,l & ipſa iureiurādo aſſerit a dicto Nico
lino fuiſſe defloratam, & uī primo dicendum ꝙ
ſic per tex.in c.j & ij.de adulte.& ibi Abb.& Io. de Ana. poſt
2 antiq.† Tñ aduertendum eſt,nam aſſertum ſtuprum non dr̄ cō
miſſum cum uiolentia,ſeu rapina.Sed uolente ipſa Theodoſia
& ſponte ſe conferente ad domū dicti Nicolini, ubi ab eo fuit
3 cognita,†& licet ſm leges ciuiles pro ſtupro in uirginem com
miſſo ſtatuta eſſet pęna, de qua in § item lex iulia.& uerſi.ſed
eadem inſti.de publi.iudi.& per Bal.in l.raptores. C. de epiſc.
4 & cleri.& per Ans.in d.c.j. & ij. cum ſimi.† Tñ lex ciuilis tunc
demum punit ſtuprantem,qñ ſtuprata fuit uirgo,ſeu uidua ho
neſte uiuens ſecus autem ſi ſtuprata uiuebat inhoneſte, ita tex.
5 in d.§.item lex Iulia.& ibi gl.in uerbo uiduam. † Prout in ſimi
li de rapiente uirginem hr̄ in l.unica.in prin. C. de raptu uirgi
num.qui tex.diſponit debere eſſe honeſtæ uitæ.& tenet glo.&
Pau.de Ca.in prin.in d.l.raptores.& d.Io.Baptiſta de ſanctoſe
ueri.in l.ſi qua illuſtris.colu.viij.& ſeq.C.ad orfic.& quia ipſa
Theodoſia anteq̃ fuiſſet cognita a.d.Nicolino.Nō uiuebat ho
6 neſte,ergo &c.oſtenditur hoc ultimū,† namq; corporis ſui co-
piam facit & permittit ut nuda ab hominibus tangat, & impu
dibunde & quod oſculetur paſsiue & actiue,& ulterius ꝙ ſola
cum ſolis cōuerſetur in cubiculo & alijs locis obſcuris dici nō
pōt ꝙ honeſte uiuat,ut not.in d.§.item lex Iulia.& in l.palam.
ff.de ritu.nup.& ibi gl.& doct.& tradit Card.conſi.lxxxj.In ca
7 ſu præmiſſo. col.j.uerſi.item dicta lex.† ubi probatur quod pa
8 lam id dr̄ fieri qñ per binum actum exercetur, †& quia mulier
libidinoſa & meretrix dr̄ quæ ſaltim admiſit tres.c.uidua.xxx-
9 iiij.diſtin.& per Soci.conſi.l.Viſis.col.iij.in iij.uol. † Prout ſo-
lemus dicere, ꝙ mulier tranſiens ad tertia uota dr̄ inhoneſte
uiuere,& ꝯñr priuari debet legato,ſibi relicto ſub illa cōditio-
ne ſi honeſte uixerit,ſm Ang.in auct. qūo opor. epiſ.§.hæc de
deo.& in l.mulier.§.cum proponebat.ff.ad Trebel.& per Bar-
baciam conſi.xvij.Præclare ſcriptum eſt.col.ij.in prin.in ij.uo
20 lumi.& quod uult Ang.in d.l.ſi quā Illuſtris. † Loquēs de iſtis
fantiolaſtribus modo unam domum,modo aliam ingredienti-
tibus,& eſto quod iſta procedant ſm legem ciuilem imponen-
tem pęnam ſtupranti,ſi ſtuprata eſſet honeſtæ uitæ. alias ſecus.
21 † Idem dicendum erit de iure cano. ut carnaliter cognoſcens
teneat dotare per dictum.c.j.& ij.ita demum ſi ſtuprata hone
ſtè uixerit, alias ſecus.Quod deducitur.nam tex. in d.c.j.dicit
22 ꝙ ſtuprans debet dare dotem.† Quam uirgines conſueurunt ac
cipere ſed inhoneſte uiuentes,non merentur dotem,conſequē
ter tex.ille non procedit in ea quæ uiuit inhoneſte, ut uī id ſen
tire Hoſt.in ſumma de adulterijs.uerſi.quomodo committitur
23 & Ana.in d.c.ij.† & quia mulier inhoneſte uiuens non debet
habere dotem,ut notatur in auctentica ſi poſt.C.de inoffi. te-
ſtam.& per Saly.in l.qui liberos.ff.de ritu nuptia.& ponit Bal.
nouel.in trac. de do.in vj.parte,in xvj.priuilegio car. xvij. col.
ij.& iij.& Moder Bono.in eodem trac.in iij.parte,ſecūdæ par-
24 tis prin.q xiij.† Accedat nam dictum.c.ſecundum loquitur in
uirgine honeſtè uiuente ut colligitur ex uerbis illius text. ibi,
de.l.ciuili erat plectendus.& gl. Innoc.Hoſti.& alij ſcrib.ibi in
telligunt illa uerba de lege ciuili ut relationem habeāt ad text.
25 in d.§.itē lex Iulia.qui loquitur de ea quæ uiuit honeſtè. † Et
ad idem facit tex.in d.c.ij.ibi nos aliquatenus mollientes duri
ciem legis ſcilicet ciuilis,de qua dixerat ſupra, quæ loquebatur
26 in muliere honeſta. † Ad quod ēt.nam dictum. c. primum &
ſm.limitant pœnam iuris ciuilis ut ſtuprans de iure canonico
27 teneatur dotare.† Licet de iure ciuili, eſſet ſerus,ut dixi ſupe-
rius,limitatio autem debet eſſe de regula.l.in his.ff. de legibus.
l.pen. §.nam quod liquidæ.ff.de pe.legat.l.j.ff.de regu. iur. re-
gula

gula añt ſm ius ciuile, loquebatur, in muliere uiuente honeſte,
18 ut. ſup. pariter & limitatio. ¶ † Ad quod, nam in c. j. & ij. refe-
runtur leges ciuiles & limitatur ꝯnr relatio continetur in refe
rente cum omnibus ſuis qualitatibus ſm Bat. in l. ſi quis ſeruũ.
§. ſi. nu. v. ff. de legatis. ij. & in l. j. in prin. ff. de receptato. & in l. j.
19 in ſi. ff. ſi familia. furt. feciſſ. dica. † Eo ẽt quia ut limitatio pro-
cedat oĩa extrema debent dari habilia, arg. l. qui teſtã. in princ.
20 ff. de teſta. & l. furioſum. ff. qui teſt. fac. pol. ¶ † Ex quibus con
cluditur dictum. c. primum, & ſm, uolentia ſtuprantem teneri
ad dotandum procedere qñ ſtuprata erat honeſtæ uitæ, ut etiã
21 ſentit do. Io. Bap. in d. l. ſi qua illuſtris, col. viij. & ſeq. † Ad qđ
facit illud uolens conceſſa mulieribus non habere locum in il
lis quæ luxurioſè, inhoneſtè, & impudicè uiuunt ſm gl. in c. pa
22 ſtoralis, de iud. & ibi Mod. plura accumulantes. † Prout ẽt quo
niam corrupta nedum dr̃ illa quæ corpore corrupta eſt, ſed ẽt
illa quæ mente ut hr̃ in c. propoſito, & in c. licut. & in c. Paulus
& in c. nec ſolus. xxxij. q. v. & per And. de Iſer. in ꝯſt. reg. ſi quis
23 rapere, de rap. uirg. col. pe. & ſi. † Secundo principaliter aduer-
tendum eſt ꝙ ſtuprans tenetur dotare qñ ſtuprauit uirginẽ ſe-
cus ſi non uirginem, tunc. n. non tenetur ad dotem, licet eã co-
gnouerit, ut no. in d. c. j. & ij. & in d. l. ſi qua illuſtris, & quia tem
pore quo Nicolinus rem ueneream habuit cum. d. Theodoſia,
ipſa non erat uirgo, ſed ab alijs prius cognita unde &c. deducit
hoc ultimum, nam ipſa fatetur, & per alios teſtes probatur ꝙ
anteq̃ Nicolinus eam cognouiſſet, ipſa amicitiam habebat cũ
alijs cum quibus tpe nocturno, & in locis ſecretis ſola ſtabat in
lecto permittens ſe ab illis paſsiuè, & actiuè oſculari, & in pu-
24 dibundis, tangi, † quæ præſumptiones ſunt uehementes, & ta-
les ꝙ ea eis, lex indicium facit eſſe uere cognitam, ut in c. lite-
25 ris, & in c. tertio loco, & ibi plenè ſcriben. de præſum. † Coitus
enim per ꝯiecturas probatur, ut eſt, qñ uir habet acceſſum ad
mulierem, qñ ſtat ſolus cum ſola, & per ſimilia ſm gl. in c. pro-
pterea de teſta. & no. in l. Lucius. ff. de condit. & demon. & per
26 Paul. de Caſtro, conſi. clxv. ſuper primo, col. pe. ¶ † Et quia nul
la eſt maior probatio q̃ partis propriæ confeſsio ſm glo. & do-
ctores in l. cum te. C. de trãſactionib. & in auct. generaliter. C.
27 de non nu. pecu. cum ſimil. ¶ † Nec danda eſt fides ipſi Theo-
doſiæ ad ſui excuſationem dicentis Nicolinum ipſam defloraſ
ſe, nam indicia, & præſumptiones ſuperius adductæ in eã onus
probandi transferunt, ꝙ tunc temporis eſſet uirgo alias ſi ex-
preſſe id non probat ꝯ ipſam iudicandum erit, ut in ſimilibus
conſuluit Pau. de Caſtro, ad id plura ſatis accomodata addu-
cens, in conſi. cclxxij. Quia per primum colum. v. & ſequenti.
28 ¶ † Licet enim in dubio mulier præſumatur bonæ, & honeſtæ
uitæ, & non deflorata, tñ non procedit iſtud qñ indicia, coniec-
turæ, & præſumptiones eſſent in ꝯrium, ut conſuluit Barthol.
Veronenſis, conſi. lviij. Franc. de Biſſar. col. pen. una enim pſum
ptio tollit aliam, & debet attendi illa quæ fortior eſt. d. c. lite-
29 ris, & l. diuus. ff. de in integ. reſtit. ¶ † Et ad iſta facit quod uo-
luit Io. Andr. Card. Zaba. Panormi. & Io. de Ana. in d. c. ij. dicen
tes mulieri aſſerenti ſe fuiſſe defloratam uirginem eſſe creden-
30 dum qñ fuit cognita per uim. ¶ † Secundum ẽt Anto. de But.
ibi, & iſtè non caſus præſens, ſed qñ fuit cognita ſpontanee, &
uoluntariè, ſm Abba. & Ana. eſſet ẽt ſibi credendum qñ in ꝯ-
rium non eſſent coniecturæ, & præſumptiones, & iſto caſu ceſ
31 ſabit pena dotationis, de qua agitur. c. j. & ij. ¶ † Prout ẽt quia
attentis deturpatis moribus Theodoſiæ, & eius mala conſuetu
dine, & conuerſatione cum alijs opinio erat tpe quo fuit cogni
ta à do. Nicolino ipſam Theodoſiã fuiſſe uitæ inhoneſtæ im-
pudicam, & corruptam, quo caſu abſque pena dotationis po-
tuit cum ea Nicolinus coire iuxta tradita in c. cum iudex lai-
cus de ſententia excommunica. lib. vj. & per Bart. in l. itẽ apud
32 Labeonem. §. ſi quis uirginis. ff. de iniurijs. ¶ † Et ulterius talis
cõis opinio, onus probãdi transfert in ipſam Theodoſiam, ut
33 expreſſe firmat Cardi. & Abbas in d. c. ij. ¶ † Et ſtantibus iſtis
præſumptionib. per ipſam Theodoſiam dictæ qualitates hone
ſtæ, & bonæ uitæ, ac uirginitatis probandæ erant ꝙ in ipſa ade-
rant. eo tempore quo a do. Nicolino fuit cognita, ad plenè no-
tata in l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxalibus, & per Barth.
Veronen. d. conſi. lviij. cum concordan. Paril. Pad.

S V M M A R I V M.

1 *Mandans uerberari aliquem, an teneatur pœna capitis, ſi ex uerbe ribus, ſequuta fuit poſtmodum mors, nu. etiam. 18.*
2 *Mandans uidetur cauſa proxima & ideo tenetur.*
3 *In maleficijs inſpicitur effectus & euentus non animus.*
4 *Verbera & uulnera non dantur ad menſuram.*
5 *Homicidium eſt de genere prohibitorum.*
6 *Qui mandat uerberari dat operam rei illicitæ.*
7 *In delictis mandans & mandatarius an differant.*
8 *In delictis & homicidio, ut puniatur quis capite, dolus uerus debet interuenire.*
9 *Et lata culpa non ſufficit, nec dolo æquiparatur.*
10 *Statutum imponens pœnam pro homicidio, ut procedat debet fieri cum dolo.*
11 *Conſtitutio regni terminum uitæ dolum requirit.*
12 *Si in homicidio & mandato, nõ interuenit dolus expreſſus nõ tenetur pœna capitis,*
13 *Quod quis non habuerit animum occidendi ex pluribus colligi põt & primo ex genere inſtrumenti quo percuſſit cum baſtono & ſi mi. nu. 14.*
15 *Mandans & mandatarius non puniuntur eadem pœna, quando lex loquitur in perſonam.*
16 *Et idem quando ſunt diuerſæ qualitates.*
17 *Quando quis deliquit in pluſquam noluiſſet, an & qualiter teneatur & puniatur.*
18 *An mandans teneatur de occiſo, ſi mandatarius exceſſit, nume. etiam. 21.*
19 *Et quid ſi mandauit uulnerari, & nu. 25,*
20 *Et quando eſt in facultate mandatarij non excedere.*
22 *Et an debeat puniri alia pœna arbitraria.*
23 *Confiſcatio bonorum, non uenit pro homicidio.*

CONSIL. CLXI.

DICENDVM prima fronte ur̃ Camillũ mandãtẽ
debere puniri pena capitis, & l. Cor. de ſic toto
tit. ff. & C. ad l. Corn de ſica. & in conſti. reg. ter-
1 minũ uitæ. ſub rubr. de hõ. † Nã fuit cã Camillus
motiua, & principalis d. homicidij. Bernardinus. n. mãdatarius
2 & ociſor nõ pcuſsiſſet. nec in ꝯtiã occidiſſet Antoniũ, † ſi ipſe
Camillus non mandaſſet, & ſic fuit cauſa proxima, & ipſe ur̃ oc
cidiſſe. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad legem aequi. cum concord.
3 † Ad quod nam in maleficijs inſpicitur euentus, & effectus qñ
ſunt perfecta, & non uoluntas. l. aut facta §. euentus. ff. de penis
cum ſimi. & facit docti. Bar. & aliorum in l. qm̃ multa. C. ad le
4 gem. Iuliam. undeui. † Et quia ipſe Camillus debuit ſcire, & co
gitare, ꝙ uerbera & uulnera non danrur ad menſuram, & iſta
non cogitare ur̃ lata culpa, quæ dolo æquiparat, ut notatur in l.
5 j. §. j. ff. ſi menſor. fal. mod. & in l. cum nerua ff. depoſiti. † Prout
quia homicidium eſt de genere prohibitorum, & ió ius præſu
mit ꝯ occidentem uel mandantem. l. j. C. ad leg. Corne. de ſic-
6 ca. l. ſi non conuitij. C. de iniurijs. c. j. de præſum. † Et mandan-
do prædicta ipſe Camillus rei illicitæ operam dabat ꝯñr ei im
putandum eſt omne quod inde ſucceſsit. l. cum qui. §. ſi iniuria
ff. de iniur. & per Bar. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. in fine.
7 ff. de penis. † Præterea in delictis mandans & mandatarius nõ
differunt, & eadem pœna debent puniri, ut per Bar. in l. ſi quis
id quod. ff. de iuriſdi. om. iud. & Cano. in c. mulieris de ſenten.
excom. cum concord. ſed occiſor debet mori, ita & mandans,
& ad prædictorum confirmationem adduci poſſunt quæ tradit
Bartho. Veron. conſi. xxxiiij. Si unquam. in tertio dubio. ¶ Sed
ipſis non obſtant. ꝯrium uidetur uerius ꝙ Camillus ipſe, nõ te
neat̃ pena mortis, primo quia regula & concluſio eſt, ꝙ in ma-
leficijs, & potiſſimum in homicidio, & quo ad penam leg. Cor.
8 de ſica. ¶ † Vt quis poſsit puniri interuenire debet dolus ex-
preſſus & uerus. l. j. l. in lege. l. qui cedem. ibi dolo malo. ff. ad l.
Cor. de ſicca. & doc. omnes hoc firmant, & Bar. in l. j. §. non aut.
ff. ſi quis teſt. cum alijs inferius allegandis & in dictis locis tra
9 ditur alia & uera concluſio. ¶ † Quod in tñ dolus requiritur,
ut lata culpa nõ ſufficiat, ex quo in penis corporalibus lata cul
pa non æquiparatur dolo ut ſunt apertæ & plures aliæ deciſi. ad
ductæ in materia homicidij per Barth. Veronen. conſ. xxix. col.
10 pe. & conſi. xxx. xxxj. & xxxiij. † Quibus in locis datur alia &
iij. concluſio, ꝙ ſi ſtatutum imponit pro homicidio penam, ut
locum habeat neceſſe eſt quod occidens ſit in uero delicto, ex
quo recipit interpretationem a iure communi. l. ſi ſerui ueſtri.
C. de noxa. l. j §. ſublata. ubi Bar. & alij. ff. ad Trebel. & in termi
nis noſtris tradit Saly. in l. non ideo minus. col. x. & Bal. in l. nõ
11 data opera. col. v. ff. de accuſa. ¶ † Ex quibus infertur quod di-
cta conſtitutio regni terminum uitæ. & eius pena ut locum ha
beat,

beat,requiritur in occidente ſeu mãdante uerum & expreſſum
dolum,ut probant uerba.d.ꝯſti.ibi,aggreſſus,& ibi malignita
te animi,& ibi innocentia ꝯſilij,& apertius iſtud firmat Andr.
de Hiſer.ibi col.ij.uer.quid ſi uolens.& in fi. idem Andr.in tit.
de pac.iurõ firma.in uerbo,homicidium circa finem principij
ibi & animo occidendi,& comprobantur iſta ea deductis in ꝯſi
22 lijs.ſup.alleg.† Et ex iſtis infertur ꝙ ſi in homicidio uel in man
dato,non interuenit dolus expreſſus occidendi,quia ille qui ꝑ
cuſſit ſeu mandauit percuti non habuerunt animũ occidendi,
licet ille percuſſus poſtmodũ mortuus fuerit,tñ percutiens ſeu
mandans ſine animo occidendi non teneatur pęna.d.l.Corne.
text.eſt ad literam in l.j.C.ad l. Cor. de ſicca. & iſtud ibi doct.
oẽs firmant latè & cõprobãt & eſt tex.in l.j.§.diuus.ibi occidẽ
di animo.ff.eo.tit.ubi Bar.& alij expreſſe iſtud uolunt, & plu-
23 ra ad id adducit Barth.Veron.in ꝑalleg.conſi.¶ †Et ad cogno
ſcendũ quod percutiens ſeu mandans non habuerit animũ oc-
cidendi,poterit conſtare ea præſumptionib.& ꝯiecturis uetiſi-
milibus,quas ponit & accõmodant doctores in locis ſup.cita
24 tis.¶ † Inter quas illa ꝯiectura cõprobatur ut id cognoſcatur
ex genere inſtrumenti,quo percuſsio facta fuit ut probatur in
c.ſignificaſti el.ij.ibi,ratione inſtrumenti, extra de homicid.
& ſequuntur ibi doctores maximè Moder.alleg.concord.& fir
mat Bar.in d.§.diuus,per textũ,ibi claua percuſsit, proprie lo-
quens,de percutiente cũ baſtone,ut proprie conſuluit Alex.ꝯſi.
cxliij.Poſt redditum,col.fi.in ij.uol.& Barth.Vero.con.xxviij.
& xxix.& quia ipſe Camillus mandauit percuti Anto.baculo
in humeris & brachijs tñ probibendo ne percuteretur in capi
te,animus ſuus apertus oſtenditur,quod non fuerit in occiden
25 do.† Ad quod ẽt quia mandatarius & mandans nõ debent pu
niri eadẽ pęna,qñ lex imponens pęnã loquitur perſonaliter, &
in perſonã ut eſt doctrina Bar.& aliorũ allegantiũ ꝯcord. in d.
l.ſi quis id ꝙ & uolunt Cano.in d.c.mulieres , & bene per Alex.
conſi.lix.In nomine,in iiij.uol.& Ang.Aret.in tract.maleſi.in
uerbo,Semproniũ mandatorẽ, & maximè qñ ſumus in ſtatuto
26 & ita loquitur d.cõſt.reg.terminũ uitæ.ibi,occidit.† Prout ea
dẽ pęna non puniuntur qñ ſunt diuerſę qualitates non ex natu
ra perſonarum ſed aliunde ſm Bar.in l.ſi qui opẽ. ff.de furtis,
& in l.uerũ.ff.ad legẽ Põpe.de parrici.& hr in ꝯſili. Bar. Verõ.
xxvj.in caſu iſto,col.pen. Demum prædictis accedat doctri.
Bar.in l.diuus.ff.ad legẽ Corne.de ſiccar.in fine,ubi ꝗrẽdo qñ
27 quis deliquit in pluſꝗ uoluiſſet,an & qualiter teneatur. ¶ †Di
ſtinguit ꝙ ſi delictum principaliter fieri propoſitũ non tende-
bat ad aliã ſpeciẽ delicti,ꝙ poſtmodum fuit patratũ non tene
tur per.l.uerum.ff.de furt.ubi Bar.in princ.idem tenet,& ita li
mitat nota.in d.l.qñ multa.ex quibus colligitur in d.l.cõſide-
rari animum & non euentum qñ deliquit in plus,incidendo ꝑ
pterea in aliã ſpeciẽ delicti,& hac doctrina cõprobatur ex mul
tis deductis per Bart.Veron.ꝯſi.xxx.xxxj.& xxxvj.& quia Camil
lus habuit animum tñ uerberandi in humeris & brachijs ꝑꝑ
ꝙ inducebatur una ſpecies delicti ſi domi.Bernardinus manda
tarius exceſsit & plus operatus eſt id non debet imputari Ca-
millo,cum per talem exceſſum deuentum fuerit ad aliam ſpe-
ciem delicti,& ſic ad homicidium, quo caſu non conſideratur
euentus ſed animus.Et ex iſtis tolluntur ea quæ ſuperius in ↄ-
28 rium fuere adducta.¶ † Nã & ulterius ad hanc ſententiã facit
qm̃ ſi quis mandat alicui ut aliquem tñ uulneret expreſſẽ pro
hibens ne illum occidat ſi mandatarius exceſsit fines mandati
uulnerando & occidendo,an mandans teneatur de occiſo ꝗſt.
iſta in terminis ponitur ꝯſilio inſerto in ꝯſilijs Barth.Veron.ꝙ
eſt dom.Antonij Roſelli & aliorũ doctorũ in ordine.xxxv.xxx
vj.xxxvij.& 38.ubi illi doc.ex plurib.ꝯcludũt ꝙ dictus mandãs
ſolũ uulnerari,non tenetur de occiſo,nec pœna mortis, & eſto
ꝙ Bartho.Veron.in ꝯſi.ſuo.xxxiiij.in tertio dubio uideatur te
29 nere ↄ rium,eo caſu quo mandauit uulnerari,& nõ occidi.† Tñ
rõnes ſuæ ibidẽ allegatæ,minime ꝯcludunt in caſu nr̃o, in quo
conuentione ſeruandæ pacis,ſi rupta eſt non committatur,niſi
ſemel per primam offenſam,ſm Io.And.in add.ad Spe.in ti.de
treg.& pa.in rubr.cir.fi.tñ qñ appoſita eſt clauſula, ꝙ toties cō
mittatur quoties ꝯfactum eſſet, tunc pęna pluries cōmittitur
& idem qñ appoſita eſſet clauſula, rato manente pacto per.l.ſi
duo.§.j.ff.de arb.& ſm quod tradunt doc.in l. qui fidem. ff. de
tranſ.& in l.cum proponas.C.de pa.& per Ale.conſi.cxiij. uiſo
Themate.col.ij.uer.nec his obſtat.in iiij.uol.& ſequitur Anto.
Corſet.in ſuo trac.de poteſt.reg.q.iiij.ſo.xviij.col.j.uerſ. laxv.
& alia adducunt Mod.Bon.in d.eorum ſingulari.cccxxxvij. &
ccccl xxij.Clauſula rato manente pacto,& in eorum pract.In §.
qm.nu.xiij.uolentes,per illam clauſulam totiens quotiens, per
ꝯfactionem bis tantum pęna poſſe exigi, & quia iſti de aſſentio
poſt illam percuſsionem cubitalem per horam euaginarūt pu-
giones ꝯ iſtos de giurato,uolentes ipſos percutere, & uulnera-
re,concludendum vr eoſdem reiterato in dictam pęnam incur
riſſe, & dictam pacem rupiſſe. Nec poterunt dicere illam per-
cuſsionem cubitalem non fuiſſe offenſam & per eam pacem nō
fuiſſe ruptam.† Nam ultra ea quæ dicta ſunt.ſup.Ipſis non erat
7 licitum talem percuſsionem cubitalem facere, conſideratis uer
bis & clauſulis appoſitis in inſtrumento pacis, ne non haberēt
ꝯ eam uenire,nec illos offendere directè ſeu indirectè, nec alio
8 quoquomodo,& ſimilibus.† Quæ cōſideranda ueniunt & unū
quodque illorū debet aliquid operari. l. ſi qñ de leg.j. & C.de
inoffi.teſta.c.ſi papa.de priuile.lib.vj.& per Bal.in rubri. de ꝯ-
bē.empt.q.ix.Item quia pax illa fuit facta pro iniurijs, & offen
ſis præteritis ꝙ omnia. fuerunt remiſſa, & ſi ꝯuentū eſſet fuit ꝓ
miſſa pęna, quæ ꝯuentio relationem habet ad offenſas ꝑteri-
tas remiſſas,quæ cum fuerint leues,ēt ipſa ꝯuentio in leui offen
ſa uerificari debet,cū relatū contineatur in referente cū oibus
ſuis qualitatibus ſm Barto.in l.ſi ſeruū.§.fi.de leg.j.& l.j.ꝑ ff de
recepta.& in l.aſſe toto. ff.de hæred.inſti.Præterea iſti de aſſen
tio in dictam pęnam pacis ruptæ incurrerūt & tertio,dum ille
N.uulnerauit illum de giurato.Nec cadit in dubium, ex dictis
uulneribus,pacem non fuiſſe ruptam,Nec dictus. N. poterit ſe
excuſari id feciſſe ex noua cā & ꝑꝑ rumorem & clamorem qui
9 bus dicebatur eſſe occiſos illos de aſſentio. † Nā falſus rumor
erat,& illi non debuit credere, & talis credulitas eum nō excu
ſat.l.j.§.ꝑ ff.de eo per quem fac.erit.Ex quibus infertur ꝙ cum
dicta pax fuerit rupta per iſtos de aſſentio, Iſti de iurato pote-
runt aſſumere arma & ſe ipſos defendere, nec nō & offendere
dictos de aſſentio rumpentes primo pacem, nec propterea dnr
incurriſſe pęnam aliquam ut ſtatim dicetur. item quia ex noua
cā id dnt feciſſe,quo caſu nō pōt dici eos fregiſſe pacē nec incur
riſſe pęnam aliquàm ut in ſequentibus dicetur,& cōcluſio erit
ipſos non teneri ad pęnam aliquam,ſed illam ſolam debere exi
gi,& ter ab iſtis de aſſentio pacem rumpentibus & illi ꝯuenien
10 tibus.† Iſtis tñ non obſtant.ↄſiderata facti contingentia, alia
ſententia vr eſſe uerior,& magis ſana, ꝙ pax iſta fuerit rupta
per iſtos de iurato, & non per ipſos de aſſentio, & quia funda-
mentum illorum de iurato, totum conſiſtit in illa urtatione &
percuſsione cubitali,iccirco peritiſsimus & magnificus. d. in-
dex primitus cōſiderare habet,an talis percuſsio cubitalis fue
rit facta,& per quem,poteſt.n.ambiguè interpretari & ↄñr red
di incerta,cum dicatur ꝙ per tranſeundo & per uiam itineran
do fuerit facta & commiſſa interpretari poterit actiuè, & paſsi
uè,hoc eſt per illum de aſſentio in illum de iurato.& ex oppo-
ſito.per illum de iurato, erga illum de aſſentio, & conſideran-
do tranſitum,& iter,& ꝙ illo tpe percuſsio fuerit facta.uериſi-
milliter diſcerni non potuit,a quo & in quem, & ſi iſtud eſſet,
dici minimè poterit,ipſos de aſſentio urtaſſe, & cubito percuſ-
11 ſiſſe illum de iurato.† Et ſtante hac dubia probatione, iſti de
aſſentio minimè poterunt condemnari ut in ſimi.tradit Bar.in
l.ſi uxor.§.ſi quis uxorem.ff. de adulter.in fi.& in l.ij.in fi. ff.de
12 duo.re.& in l.ſcio quoſdam.ff.de manum.uind. † Præterea ſi
teſtes concludenter firmarent illum de aſſentio cubitalem per
cuſsionem in illum de iurato intuliſſe aduertendum erit, qui
& quales ſint teſtes ipſi cum agatur de pęna applicanda fiſco,
& mulieres in hoc non ſint teſtes idonei ſm Innoc.in c. forus.
§.j. de uer.ſigni.& Mod. in l. qui teſtō.§.mulier.ff. de teſt.& in
terminis nr̃is firmat Alex.conſi.xix. Viſo proceſſu, in prin.in j.
uol.conſiderandum ēt erit an dicti teſtes ſint inimici iſtorum
de aſſentio,& adherentes parti aduerſę & affines & conſangui
nei illorū de iurato minimè ēt probarent ſi tales eſſent ſm de-
13 ciſiones cōes.† Præterea ſi teſtes eſſent idonei adhuc dr̃, illam
urtationem & percuſsionem cubitalem,non fuiſſe offenſam &
talem per quam pax dicatur rupta, potuit.n.fieri ſine dolo,&
animo offendendi & iniuriandi caſualiter & inaduertenter ꝑ
tranſeūdo,ut omni die ferè contingit in multis perſonis deam
bulātibus tum in uia tum in eccleſijs, & ceſſante dolo ceſſabit
omnis iniuria & offenſio.l.ſi non conuicij.C.de iniurijs.cū ſuis
concor.Dicitur ēt & fortius talem cubitalem percuſsionem &
14 urtationem non poſſe dici offenſam.† Nam parui momenti &
minima fuit,& appellatione offenſæ non uenit illa,quæ eſt le-
uis modica & parua.Quæ enim ſunt modici & minimi præiu-
dicij,non ſunt in conſideratione,nec attendi debent,cum inter
parum,& nihil.nihil interſit.c.licet cauſam uerſi.quamquā ta-
tra de probatio.& per Lud.Rom.in ſingulari ſuo. xxxiij. hodie
quidam.& febricula non pōt dici febris.l.quæſitū.ff. de re iud.
nec uulnuſculus pōt dici uulnus.l.j.§.proinde.ff.de ædil. ed.&
ſm Bal.in l.ſi prædium.col.j.C.de ædil.actio.& ad iſta leuia &
modica ꝙ non ſint conſideranda poſſent quamplura adduci ac
cumulata per Ant.Corſett. in tract.de immuni.quem inſeruit
in alio ſuo tract.de poteſta.reg.fol.iiij.v.& vj.ubi inter alia di-
cit modicā iniuriā nō conſiderari ēt ad effectum reuocandi do
nationem factam iuxta terminos.l.fi.C.de reuoc.donatio.& ꝙ
dñs non pōt pro modica ſerui percuſsione. §. ſeruus inſtitu.
de iniur.& ad idem referendo quamplures alios,quamplura ēt
accumulant Mod.Bon.ↄſi.lxxj.Propter anguſtiam.col j. & con
ſi.cij.in præſenti caſu.col.ij.& iiij.nu.xj.& ſeq.& in terminis
proprie noſtris conſi.lxxx.in hac cā inquiſitionis.col.j.ij. & iij.
ubi uolunt nu.xxxiij.citando Bal.conſi.lviij. Laudare uos col.
iiij.uer. illud ſciendū in j.uol.pacē non poſſe dici ruptā ꝑꝑ le
uem & modicam offenſam & ꝙ ille qui promittit aliquem nō
offendere,non dr̃ illum offendiſſe propter leuem & modicā of-
fenſam,& minimè cadit in dubium talem cubitalem percuſsio
nem eſſe offenſam leuem & leuiſsimam poſito ꝙ concludēter
fuiſſet probata,& propter illam nō pōt dici pacem fuiſſe ruptā
par iſtos de aſſentio,cum leuis & modica fuerit offenſio, ut cō
cludunt deciſiones apertiſsimæ ſup.deductæ. Nec obſtabūt ad
ducta ſuperius in ꝯrium in quibus dicebatur talem cubitalem
15 urtationē tendere ad iniuriam & ad offenſam.† Nam conſide-
rando diſpoſitionem iuris cōis illud minimè uerum eſt per de
ciſio.ſup.adductas, loquentes, de uulnuſculo & de leui offenſa
16 & iniuria.† Nec mos regionis & patriæ poterit iſtud inducere
cum hoc deductum & probatum minimè appareat iuxta no-
tata.per Bar.in l.Labeo.ff.de ſuppell.leg. & per Mod.oēs in ru
brica de oper.nou.nunc.& l.item apud Labeonē. §. ſi quis pul
ſatus cum concor.diuerſo ſatis caſu loquuntur ut patet ex ea-
dem lectura,& trahi nō poſſunt ad caſum præſentem.l.papinia
nus exuli.ff.de minori. l. naturaliter.§.nihil cōmune.ff. de acq.
17 poſſ.Nec obſtat illud quod dicebatur de minis, de metu. † Nā
in caſu præſenti,nullus adfuit metus,nec minæ interuenerunt.
minus obſtabit doctr.Bar.in l.licitatio.§.quid licitæ.ff. de pu-
18 blica. Nam ad caſum præſentem nihil facit † non.n. debuit ad
iram prouocari iſte cubito percuſſus,& alij de eius familia, cū
iſtud leue eſſet,& modicum & minimè cōſiderabile,& illa do-
ctrina Bar.alio modo declaratur per Alex.& alios in d. §. Gri-
ſogonus in fine,& illa uerba appoſita in inſtrumento pacis di-
rectè uel indirectè, quo quō quomodolibet,& ſimilia, de qui
bus plenè tangunt Mod.Bono.in d.eorum.conſi.lxxx.col. iiij.
nu. xxxvj.& alijs ſeq.non poſſunt operari nec inducere quam
tumcunque ſint generalia urtationē cubitalem eſſe offenſam
talem,per quam pax dicatur rupta,qñ reſtringi debent ſm ſu-
biectam materiam ad habilia & ad offenſam grauem non autē
modicam & leuem ut in terminis noſtris,ita reſpondentes di-
ctæ obiectioni dicunt & firmant allegantes quamplures deci-
ſiones.d.Mod.Bon.in præallegatis eorum conſi.lxxx.colu.v.&
19 vj.& ferè per totum.nu. xlv. & alijs ſeq. † Nec obſtabit doctr.
Bal.in d.rub.C.de ꝯh.emp.in ix.q.uolentis unumquodque uer
bum debere operari,& nō cenſeri fruſtra appoſitum.d.c. ſi qñ
20 cum concordan.† Nam prædicta intelligi debent ut operen-
tur ſm tamen naturam ꝯtus & ſecundum naturam rei dedu-
ctæ in ꝯctu per l.ſi ſtipulatus.ff.de uerbo.oblig.& ita declarat
Imo.in c.ex literis,extra de iu.pat.quem refert & ſequitur Soc.
conſi.xlvij.colu.iiij. uer.præterea magis in primo uol.& ſentit
Laur.Calcan.conſi.xxv.& nu. j. dum ibi reſpondet contrarijs,
Nec obſtabit ꝙ circa iſtud ultimo loco dicebatur in hac pace.

ſa ta cõi ineri leue offenſam ex quo fuit facta pro offenſionib.
prateritix ẽt leuibus & relatũ debet contineri in referente. Nã
nullibi iſtud appxret, offenſiones prateritax pro quibus facta
fuit pax fuiſſe ita leues, & modicas & ſic exuſatxs per urtationẽ
ſeo percuſsionem cubitalem ut dr̃ fuiſſe iſtam: quæ minimè io-
cluditur in dicto inſtrumento & cõuentione pacis, cũ fuerit, &
ſit minima leuis & ſine ↄſideratione, & ſi partes uoluiſſent illã
fuiſſe incluſam, utique id expreſsiſſent & non exprimendo præ
ſumitur & colligitur noluiſſe eam iocludi, quinimmo excludi,
argumento eorum quæ habentur in l. j. §. ſed & ſi deficiẽtis. C.
de cad. tollen. & in c. ad audientiã de decim. & quia uniuxinclu
ſio eſt aliorum excluſio. c. nonne de pſum. l. cũ prætor. in prin.
21 ff. de iudi.† Patet igit̃ exiſtix fundamentum illorum de giura-
to potiſsimũ ſuper iſta urtatione & cubitali percuſsione oõ eſ-
ſe conſiderabile qm̃ per talem actũ non põt dici pacẽ fuiſſe ru-
ptã per iſtos de aſſentio.† Videndũ modo erit, an per ſm actũ
22 dicatur fuiſſe ruptum ex quo ptendit̃ iſtos de aſſentio poſt illã
cubitalẽ urtationem primo loco inſultaſſe cũ pugionibus eua-
ginatis iſtos de giurato, & illis admenaſſe, quærentes eos percu
tere, & uulneraſſe, quod minimè in facti contingentiã uerũ eſt
ut apertiſsimè ↄſtat ex proceſſu, licet. n. aliqui teſtes producti
per illos de iurato iſtud aſſerant, tñ illis fides minimè adhibeo
da eſt, cum ſint cõplices, ↄſanguinei, affines illorũ de giurato,
ſint ẽt & mulieres, & apertè reprobati, & ulterius ſint & inimi-
ci illorũ de aſſentio quibus nulla adhibenda eſt fides iuribus &
deciſionibus uulgaribus, & qm̃ ut pleniſsime, & ſufficienter ꝓ
batum oſtendit̃, poſt illam aſſertam cubitalẽ percuſsionẽ iſtos
de giurato cæpiſſe arma, inſultaſſe iſtos de aſſentio, admenaſſe
& plures ictus in eos proieciſſe, & magno clamore intuliſſe mi
nas & metũ offendendi perquirentes ipſos, nedum percutere
ſed occidere, neceſſario ↄcludendum ſequitur per iſtos de giu-
rato pacem fuiſſe ruptam & fuiſſe ↄuentum ↄuentioni & inſtrõ
ꝓdicto, & eos incurriſſe pœnã ↄuentam & ſtipulatam per doc.
Ang. ſuperius allegatã in l. ſi cũ exceptione. §. ſatis. ff. quod me
tus cã, & quia primo inſultans tenetur de pace fracta & rupta,
& inſultati ſe defendentes, ẽt ſi offenderint inſultantes nõ tenẽ
tur nec dicuntur propulſati, & ſe defendẽtes pacem rũpere ut
eſt deciſio in terminis Io. And. in regula fruſtra in mercuria &
in addit. ad Specu. in tit. de tregua & pace. in prin. & tradũt oẽs
per illum tex. in l. ut uim. ff. de iuſti. & iur. & in l. iij. §. cũ igitur.
ff. de ui & ui arma. & in l. j. C. unde ui, ubi oes poſt gl. & in ſpẽ
firmat Bar. in l. j. §. cum arietes. ff. ſi quadru. pau. fec. dica. & in l.
cum pater. §. libertis. ff. de lega. ij. & Abb. in ca. col. j. de treuga
& pace, & ibi Fely. allegans concor. col. ij. num. iiij. & v. & hoc
idem tenent Saly. Bal. Pau. de Ca. & reliqui Moder. in l. qui fidẽ
ff. de tranſactio. & idẽ Bal. Saly. Alex. & alij maximè Iaſ. nu. vij.
in l. cum proponas. C. de pact. & Ale. poſt alios in l. ſemel mora
colu. j. & ij. ff. ſolu. matri. & in l. qui inſulã. col. ſi. nu. v. ff. de uer.
obli. & idem Alex. conſi. cxiii. Præallegato. in iiij. uol. col. j. & ij.
& col. fi. & Philip. Corn. conſi. xlij. Plura quærunt ur. col. ij. uer.
his non obſtañ. & uer. ſeq. in ij. uol. & tradit Pau. de Ca. in cõſi.
lxxiiij. Quia fruſtra quẽ refert. & ſeq. Ant. Corſet. adducẽs alias
deciſiones in d. tract. de pot. reg. quæſt. xlj. colu. ant epe. & pe.
23 uer. cxvij.† Conſiderandũ eſt. Non. n. debuerunt iſti inſultati
de aſſentio. pro eorum honore fugere ſm docto. in d. l. j. C. un-
de ui. maximè Bal. uerſi. pone quidam. Bar. & oẽs in d. l. ut uim
& licitum fuit ipſis reſiſtere, & ſe ipſos defendere, & ſe defendẽ
tes non poſſunt dici offendiſſe illos de giurato, nec illis iniuriã
intuliſſe, ut patet in deciſ ſ. deductis, & in fortioribus terminis
firmat Soc. conſi. xx. ſæpe num. col. xv. uer. circa ſm poſito inter
conſi. Fran. de Cur. & Fran. ipſe de Cur. conſi. xxj. Deus æterne.
col. vij. & viij. uer. cum ſm, & ad id plura adducunt Moder. Bo
24 non. conſi. iiij.† De uultu tuo. nu. viij. xvij. xxij. & fere per totũ
& ↄſi. xlj. In cauſa. num. xv. & ↄſi. lxxxj. Ex tenore. nu. ij. & ſequ.
25 † & iſto caſu ipſis inſultatis nihil obſtabit illa clauſula totiẽs
quotiens &c. & illa clauſula rato manente pacto ſm Saly. &
Pau. de Caſt. in d. l. qui fidem, & Ale. d. ↄſi. cxiiij. in iiij. uol. col.
ij. uer. alia rõne, & uerſi. ſequen. Nam illę locum habebunt ad-
uerſus primo rũpentes pacẽ & non obſeruantes, & non ↄ inſul
tatos ut ẽt dicit Iaſ. in d. l. cum proponas. colu. fin. & ſequuntur
Mod. Bon. in d. corũ ſingulari. cccxxxvij. Vbi in fin. adducunt
quæ dicit ipſe Alex. conſi. xcvj. Viſo & oppono. colu. pen. in vj.
uolu. propterea iſti de aſſentio non poſſunt dici fregiſſe pacem
26 † ex quo inſultati ceperũt arma ſe defendentes ex noua cã, quo
caſu ſi illos de giurato percuſsiſſent non propterea per eos dicet
tur pax rupta nec ꝓpterea tenerentur ad pœnã conuentionalem
ſtipulatã, ut eſt aperta deciſio Bart. in l. aut facta. §. cauſa. ff. de
pœn. & ibi Alex. in apoſtil. adducens concord. & tradit Bart. in
l. qui inſulam, & Ange. ibi & Alex. aſſerens hanc eſſe cõem col.
j. & ij ff. de uerb. ob. & idem Bar. Bal. Ang. Imo. & alij in l. quid
ergo. §. ſi hæres de lega. j. & Ro. & Ale. in l. ſemel mora uerſi. cir
ca prædicta. ff. ſol. ma. & Ant. de But. & Imo. in c. cũ intes de re-
nuncia. & Bald. in l. ſi prædium. col. ſi. C. de edil. actio. ubi in du
bio dicit præſumendum eſſe nouam cauſam, & ꝙ offenſio fue-
rit facta ex noua non aũt ex antiqua, quo caſu pax non dr̃ ru-
pta, nec pœna ſtipulata incurſa ut aperte concludit idem Alex.
27 d. conſi. xix. Viſo. in j. uol. & præallegato conſi. cxiij.† Per totũ
in iiij. uol. & ẽt Anto. Corſet. in d. trac. de poteſt. reg. q. xlj. col.
iiij. uer. axxj. adduco, & ad id plura accumulant Moder. Bono.
in rub. ff. de fideiu. ſol, ij. nu. clj. & in l. j. §. ſi. nu. xxvj. ff. de quæ-
ſtio. & in conſi. ix. nu. lj. adiuua me, & conſi. cxix. Stante pace, ꝑ
totum, & conſi. cxxij. In præſentia. colu. pe. & ſi. & conſi. lxxvj.
Largire mihi. col. pen. & ſi. & eorum prac. crim. in §. aggredior
28 nu. lxxxv. & ſequentibus.† Nec quidem immerito quoniam in
conuentione pacis & in quacunque alia promiſsione & pacto
ẽt firmato iuramento, ſemper intelligitur ineſſe illa clauſula re-
bus ſic ſtantib. & aliquid de nouo non ſuperueniente. c. cum in
ter de renunc. c. quemadmodum de iure iur. per Bar. in l. j. §. &
poſt operis. ff. de ope. no. nunc. Ad illud ꝙ tertio, & ultimo lo-
co dicebatur pacem fuiſſe ruptam, & illi ↄuentum per. d. N. uul
nerantem illum de giurato, reſpondetur, & dr̃ ueritatem eſſe
in oppoſitum. Nam dictus. N. illum uulnerauit ex cauſa de no
uo ſuperueniente, & non ex antiqua quod in dubio præſumitur
ſm Bal. in d. l. ſi prædium, col. ſi. & dictum fuit ſuperius. tenetur
igitur ille. N. de uulnere, & non ad pœnam propter pacẽ ruptã.
Nam ex. d. uulneribus. per eum illatis ex noua cã non põt dici
pax rupta. Nec per illam ↄuentum paci, & cõuentioni, cauſa. n.
fuit noua. Nam rumor, & clamor inſurrexerat dictos de giura-
to uulneraſſe, & interfeciſſe illos de aſſentio, & dictus rumor
nouã induxit cauſam qua. d. N. motus, & dolore cõpulſus uul-
nerauit illum de giurato, quæ noua cã, excuſat ab incurſione
pœnæ conuentionalis, & a dolo ſecundum deciſi. cões, & uulg.
29 † Nec obſtat, ꝙ dicebatur ipſum non debuiſſe eſſe credulum,
qm̃ talis credulitas non eſt culpanda nec reijcienda, quinim-
mo admittenda ex quo fuit uehemens, & iuſta de cauſa orta ꝗ
iam haberi debet pro certitudine, & excuſationẽ iuſtã tribuit,
ut ad plenum per illum tex. deducunt doc. maxime Fely. in c. li
cet hely. col. j. extra de ſimo. quando proceſsit a perſona fide di
gna, & cui credendum erat ſecundum gl. in l. Titio fundus, ff.
de condi. & demõ. cum alijs ad plenum accumulatis per eundẽ
Felin. in c. cum contingat. colum. iij. & iiij. extra de reſcri. num.
viij. & alijs ſeq. & eſt optima deciſ. d. Lapi. de Caſtilio. c. Factũ
ſuper quo, etiam trad. Fran. de Cur. conſi. lxxj. Princeps defun-
ctus. colum. ix. uerſi. reſtant duæ difficultates, & text. in d. l. j. §.
j. ff. de eo per quem fac. er. loquitur in credulitate fatua, & iniu
ſta, minimè autem procedit in credulitate uehementi, & habi-
ta a perſona fide digna, quę haberi debet pro certitudine, ut tra
dit idem Felyn. in c. j. circa ſi. extra de lit. conteſt. & ſequuntur
Mod. Bon. adducentes alia in rubri. C. de proba. num. clxxiiij. &
in rub. ff. de falſ. nu. ij. & conſi. xxvj. Status. colum. iij. nu. vij. &
ꝙ perſonæ fide dignæ, & eius dictis ſit credendum multa addu
cunt idem Mod. Bon. in eorum prac. crimi. in princ. colu. iij. &
30 iiij. nu. viij.† Ceſſabit ẽt obiectio ex alio. Nam pax prædicta ru
pta fuit per iſtos de giurato, qui aſſumpſerunt arma contra ip
ſos de aſſentio, ut dictum fuit ſuperius propter quam fracturã
pacis, & contrauentionem, pax prædicta reddita fuit nulla, & in
ualida cõſequenter ulterius non poterit dici rupta. Nam quod
nullum. & inualidum eſt rumpi non poteſt. l. oam & ſi ſub con
ditione. ff. de iniuſto rup. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iud. &
in terminis iſtis tradunt Mod. Bon. conſi. cxxv. In præſenti cau
ſa. colum. pen. num. xlv. & ſeq. ex quibus concludendum ſequi-
tur iſtos de giurato fregiſſe, & rupiſſe pacem, & condemnan-
dos eſſe ad pœnam conuentionalem, & ſtipulatam iuxta te-
norem inſtrumenti. & iſtos de aſſentio fore, & eſſe abſoluen-
dos, & liberandos, & ut iuſtiſsimo, & peritiſsimo. d. Iudici
iuſtius uidebitur circa expenſarum refectionem ad quam con
demnan. ueniunt ſupradicti de giurato.

PARISIVS PADVAE.

SVMMARIVM.

1 *Præſtans auxilium aſſaßinio debet plus puniri, quã ſi illud præſtitiſſe alteri homicidio, & nu. 6.*

2 *Aſſaßinus, quis propriè dicatur de iure communi, & ſtatutario, & nu. 3. & 4.*

8 *Intellectus ad ſtatutum Bono. uolens intelligi aſſaſſinum illum qui ſpe data ſeu recepta delictum commiſit.*

3 *Qualiter diſcernatur aſſaſſinium ab alio homicidio, & nume. 4. & 7.*

5 *Quando in diſpõne exigitur aliqua qualitas, illa debet interuenire, & probari.*

9 *Vnum caput ſtatuti declaratur per aliud.*

10 *Spes lucrandi litẽ, an inducat crimen aſſaßinij, ſi hac de cauſa quis fuit occiſus.*

11 *In delictis, & pœnis infligendis, attendi debet cauſa proxima, & immediata, & non remota, & mediata.*

12 *Confeſſio inquiſiti contraria iuri, & ueritati non eſt conſideranda.*

13 *Statutum loquens, de pœna eius cuius dolo fuit commiſſum qualiter ſit interpretandum, & intelligendum, & nu. 14.*

Vnum ſtatutum non debet eſſe contrarium alteri, concordari enim debent.

Expreſſa prouiſio unius ſtatuti, non ſubmittitur generali diſpoſitioni alterius loquentis generaliter.

15 *Non tenetur quis indicare delictum faciendum regulariter.*

16 *Suſcipiens mandatum ut indicaret occiſori, occidẽdum exiuiſſe domum, qualiter ſit puniendus.*

Et an præſtans tale auxilium dicatur præſtitiſſe cauſam mortis neceſſariam.

17 *Et quid de eo qui ſuſcepit mandatum, ut in certo loco expectaret occiſores, & illis indicaret occidendum inde non tranſijuiſſe.*

18 *Et quid de eo qui alicui dixit, ut inſequeretur Barigellum indicaturus, ſi illa uia tranſiret.*

16 *Et an ex iſtis tribus actibus, homicidium ſubſecutum dicatur commiſſum fuiſſe dolo iſtius, & duob. ſeq.*

19 *Præſtans auxilium cooperatiuum in homicidio, eadem debet pœna puniri, qua occiſor, & nu. ſeq.*

20 *An ſpiare & uidere aliquem exire domum, & iſtud indicare occiſori, ſit præſtare cauſam præciſam & neceſſariam mortis.*

21 *Præſtare auxilium homicidio inconuenienti quomodo intelligatur.*

22 *Quando quis dicatur præſtare auxilium cooperatiuum in ipſo homicidio.*

Dictio in denotat intrinſecitatem.

23 *Item in domo qualiter intelligatur, & quid in materia ſtatutaria.*

24 *Multum differt an diſpoſitio loquatur de auxilio cooperatiuo, in homicidio, uel de auxilio, cooperatiuo ad homicidium, & nume. 25. 31. 33.*

25 *Intellectus ſtatuti bono. loquentis de præſtante auxilium in ipſo homicidio, & ſeq. & nu. 31. & 33.*

26 *Dictio alio ſimilem cauſam importat.*

27 *Nullum uerbum ſtatuti debet eſſe ſuperfluum, & fruſtratorium.*

28 *Et caſus exceptuatus, debet eſſe de regula, & inducit ut regula in eo caſu loquatur.*

29 *Auxilium de iure cõmuni, ut ſit punibile, debet eſſe cooperatiuum & propinquum.*

30 *Scholaris gaudere debet beneficio ſtatuti.*

31 *Quo caſu procedant iura & deciſa, loquentes de auxilio præſtito ad mortem & dante cauſam morti.*

34 *Licet auxilium ſit præſtitum ad homicidium nec tamen ſequitur quod dicatur præſtitum in ipſo homicidio, licet homicidiũ potuiſſet committi aliter, & non eo modo quo fuit commiſſum per auxilium præſtitum, & nu. 16. 17. 18. 25. & ſeq. & 36.*

35 *Sciẽns animum & deliberationẽ occiſoris & gerens actus de quibus ſupra, an poßit dici principalis: & particeps in ipſo homicidio. ita ut nedum dicatur præſtitiſſe auxilium cooperatiuum ad homicidium, ſed aliquid plus.*

CONSILIVM CLXVI.

PRO Reſolutione dubiorum datorum primo aduertendum eſt facti contingentiã, & ipſius ueritatem, longe eſſe diuerſam, ſatiſq; differẽter illi quæ uera præſupponitur in dubijs ipſis, & ſtante facti & exceptu ac ſpeciei diuerſitate, ſatis diuerſa reſultabit iuris deciſio & ſententia ab illa quæ concluditur ex præpoſita facti narratione in dubijs ipſis pro uera, cum uariatio facti ẽt in mini-
1 mo iuris alteret diſpõnem. † Dicitur igitur in v. dub. ipſum Hã
nibalẽ inquiſitũ, eadẽ pœna teneri, qua tenent Fed. & alij occiſores equitius Herculis Saxonij, cũ ipſe auxiliũ. d. homicidio, & aſſaſsinio pſtiterit, quæ qualitas aſſaſsinij, ſicut obeſt, & nocius eſt principalibus, ita & officere debet auxiliatori ut ius cõe diſponit & ſtatuto bono, idem caueaĩ, ſub rub. de pœna aſ-
2 ſaſsinorum uer. & eiſdẽ ibi uel qui auxilium conſilium &c. † &
q̃ Fede. principalis aſſaſsiniũ cõmiſſerit, ſatis vr̃. patefieri conſiderata diſpõne eiuſdẽ ſtatuti uer. & intelligatur aſſaſsinus. nolẽtis illum dici aſſaſsinum qui ſpe data uel recepta aſſaſsiniũ cõmiſſerit & ipſe Fed. ſub ſpe lucrandi litẽ quã cũ. d. equite Her-
3 cule agitabat eũdẽ occiderit. † Ad quã dubitationẽ cõſiderando
ius cõe rñdet ut tale delictũ non poſſe adaptari ad aſſaſsiniũ cũ uere illẽ aſſaſsinus dicatur, qui precio cõductus, uel pecunia homicidiũ cõmittit, quæ qualitas, nec in ipſo Fed. nec in ipſo Hãnibale uerificata mõ aliquo oñditur, cõñr ceſſabit crimen aſſaſſinij, ut per illum tex. tradunt Archidi. & Io. And. in nouel. in c. j. de homi. li. vj. quos ſequitur ibi Pe. de Anch. col. ij. in vj. no. & Gem. in uer. eũ igitur, & Bar. in l. Cicero. ff. de pœn. ubi Alex. in addi. concor. citat. ut ẽt facit Ang. de malc. in ſuo tra. in uer. Semproniũ mandatorem. col. j. uer. & in quantum, & Fran. de Cur. conſi. xx. Sæpenumero. quod eſt Soc. colu. xix. uerſ. omitto poſtremo qñ. n. nulla data pecunia ſeu promiſſa, ſed pp ſe ipſũ
4 † & ad ſatisfactionem ſuæ uoluntatis cõmittitur homicidium
uel mandatur ſeu perſuadetur fieri, nullo mõ erit aſſaſsiniũ nec locũ habebunt pœnæ aſſaſsino conſtitutæ, erit. n. ſolum homicidiũ ſeu ſeparatum, ſeparatũ dico a qualitate aſſaſsinij, in quo locũ habebunt aliæ pœnæ iure cõi conſtitutæ ſm Bar. in l. non ſolum. §. ſi mandato. nu. ij. ff. de iniur. & tradunt Io. And. & Phi.
5 Franc. in d. c. j. col. ij. in viij. notabili, cũ ſimi. † Et iſtud comprobari poſſet multis deciſionibus diſponen. qualitatẽ requiſitam in aliqua diſpoſitione debere interuenire, & uerificari, qua ceſ-
6 ſante diſpoſitio ẽt ceſſabit, † & caſu quo conſtare poſſet ipſum
Fede. pcio recepto, ſeu promiſſo homicidiũ patraſſe, quod minimè doceri poterit, cum in oppoſitum ſe habeat ipſa ueritas, iſtud tñ obeſſe non põt Hannibali, ſi qualitatẽ iſtam nõ ſciuit, nec ei illa nota fuit, tunc. n. præſtans auxilium aſſaſsinio eadem pœna tenetur, qñ ſcienter illud pſtitit ſciens qualitatẽ delicti, & aſſaſsinij, ut cauetur dicto ſtatuto in uerſi. uel qui auxilium, ibi
7 ſcienter, † & q̃ dictus Federi. tale delictum cõmiſſerit pp ſeipſum, & ad ſatisfactionem ſuę uoluntatis, & non aliquo pmio recepto, ſeu promiſſo nec ſub aliqua ſpe recipiendi illud, manifeſtè liquet tibi Illuſtriſsimo do. Gubernatori, tuoque excellẽtiſsimo, & doctiſsimo Auditori, totiq; & uniuerſo palatio. Notoriè. n. conſtabant, & exiſtebant ex cauſis urgentiſsimis capitales inimicitiæ inter. d. Herculem equitem, & d. Federi. ita ut inter eos nihil aliud agitaretur, niſi ut locus eſſet præuentioni, & ut per prius unus occideretur ab alio, quæ omnia cũ manifeſta ſint, & notoria alia ſpecificatione referre, minimè curo, quo fit, ut & ſm ius cõe ſupra citatum, & ſm ius ſtatutariũ de quo in prææallegato ſtatuto de pœn. aſſaſsino. uer. rurſus ſi aliquis, tale delictum modo aliquo adaptari non poſsit ad aſſaſsiniũ, cũ
8 nullo præcio dato, uel promiſso patratum appareat. † Nec obſtabit dictum ſtatutum in illo uerſi. & intelligatur aſſaſsinus uolens illum aſſaſsinum intelligi qui præmio habito, uel ſpe data, ſeu recepta delictum fecit, nam uerba illa, ſpe data, uel recepta intelliguntur qñ fuit data ſpes, uel recepta de præcio, uel præmio dando, ita punctualiter declarãtur, & gloſſantur, per illudmet ſtatutũ, in d. uer. rurſus, ibi nullo præcio, uel præmio dato, promiſſo, uel cõuento, aut ſpe aliqua data de eo dando, & qm ſtatutum ſe ipſum gloſſat, & declarat minimè recurrendum eſt ad alias gloſſationes, ut in ſimi. dicit Bal. in auct. niſi rogati. C.
9 ad Treb. col. ij. uerſ. nam ibi teſtatore, † & quia unum caput ſtatuti declaratur per aliud caput. l. utrum. ff. de peti. hæred. l. qui
10 filiabus. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de leg. j. † Ex quibus tollitur illa gloſſatio de qua in dubio dato, ut illa uerba, uel ſpe data, poſſint intelligi de illa lucrandi litem, quam ut dr̃ inuicem habebant. d. Feder. & d. Herc. Tum quoque qm ſpes iſta ſub dubio eſt, adeo ut ſm aliquos caſus fortuitus reputetur. Tum quoque qm lis principaliter, non erat inter eos, ſed inter uxorem. d. Federici, & uxorem. d. Hercu. matrem ſuam, & quæ lis adhuc durat, nec morte. d. Hercu. eſt finita. Tum ẽt quia ipſa uxor Federici donataria eſt, & per conſtitutum, & præcarium poſsidet bo

na

na ſibi a matre donata,& ſe defendit., & nihil ulterius pōt lu-
11 crari,& ſingula iſta ea actis patent.† Tū ultimo,qm̄ Federi.ip-
ſe plurib.patefecit,aio iterſi.ere habere.d.Her.pp capitales ini
micitias,ante dictā litē inter eos uertentes,ēt ſucceſsiuè poſt eā
motā reiteratas,auctas,& innouatas,& quia dubitabat ab illo
interfici,ipſe per prius uoluit præuenire.& huiuſmodi cā fuit ꝑ
cipua immediata,& finalis quæ attendenda, & obſeruanda eſt,
non alia ſi qua diceretur mediata, quæ in pęnis inferendis non
debet attendi,ſed illa ſolum immediata,ut per illum tea.tradit
Bar.in l.auunculo.ff.de cōdi.ſi.cau.& Aret.in l.is pōs, col.iiij.
uerſi.multū tñ facit.ff.de aequir. hære. & iuata tradita per oēs
12 poſt Bar.in l.ij.§.fi.ff.de don.† Nec iſtis obſtabit ꝯfeſsio.d.Ha
nibalis,dū in c.uř fateri ipſum Federi.feciſſe tale homicidium,
ſpe lucrandi litem , nam eo mortuo oia erant finita , & ꝙ iſtud
tendebat ad aſſaſsinium,confeſsio namque iſta erronea eſt,& ꝫ
diſpoſitionē iuris cōis,& ſtatuti Bono.quib.conſideratis,aſſaſ-
ſinium non pōt dici,ut ſuperius deduximus,& eſt ꝫ ueritatē, cū
lis illa non fuerit,nec ſit finita,& illa uerba ſtatuti,uel ſpe data,
ſeu recepta,non capiant hanc interpretationē,ſed longe diuer-
ſam ex gloſatione eiuſdem ſtatuti,ut diximus , & uerisſimū eſt
confeſsionem erroneam , & non uerosimilem. & ueritati iuris
cōmuni,& ſtatutario ꝫriam nullo modo eſſe attendenda , nec
exequendam,ut dictant eōes,& uulga doc.& doc.deciſ. maxi-
mè cum enunciatiuè tm̄,de aſſaſsinio in eo mētio habeatur ad
tradita in l.ea hac ſcriptura.ff.de don. ſemoto igiť aſſaſsinio,
quod prorſus in aliquo conſiderandum non eſt inſtandum erit
13 circa reſolutionē aliorum dubiorum, † Et ad primuum in quo
dř ſtatuto caueri,illum pœna ultimi ſupplicij puniendum, cu-
ius dolo commiſſum fuerit homicidium , & ꝙ hac pœna uenit
puniendus ipſe Hannibal qui fuit in tractatu de occidendo, &
conuenit ſpiare,& apoſtare poſtmodū occiſum , & camuffatus
eum ſpiauit.uocando,& auiſando occiſores, & iterum poſtmo
dum occiſum expectauit in loco dicto lo inferno, ubi homici-
dium patrandum erat,ita ut ipſius dolo tale homicidium dicať
commiſſum.Reſpondetur nullo modo poſſe dici eius dolo ho
micidium tale fuiſſe commiſſum.Nullam.n.cām habebat. nec
aliquas gerebat inimicitias,cum dicto Hercule, nec unquā mā
dauit alicui tale homicidium debere cōmitti , nec dolo uerſa-
tus eſt,ut tale homicidium cōmitteret,& quia iuuenis, potius
ſimplex,pacificus,minime rixoſus,bonæ, & laudabilis uitæ , &
in oibus ſe honeſtè gerens,quibus cōſideratis ſumus extra ter-
minos dicti ſtatuti,ſub Rubrica de pœna homicidæ , quod po
tiſsimum loquitur in mandante,& in pęna illi inferenda, ut eſt
uidere ex uerbis dicti ſtatuti,ibi,& hoc ex eo,& ex uerbis ſtatu
ti ſequentis in princ.& ex uerbis rubricæ eiuſdem bene conſide
ratis,& ſucceſsiuè ex declaratione illorum in ipſo ſtatuto extē
ſo ad notata.in l.j.ff.ſi cer.pet.† Et dum tale ſtatutum conſide
14 rat illum cuius dolo homicidium fuit commiſſum,ſi extra man
datum iſtud intelligatur dandus eſt alius actus doloſus, qui ne
ceſſario dediſſet cām homicidio committendo ut colligitur ex
uerbis dicti ſtatuti,ibi,& ex prædictis maleficijs,& alterius, in
eo relati,ubi alia pœna puniendi ſunt,dantes auxilium, conſi-
lium uel fauorem ſcienter , & doloſè,iſta operantes in quibus
actibus,licet dolus interueniat.non ꝑpea doloſè illa gerens te
netur pęna homicidij,ſed longe diuerſa , & ne ſtatuta inuicem
ꝯtrarientur,& ut ad concordiā reducantur ut facere debemus.c.in
ter dilectos.§.porro,de fide inſtrum.per Bar. in l.ſi.§.idē quæ-
ſijt.ff.de condi.indeb.dicere cogimur ſtatutum iſtud debere in
telligi,ut pęna homicidij teneatur ille cuius dolo fuit commiſ-
ſum,qm̄ ultra,uel extra mandatum interuenit alius actus dolo-
ſus,& principalis præſtans cām neceſſariam homicidio, præter
illas concernentes auxilium,fauorem,ſocietatem , doloſè præ-
ſtitas,ad homicidium committendum de quibus ſpecificè lo-
quuntur,alia capita ſtatutorum,quæ cum iſtis in ſpecie proui
deatur non poſſunt ꝯtineri ſub illo generali uer.uel cuius dolo,
ſm̄ Bart.& alios in l.talis ſcriptura.§ fi.de lega. j. cum ſimil.&
uerisſimū eſt nullū actum doloſum,& propinquum dicto homi
cidio per ipſum Hannibalem fuiſſe geſtū.Nec ꝙ iſte induxerit
Federicum,& alios ad occidendum,deliberauerat.n.Federicus
omnino dictum Herculem interficere pp cauſas ſuperius rela
15 tas, † & licet talem animum ſuum,& deliberationem patefece
rit,& communicauerit Hannibali,non propterea Hannibal ip
ſe debet pati pœnam,ſi tali delicto non obuiauit. nec illud pa
tefecit,nec indicauit , cum non ſaperet crimen lęſè maieſtatis,
uel ſimile,ut ad plenum,poſt alios tradit Fely.citando iura , &

alias deciſio.in c.j.col.ij.& iij nu.v.& ſeq.de offi.deleg. Et qm̄
in dubio prædicto dicunť aliqua per ipſum Hannibalem geſta
quæ uere per eundem minime patrata fuere. Non enim ipſe ac
ceſsit uocatum Federicum,& alios occiſores,nec cum illis mi-
nimè tractatum fecit de occidendo.d. Her. nec iterato reuer-
ſus eſt ad domum occidendi,ut perquireret , an eſſet reuerſus.
Idcirco neceſſarium erit conſiderare quos actus ipſe Hānibal
uere geſſerit,& an tales ſint qui dederint cām.d.homicidio , &
an per illos homicidium dici poſsit eius dolo cōmiſſum & ſuc-
ceſsiue,qua pœna ex illis puniēdus ueniat, & ſuperius diximus
nullus actus apparet per eum geſtus pp quem eius dolo homi-
16 cidium poſsit dici commiſſum.† quamuis Federicus ipſe decla
rauit eidem eius animum occidendi.d.Herculem , & eū roga-
uerit,ꝙ deberet ire uiſurus,an.d.Hercules exiret domū,& ſuc-
ceſsiuè exitum iſtum referre haberet ipſi Federico, & ipſe Han
nibal tale mandatum ſuſceperit,& fuerit illud camuffatus uo-
lens complacere Federico executo non propterea infertur ex
iſtis eius dolo homicidium commiſſum. Nec ꝙ ipſe pręſtiterit
auxilium cooperatiuum homicidio,& ita proximum,& propin
quum,ut nō potuiſſet aliter committi. Poſtquam.n.uidit dictū
Herculem exeuntem domum,& iuit certioratum,ipſum Fede-
ricum de exitu,poterat illo intermedio.d. Hercules redire do-
mum. Prout ēt illa hora qua fuit occiſus, domum redire pote-
rat alia uia,quā illa inferni,ubi occiſores eum expectabant , &
prout alia uia ſolitus erat domū redire,ꝙ argumentū a ſolitis,
& conſuetis in iure receptum eſt,prout ēt illa nocte non pote-
rat domū redire,ſed extra domum dormire, prout alias facere
ſolitus erat.Nec ipſe Hannibal inſequutus eſt dictū Herculem
exeuntem domum,ut ſciret quo tenderet,& de hoc certioraret
Federicū,& occiſores.ſolum.n.ſpeculatus eſt , an exiret domū
quo exeunte exitum notificauit Federico, iſte igitur actus , ita
conſideratus, minimè infert homicidium dolo Hānibalis fuiſ-
ſe commiſſum,eſto ꝙ notum haberet animum Federici delibe
rantis occidere dictū d.Herculē , eſt.n.actus ualde remotus ab
homicidio,licet aliquatenus ſcienter tenderet ad homicidiū.
17 † Non propterea ex hoc debet capite puniri,unde inferius di-
cetur,ſimiliter alius actus ſucceſsiuè geſtus ab ipſo Hanniba-
le dum miſſus a Federico , iuit ad locum inferni ut expectaret
ibi Federicum,& alios quouſque illuc uenirent, & eis referret,
an illac rediſſet dictus Hercules,minimè conſiderari pōt , ut p
eum dici poſsit dolo Hannibalis,homicidiū commiſſum, cum
ipſe de.Hercules per prius potuiſſet domum rediſſe, uel extra
domum illa nocte dormire,uel domum ſuam redire, ſeu itiner
ri alia uia uti ſolitus erat,& actus prædictus neceſſario nō infe
rebat homicidium committendum,nec cauſam neceſſariā mor
tis,& homicidij præſtitit,pp quod ceſsāt dicta Saly.in l. unica.
C.de rap.uirgi. & aliorum ſequacium , ut ſtatim ſubijciemus,
eo etiam qm̄ ipſe Hannibal ad locum inferni inuenerat Fede-
ricum,& occiſores,& illis nunciauerat dictum Herculem illac
non tranſijſſe,ſed rediſſe,& ſtatim diſceſsit inde, & poſt ſuum
diſceſſum fere per quartum horæ ,occiſus fuit ipſe do.Hercules
ipſo Hannibale abſente,& ſolum illos duos actus remotos ab
homicidio gerente,ſine armis,& ſolum ut complaceret.d. Fe-
derico,ex quibus non pōt dici dediſſe cām homicidio,nec eius
dolo illud fuiſſe commiſſum,nec præſtitiſſe auxilium coopera
18 tiuum homicidio,ut dicemus ſtatim.† Nec alius actus dum di
xit fratri ſuo,ꝙ iret inſequuturus Barrigellum,erit conſideran-
dus cum ſit longe remotus,& eius frater ſuſcepiſſet tale man-
datū à Federico, & licet illud eidem ſuo fratri reduxiſſet memo
rię,non propterea infertur eius dolo homicidium commiſſum
nec pp illud dediſſe auxilium cooperatiuum homicidio,ceſſa-
bit igitur ſtatutum,ꝯňr,& dubium primum ſuper illo forma-
19 tum.† Ad ſm̄ dubium,in quo dř ipſum Hannibalem præſtitiſ-
ſe auxilium cooperatiuum in ipſo homicidio, & ſic uirtute ſta
tuti eſſe puniendum,eadem pœna,qua occiſores, eo ēt quia ꝓ-
buit cauſam morti & homicidium habuit originem ex ſuo tra-
ctatu,& ordinatione apenſata,& quia incontinenti , poſtq̄ ipſe
diſceſsit de loco inferni,fuit ſubſequutum dictum homicidiū,
& dedit neceſſariam,& præciſam cauſam illi,quibus conſide-
ratis,non pōt dici remotum,ſed coniunctum cum homicidio,
& in ipſo homicidio ſm̄ Saly.ſin d.l.unica , & caſus præſens uř
omiſſus a ſtatuto,& decidendus uenit ſm̄ deciſio.iuris cōis de
20 quibus per Saly.& ſequaces.† Dicitur primo non eſſe uerum,
ꝙ ipſe uocauerit occiſores,ſolum.n.certiorauit Federicum.d.
Herculem exiuiſſe domum,& ſucceſsiuè exiſtens in loco infer-
ni ip-

ni ipſum certiorauit, eundẽ.d.Herculẽ inde nõ tranſiuiſſe, qui
actus miſericordiæ cauſam pbuere mortis, nec per eos põt dici
auxilium cooperatiuum præſtitum in morte, & in homicidio,
ſed ſolum ad homicidium committendum, nec iſti actus dede
runt cãm præciſam, & neceſſariam homicidio immo remotam
& contingentem caſu ut aperte oſtenſum fuit in reſolutione p
21 cedentis dubij.† Nec põt dici tale homicidium incontinenti
poſt diſceſſum.d.hannibalis a loco inferni ſubſequutum fuiſſe
coniunctum cum dictis auxilijs, cooperariuis, cũ per quartũ ho
ræ poſt ſuum diſceſſum fuiſſet commiſſum, & ſm ſubiectã præ
ſentem materiam, dictio incontinenti, non põt uerificari in tã
ta temporis dilatione, ad plenè tradita in l.lecta.ff.ſi cer.pet.&
in l.ut uim.ff.de inſti.& iur.& in l.j.§.qui præſens.ff. de uerbo.
22 oblig.† Cooperatiuum.n. auxilium interuenire debuit in ipſo
homicidio, hoc eſt in actu homicidij, ut indicat illa dictio in
ipſo homicidio, quæ cum iungatur ablatiuo caſui, intrinſicitatẽ
importat, & exigit, ita ut cooperatio, in ipſo homicidio intrin-
ſecè requiratur, ut firmat Bar.Bal.& reliqui oẽs ſequuntur, in l.
Gallus.§.ille caſus.ff.de liberis, & poſthumis, ubi poſt alios
Alex.nu.xv.iſtud proſequitur, ut ẽt facit ibi Iaſ.nu.xxj. & p Fe-
ly.in c.iij.loco de præſumpt.col.ij.& Alex.conſi.cxvj. poſtquã,
in primo uol.& in ſim.traditur per Alex. in l. cætera §. hoc ſe-
natus de lega.j.& in d.§.ille caſus, nu.xviij. & in l. plerique. ff. de
23 in ius nocan.ubi Iaſ.nu.xix.& duobus ſequen. † Dũ loquunt
de aliquo geſto in porticu domus, ſeu in hoſtio extra clauſu-
rã, uel in ſcalis affixis muro, ut illud non dicatur factũ in do-
mo pp illam dictionẽ, in. importantem intrinſicitatem iurib.
24 allegatis per Bar.& alios in d.§.ille caſus.† Differunt.n.illa, an
diſpoſitio loquat de auxilio cooperatiuo, i homicidio, uł de au
xilio cooperatiuo ad homicidiũ, illa.n.ad homicidium, nõ ita
importat ad intrinſicitatem, ſicut illa in homicidio, ut dicimus
qñ ſtatutum loquit de actu gerendo ad domum, uel de geren-
do in domo, ut aperte firmat Albe.de Roſa, in ſuo dictionario
25 in uerbo, ad, citans ad id plura, & alias deciſiones, † & hãc dif-
ferentiam apertiſſimè ſentit ſtatutũ Bon. ſub Rubrica de pęn.
mandan.uerſ.j.diſponens, q q præſtat auxilium, uel conſilium
ẽt aſſociando, uel aliam actum gerẽdo, ad homicidium cõmit
tendum, q iſte ſolum uenit puniendus in lib.ccc. niſi auxilium
fuerit cooperatiuum in ipſo homicidio, tunc enim puniretur,
ut principalis, & illa uerba in ipſo homicidio, debent intelligi
intrinſecè, hoc eſt in actu homicidij iuribus, & deciſionibus,
quibus ĩ hoc idem diſponitur in alio ſtatuto de pęna homici-
dæ, uer.& ex prędictis maleficijs, dum loquitur de præſtante au
xilium, & fauorẽ ſcienter, & ſe remittit ad illud ſtatutum de pę
na mandan.diſponentis, ut ſupra. Et conſiderandum eſt, nã.d,
ſtatuta loquuntur de dante auxilium, conſilium, & fau. rẽ, ad
26 homicidium committendum, † & quod fortius eſt de aſſocian
te uel alio modo cooperatiuum præſtante ad homicidium cõ-
mittendũ, ut patet ex illis uerbis, uel alio modo importãt alios
caſus ſimiles expreſſis.c.ſedes apoſtolica, de reſcrip. c. cum in
27 multis, eo.tit.li.vj.† Et ne aliter reddantur fruſtratoria ad ple
nè tradita, & relata per Iaſ.in l.ait prætor, in prin.ff. de iure iur.
28 † Et q loquantur de auxilio cooperatiuo ad maleficium con-
mittendum patet ex illa except. & uerbis, niſi auxilium fuerit
cooperatiuũ in ipſo homicidio quæ exceptio debet eſſe de re-
gula, & cum.d.exceptio ſit, & loquatur de auxilio cooperatiuo
in ipſo homicidio, neceſſario inducitur regulam præcedentem
loqui de auxilio cooperatiuo ad homicidium committendum
ne ſequatur abſurdum, exceptionem nõ eſſe de regula ꝫ not.in
l.in his.ff.de legib.& per Mod.in l.j.ff.de regu.iur. cum uulga.
29 † Et quia de iure communi auxilium, ut ſit punibile debet eſſe
propinquum, & cooperatiuum ipſi delicto, & dare cauſam pro
ximam illi, ut tradũt iura. Ang.de malefi.& alias deciſio. in uer
bo.d.maleficio ſemper aſtitit, colu.v.uer.tertio modo, & diffu-
ſius, ibi per Auguſt.in addi.inſerentem, ad materiam ſtatutariã
noſtram, & per Bartho.Veron.conſi.ij.& xxvij.requiſitus, col.
iij.uerſi.prætera, & conſi.xxxiiij.ſi nunquam, col.iiij.in ij.du-
bio, & Cor. ꝯſi.cxlix.colu.pen.& fi.in j.uolu.& per Prac. pap.
in uer.opem, & auxilium, & Fely.in c.j.de offi.deleg.col.vij.uer
ſi.limita primo, & diffuſius, poſt alios per eundem. in c. ſicut di
gnũ, col.ij.uerſ.modo aduerte, extra de homic. & Moder. Bo-
no.conſulendo.& legendo, ac in eorũ prac. ſequentes cõcluſio
30 nem iſtam, plura alia adducunt, † & qm ſtatutum Bono. pſen-
tem difficultatem decidens ab eo minimè recedendum erit, cũ
ſit cõe ipſi Hannibali ſcolari, qui beneficio. d. ſtatuti gaudere
debet, ſicuti gaudent alij ciues Bon.cum alio ſtatuto, ſub Rub.
q ſcolares uniuerſitatis, &c. diſpoſitũ ſit in oibus criminib. &
delictis, ſcolares cenſeri, & reputari ciues, & ut ciues pęnis ſta-
tutarijs debere puniri, iunctis plene traditis in l.j.ff.de leg j. Ex
31 † quibus patet apertiſſimè caſum præſentẽ non eſſe omiſſum a
ſtatuto. immo expreſſe deciſum, cũ ſtatutum ſemper loquatur
de auxilio cooperatiuo, & ſolũ faciãt differẽtiam, an ſit coope
ratiuum ad homicidium, uel cooperatiuum in homicidio, & ſic
ceſſabunt penitus dicta Saly. & ſequacium & patet, actus ge-
ſtos per Hannib. non importare cooperatiuum auxiliũ in ho-
micidio, licet poſſent trahi ad cooperatiuum ad homicidiũ, &
ſic ad mortem. Nec dictos actus præbuiſſe neceſſariam, & præ
ciſam cãm homicidio, immo fuiſſe remotos, & non cõiunctos
homicidio, ꝯñt ex illis, ipſum nõ poſſe, nec debere puniri pęna
capitis, ſed alia de qua in iſto ſtatuto, uel minori, ut eius arbi-
trium iudicis, ut in fine.d.ſtatuti cauetur, & per illum text.tra-
32 dunt oẽs in d.c.ſicut dignum, † ubi conſiderant prædictæ qua
litates, & actus geſti ad homicidium committendum, & illi ge
ſti in ipſo homicidio, & bene facit.l.qua actione.§.Celſus.ff.ad
33 legẽ aquil cu ſi.† & ex iſtis ita conſideratis tolluntur ea quæ di
cuntur per Barth.Vero.d.conſi.xxxiiij & per Soci.conſi. clxxx
viij.in ij.uol.uiſa bulla, & quæ tradit Cy. in l. nun ideo minus,
relatus a Bal.in l.unica.§ oe aũt, col.ſi uerſi.extra quæro.C.de
cad.tollen.ubi Alex.con. o. d.adducit. Satis.n. diuerſo caſu lo
quuntur dicto conſi.& deciſio.& in illis facti contingentia lon-
ge diuerſa eſt a præſenti, ut ex ipſorum lectura aperte oſtendi
tur, & ex diuerſis minime inferendum eſt, & minima facti mu
tatio in totum, uel ſaltim in partem iuris alterat diſpoſitionẽ,
prout penitus ceſſant, qm illis caſibus non aderat ſtatutum, ut
adeſt in præſenti, & quod prorſus tollit omnem ambiguitatem
decidendo caſum præſentem, ut deduximus Nec obſtabit con-
feſſio Hannibalis dicẽtis præſtitiſſe auxilium cooperatiuum,
nam illud præſtitit ad homicidium non aũt in ipſo homicidio
34 ut ſuperius fuit concluſum.† Minus obſtabit, ſi dicatur pp ta
le auxilium homicidium fuiſſe ſubſecutũ, q ita & tali mõ non
fuiſſet executum, ſi tales actus non fuiſſent geſti per Hanniba-
lem, ꝯñc illos dediſſe cãm homicidio, conſequentia.n. iſta non
eſt neceſſaria, nec uera, ut per eam inferatur auxilium coopera
tiuum fuiſſe præſtitum in ipſo homicidio, Verum enim eſt quo
cunque auxilio præſtito poſſe dici ſine illo, delictum non fuiſ-
ſe taliter commiſſum tñ pp hoc non infertur omne auxilium
eſſe cooperatiuum homicidio ut de ſe patet, & notatur, in c.pręſentia de proba.& in l.non hoc.C unde legiti.& in l.neque na-
tales.C.de proba.cum ſimi.nam licet Fede.alio modo interfe-
cturus eſſet. d. Herc.tñ non eo mõ interfeciſſet, ut interfecit
pp actus geſtos ab Hãnibale.ex iſtis tñ minime infertur dictos
actus præſtitiſſe auxilium cooperatiuum homicidio, ut ſtatutũ
requirit, & per eos Hannibal capite puniri non debet, ſed ſolũ
pœna ſtatutaria, potiſsimum, cum ipſe Federicus omnino deli
beraſſet, & animo concepiſſet, quacunque alia uia ipſum do.Her
culem interficere, & de medio tollere, & ex iſtis apertiſſime tol
35 litur illud quod dr in tertio dubio.† Qm ipſe Hannibal nullo
pacto fuit principalis in delicto, nec particeps in tractatu, & or
dinatione, ut interficeretur do.Hercules licet ſciuerit animum
& ordinationem ipſius Federi.& eam non indicauerit. & quia
tanquam mandatarius Fede.executus fuerit illa duo mandata, & il
los duos actus non propterea ex illis dici poterit particeps, &
principalis in crimine, & homicidio, ſed ſolum præſtans auxi-
lium ad homicidium committendum, & maximè conſiderato
fine, cum ipſe non interuenerit in actu homicidij, & ſtante di-
ſpoſitione ſtatutaria non eſt puniendus capite, ſed ſolum pęna
ſtatuti, & tanquam pſtans auxilium ad homicidium, ut ex de-
ductis in præceden.pluſquam apertiſſime oibus conſtare pote
36 rit. † Quartum dubium prorſus ceſſat Tum conſiderato iure
cõi, Tum conſiderata diſpoſitione ſtatuti Bono. quod expreſſe
caſum pſentem decidens, & terminans, & minimè illũ omittẽs,
qm tales actus facti per Hannibalẽ, & auxiliũ per eum præſti-
tum non fuit cooperatiuũ in ipſo homicidio, licet poſſet trahi
ad cooperatiuum ad homicidium, eo ẽt quia non dederunt p-
ciſam.& neceſſariam cãm morti, ſed caſu contingentem, † & Fe-
dericus omnino decreuerat homicidium patrare, nec plus deli
quit ipſe Hannibal, ut cenſeri poſsit, & iudicari factus eſſe ul-
tra merum auxiliatorem de quo in prædicto ſtatuto, qm uere
caſum pſentem ſtatutum minime omittit, immo illum deter-
minat, ut ſingula pdicta ſuperius firmata, & aperta fuere, ex qui
bus

bus neceſſario reſultat concluſio, eundem Hannibalē non capi
te ſed pœna tm̄ ſtatuti eſſe puniendum. Vltimo dubio reſpōde
re minimè conuenit, nam & ſi arbitrium Illuſtriſsimæ.d.tuæ ſit
latiſsimū, t ñ ſemper fuit iuſtiſsimum, & equiſsimum, & magis
inhærens æquitati, q̄ rigori, cui æquitati, & liberationi, ac abſo
lutioni potiſsimū in dubijs ſemper inherēdum eſſe oīa iura cla
mitant. Nec Illuſtriſ.d.tuā exagitet criminis atrocitas. & occiſi
qualitas, & facti contingentia in dubijs datis explicata. Nā il-
lius ueritas aliter ſe habet, ut in ſuperioribus deductum eſt, &
Hannibal ipſe nunquam habuit animum occidendi do. Hercu
lem, & ſolos illos duos actus geſsit, ut ā. relatos in quibus, & ſi
ſe male geſſerit fatendum eſt eundem pœnas daturum nō tñ il
las, ut capite puniatur, ſed ſolum a ſtatuto expreſſas, uel mino-
res arbitrio Reueren.d.tuæ ſtatuendas, cum nihil uere manda-
uerit fratri ſuo, ſed illi ſolum memoriæ reduxerit, q̄ Federicus
mandauerat, & talis actus penitus remotus ab ipſo homicidio
minima, immo ferè nulla pęna dignus eſt. Reliqui uero duo, p
ipſum geſti, modo quo. ā. uere ut expoſitum eſt, minimè digni
ſunt morte, tum iuris cōis diſpoſitione cōſiderata, tū & illa ſta-
tutaria per quam prorſus, & omnino ceſſare habet capitalis pę
na, & ſtatuere oppoſitum eſſet uere quid exemplar, & uniuerſo
ſtudio Bono. cunctiſque ſcolaribus odioſum, & capitale cū re-
cto tramite, & omni honeſtate, & equitate iuris cōis, & ſtatuti
diſpoſitione accedente Hannib. ipſe ſimplicitate, & complacen
tia quadam dictos actus gerens capitis pęna non ueniat plectē
dus, nec Illuſtriſ.d.tua procedere habet, ac ſtatuere ipſum Han
nibalem torquendum, prout in calce dubij inſtatur, cum iā ip-
ſe confeſſus fuerit puram ueritatem modo quo. ā. explicitā, &
quicquid fecit, & geſsit, iam pateſecerit, & carceribus largiori
bus fuerit repoſitus, ut illorum purgationē faceret, & ſe ipſum
defenderet, & eundem torturæ exponere nihil uere aliud eſſet
niſi eius mortem appetere cum ea fuerit, & ſit corporis qualita
te compoſitus, & imbecillis, ut torturæ metu quicquid expoſtu
laretur fateretē, & cum iſta Illuſtriſ.d.tuæ ſatis aperta ſint, illa
miſericordiæ exequen. mandari firmiſsime tenemus. Pariſi. Bo.

SVMMARIVM.

1 *Venenum emens cauſa necandi hominem, puniendus eſt. etiam ſi nō ſequatur effectus, declaratur tamen quando id procedat, nu. 12. & 13.*
2 *Venena mala emere, & retinere punibile eſt, & flagitioſum, & nu. 14. declaratur.*
3 *Prohibetur etiam, & uenditio ueneni mali.*
4 *Adamas multas proprietates habet.*
Venenum poteſt conſiderari bonum, & malum, & nu. ſequent.
5 *Medecina uenenum eſt, bonum tamen.*
In dubio præſumendum eſt bonum, non malum.
6 *Ceſſat omnis ſuſpitio quando actus palam fit, & celebratur publicè*
7 *Retinens uenenum, non ad cauſam necandi aliquem, puniendus non eſt, ita & emens illud.*
8 *Qualitas requiſita à lege pœnali, neceſſario debet interuenire, & probari.*
9 *Bono uiro credendum eſt, & illi credens excuſatur.*
10 *Vendentes uenena, non ſemper puniuntur, ita nec ementes.*
11 *Sine dolo non committitur delictum, nec aliquis puniendus eſt.*
15 *In correlatiuis fit extenſio, etiam in pœnalibus.*
16 *Statuta recipiunt interpretationem paſsiuam.*

CONSILIVM. CLXVII.

HANNIBAL Panicus vr̄ poſſe puniri arbitrio
iudicis, fateē namque a Iulio de penſabenis, ſuſce-
piſſe mandatum, ut ex Venetijs aſportaret modi-
cum Adamantis pulucrizari, & eidem Iulio trade
ret, & quia ipſe Hannibal executioni id mandauit puniendus
uenit, cum dederit operam rei illicitę, & prohibitę, aſportaue-
ritque res uenenoſas, & nociuas aptaſque ad necem hominis.
1 † Qui. n. uenenum emit, & ſi non ſequatur effectus nociuus, pu
niendus eſt, ac ſi effectus ſecutus fuiſſet. uel ſaltim iudicis arbi
trio. l. eiuſdem in prin. ad l. Corn. de ſicca. l. j. in fi. ff. ad leg. pom
pe. de parri. ubi Bart. & alii not. & l. j. de maleſi. & mathem. C.
ubi doc. maxime Saly. & per Ang. de male. in uer. ex interuallo,
